BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 L
47

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

72.6.30

72
6
30
72
6
7

12
8
a
28

Digitized by Google

Digitized by Google

BREVIARIVM MEDICVM,

CONTINENS

THEORIÆ ET PRAXEOS

MEDICÆ BREVEM SVMMAM,

In Quatuor *Sectiones*, pro quatuor Anni Temporibus diſtributam

A. LAZARO MEYSSONNIERIO
Medico Lugdunenſi.

DEINDE

MEDICINÆ PRACTICÆ

LAZARI RIVERII MEDICI
Monſpelienſis ſuccinctum *Compendium*.

STVDIO
BERNHARDI VERZASCHÆ
Medici Baſileenſis Doctoris.

BIBL·SEC·COLL·ROM·SOC·IESV
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Google

Summa Priuilegij.

LVDOVICI XIV. Franciæ & Nauarræ Regis Chriſtianiſſimi Diplomate cautum eſt, ne quis in ipſius regno, aliiſve locis eius ditioni ſubiectis, intra proximos viginti annos, à die impreſſionis primæ perfectæ inchoandos, excudat, vendat, vendendum, excudendumque quouis modo ac ratione curet librum, qui inſcribitur, *Bernardi VVerſaſcha Breuiarium Medicinæ practicæ Riuerij. & aliorum cum additionibus Lazari Meyſſonnerij.* Præter LAVRENTIVM ANISSON Bibliopolam Lugdunenſem, ſub pœnis in originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Pariſiis die 19. Maij 1664. Signatum.

MABOVL.

[library stamp]

Deſiit prælum die 12. Iunij 1664.

ILLVSTRIS. ET REVERENDIS. D.D.

CAMILLO DE NEVVILLE,

ARCHIEPISCOPO ET COMITI Lugdunenſi, Galliarum Primati, Regiorum Ordinum Comendatori, Lugd. Prouinc. & Finitim. Proregi.

C*VM Prima Lugdunenſis Eccleſiæ non ſolum primum Caput, quod eſt Latine* Princeps, *ſed etiam Chriſtianiſſimi cleri, cui* Primatus *Iure Præſides, Sedem Diui Photini occupare cœpiſti,* (ILLVSTRISSIME DOMINE) *eodem more quo Beatus Antiſtes Primitiuum hoc Ouile regebat, conſuetudine Tibi familiares habere voluiſti viros ex omni ſorte Diuino Cultui potiſſimum addictos: At hoc in genere* Illuſtriſſimæ Celſ. Tuæ *non modò competit, ſed etiam in ſpecie adeò ſtrictè, vt neç in eo diſpar eſſe volueris à Diuino Sene Anteceſſ.* Ill. C. T. *quo Sanctus Chriſti Martyr* Alexandrum Medicum *exterum multos annos in his locis moratum propter dilectionem erga Deum, ſicut Serui Chriſti Lugdunum incolentes Fratribus per Aſiam & Phrygiam ſub duodecimo ab Apoſtolis Pontifice litteris ſuis teſtantur; omnibus ferè notum, vt comitem Mar-*

tyrij, ſic familiaritate peculiari, quali S. Lucam Apoſtolus quod in Epiſtolis eius legimus, coniunctum habere voluerit, & Græca Patria, & communis ab Archipræſulis fidei inuictiſſimæ Sermone & exemplo contracta loquendi fiducia nulli non perſuadent qui diuiniſſimum ſicut antiquiſſimum ſcriptum ab Euſebio conſeruatum Epiſtolæ Sacro-Sanctæ tantorum Martyrum legerit. A Primordiis enim Ioannem Balcetum Medicinæ Doctorem, deinde Presbyterum Sacrarum Literarum cognitione præclarum in curam animarum quas hæreticorum aſtuta perfidia propter viciniam inficere poterat tanquam Alexicacum prudentia T. C. Ill. *feliciter promouit; Andream Falconetum in Collegio Ciuitatis iſtius Profeſſorem Aggregatum meritiſſimum ex Catholico Medico, Catholicum in Conſilium Medicum & Domeſticum aſciueris talem virum, qui nec iuuenis etiam conſortium Hæreticorum, quod de S. Ioanne ſacri Scriptores referunt, ferre poterat, quod in pietatis eius laudem dum communi ſtudio ad inſignia Doctoratus Monſpelij contenderemus, ſed primum ad Dei gloriam, proprio meo periculo, poſteris teſtatum facere non dubito, Hæreticus enim tunc ex Hæreticis ibidem & viuebam & ſtudebam: Sed poſtquam anno ſubinde ætatis meæ tertio ſupra trigeſimum. D. O. M. mihi, licet indigno, eandem gratiam quam B. Auguſtino eadem ætate facere per ſuam miſericordiam voluit, quid de* Ill. C. T. *in me Beneuolentiam prædicare non poſſum? & de profuſa Sereniſſimi tui vultus, & dilectiſſimi omnibus, ac beneficentiſſimi Eloquij in me priuatim & publicè gratia, qua non ſolum me protexiſti, ſed & ſeruatum Fouiſti, Auxiſti, apud Illuſtriſtriſſ. & Reuerendiſſ. inter*

Carnutes

Carnutes Antiſtitem Illuſt. T. C. *Fratrem commendaſti, & tanto Tuo teſtimonio de me ſic effeciſti vt ſuam & ſuorum Medicam curam mihi credere dignatus ſit, digniſſimus* Ill. C. T. *Vicarius Generalis D. Abbas S. Iuſti,*

——Quo Iuſtior alter
Nec pietate fuit nec zelo maior.

Illuſtrium & Inclytorum & egregiorum virorum præterea Domeſticis obſequiis Ill. C. T. *deuinctorum curam Medicam non ſolum permiſiſti, ſed etiam in difficilibus morborum caſibus meam opem, & officium meum Medicum, iuſſu* Ill. C. T. *non infeliciter adhiberi voluiſti, & de rebus Cœleſtibus differentem libenter & ſæpius audire me dignatus es ſicut etiam de Medicis, vnde merito de* Ill. C. T. *quod de Theodoto Primitiuæ Eccleſiæ apud Laodicenſes Antiſtite ſcribit Euſebius, dici poſſet, illum commendatiſſimum propter humanitatem, animi ſinceritatem, compaſſionem, ſtudiumque iuuandi per talem notitiam in delectu Medicis ad θεραπευτικῶν adhibitis exercuiſſe, iuncta cum animarum cura, quæ ab hoc authore θεράπευτικὴ ψυχῶν Græcè ſcribitur, corporali Medicinæ. Quamobrem, non ingratum* Ill. C. T. *futurum, in ornamentum ampliſſimæ & inſtructiſſimæ* Bibliothecæ *ſucceſſoris D. Irenæi omnium doctrinarum ſicut Tertullianus loquitur curioſiſſimi exploratoris digniſſimæ, quam illa meditatur, oblatum iſtud* BREVIARIVM MEDICVM *exiſtimaui, quod, ſicut Breuiarium Imperij Rei Regiæ ſummam apud Suetonium, & Breuiarium culturæ, ſucciſum, apud Plinium, Rei Ruſticæ opus, ſic Rei Medicæ Compendium continet, vt*

ſicut per Breuiarij Eccleſiaſtici contractam lectionem annuatim repetitam Animarum Therapeutæ meliores in dies euadunt; Ita relectione Breuiati iſtius Opuſculi, quæ commodè poteſt in quatuor anni tempeſtates ex Hippocratica diſpoſitione diſtributi, Medicinæ Corporalis Profeſſores præceptorum ſuorum meditatione, ſic & recordatione, publicè priuatimque humani generis ſalubritati, ſeruandæ, & reparandæ fiant vtiliores, eorum verò præcipuè qui Catholicam Religionem & Regiam Authoritatem deffendere ac promouere pro viribus ſatagunt, imprimis Magnatum ex quorum numero cum ſis inter præcipuos diuturnam incolumitatem omnes optare Ill. C. T. *conſentaneum eſt; hoc piorum & bonorum omnium eſt votum, eius præſertim qui eſt,*

ILLVST. CELS. TVÆ

Addictiſſimus & obſequentiſſimus ſeruus,

L. MEYSSONNIER.

TYPOGRAPHVS
ad Lectorem beneuolum.

PERVENIT ad me ſub iſtius Anni principium *Medicinæ Practicæ Compendium*, anno ſuperiore Baſileæ in lucem editum, ſtudio & ſumptibus *Bernhardi Verzaſchæ* Medicinæ Doctoris & Eminentiſſ. Cardinalis Landgr. Haſſiæ Archiatri, Quod, ex Hippocratis, & Galeni non ſolum, ſed etiã Neotericorum Medicorum Benedicti, Foreſti, Plateni, Mercati, Fabricij, Sennerti, &c. Sed præſertim *Riuerij*, & Riolani ſic in Epitomen redactum, cum ex Amicis Eruditis, non modò Medicorum Academiis, ſed etiam iunioribus Medicis, *quo*, ſicut Author iſtius præfatur in Editione ſua, *quotidianis in vſibus praxeos Medicæ cum aſſurgente nominis celebritate frui poſſint*, profuturum intellexiſſem, ſed tamen multa deſiderari quæ nouiſſimis iſtis temporibus per accuratiorem ſolertiſſimorum Medicorum & Philoſophorum indaginem detecta ſunt, & quorum ſapore, ſed quaſi per tranſennam, guſtum mouiſſe videtur Doctor Verzaſcha, nonnullis Authorũ tam præclararum cogitationum & inuentorum nudis nominibus indicatis, dũ in Præfatione ſua *Haruei, Bartholini & Rolfincij* meminit; ex eorundẽ virorum amiciſſimorum conſilio Virum in Praxi Medica per annos plures ſupra triginta non ſolũ exercitatiſſimũ in hac non modò Ciuitate ſed etiam aliquando Lutetiæ dũ inter Regios Medicos ante annos pluſquam viginti cooptatus eſt, multiſq; aliis ciuitatibus & Prouinciis ſcriptorum & inuentorum in re Medica varietate ac

multitu

multitudine notiſſimum *Lazarum Meyſſonnierium* ex Acad.Monſp. Med.Doct. & in hoc Lugd. Collegio Regio Profeſſ. prædicti Viri ſummi Laz.Riuerij Conſ.& Med.Reg. ac in eadem Acad. Profeſſ. celeberrimi quondam auditorem,adeundum putaui,qui lucubrationibus ſuis quod deſiderio Practicorũ vnico volumine ſatisfacere poſſet, ſine magno ſumptuũ diſpendio ad prædictos Authores comparandos cæteroſque non dictos in præfatione D. Verzaſchæ, *Aquapendentẽ*, *Plempium*, *Aſellium*, *Virſungum*, *Pequetum*, *Rudbekium*, *Curueum*, *Gliſſonium*, *Vvartonũ*, *Higmorum*, ac ex Philoſophis *Carteſium & Bilſium*, &c. nouiſſimos Medici luminis propagatores ; Is pro ſua in omnes bonarum literarũ cultores & fautores propenſa beneuolentia apertis pluteis ſuis non ſolum argutam, & in conciſas, Hippocratico more, *poſitiones* digeſtam totius *Medicinæ reſtitutæ Theoriam* pro quibus anno 1655. Ludouicus Gaudeffredus in ædibus eius Auditor *priuatim* deinde Valentiæ Allobrogum,vbi Doctor dictus eſt,*publicè* diſputauit,mecum communicauit, ſed etiam *Aphoriſmos Practicos* ſuos adiunxit, ſubiungẽs *Euporiſton Medicamentorum Formulas* quibus paucis & ſolis Medicinam facere licet perfacilè cuilibet in his erudito (quod aiũt) *hic & vbique terrarũ*, & ſelectiſſima *Praxeos medulla* præcipuorũ quotquot paſſim occurrunt *Morborum particularum cauſas & curationes* continente coronidẽ impoſuit *Encheiridio* Practicis Medicis deſideratiſſimo perpetuo & neceſſario præ manibus habendo, quod ideo *Breuiarium Medicum* nominari voluit. His fruere, & conatus noſtros in promouendis literis æqui bonique conſule.

THEO

THEORIA

MEDICA BREVIATA,

SIVE

INSTITVTIONVM REI MEDICÆ in paucas & ſelectas poſitiones digeſtarum per Mathematicas demonſtrationes, Anatomicas operationes, & Chymicas Analyſes Reſtitutæ, COMPENDIVM.

Ex mente & operibus

LAZARI MEYSSONNIERII.

PROLEGOMENON.

De Medecina in genere.

MEDICINA eſt *ars* quærens ex vniuerſo ſingulas partes ad optimam humanæ naturæ directionem. *Obiectum* eius eſt humana natura optimè dirigenda. *Natura* humana eſt ſubſtantia ſpiritualis vigens, & viuens in corpore humano organico. *Medicina*

partes propriè ſunt tres, Phyſiologia, Pathologia, Therapeutica.

SECTIO I.
Phyſiologia.

PHyſiologia hominis *ſani* compoſitionem conſiderat: & in eo Corpus & Spiritus. *Corpus* conſtat ex Elementis & Principiis naturalibus.

ARTICVLVS I.
De Elementis.

1. ELementa ſunt ſubſtantiæ ſublunares ſimpliciſſimæ: *Principia* quoque naturalia ſunt eiuſdem naturæ, ſed *in* elementis quaſi in matricibus *contenta*, & quaſi nuclei elementorum, præter *ignem.*

2. In mundo ſublunari *quatuor* ſunt Elementa & *tria* Principia naturalia: Elementa ſunt ignis primum ἐνορμοῦν mundi, ſeu *impetum faciens*, & tria *continentia*, aër, aqua, terra. Tria principia naturalia ſeu elementa *contenta*, ſunt Mercurius aëreus, ſal, ſulphur: matrix *Mercurij* eſt aër, aqua *ſalis*, terra *ſulphuris*.

3. Ab *igne* fit omnis motus elementaris: fouetur ſulphure; excitatur à mercurio, quem fugat fortior, vt & aquam; coagulans ſalem fixum. *Ignis* proprium eſt mercurium afficere, lucere, calefacere, vrere contrarietate ſalis occurrente, oleoſa attrahere, ab aqua extingui.

4. *Aër*

4. *Aër* Mercurio ſuo ignem coërcet. *Mercurius* eſt Spiritus aëreus à quo fit omnis coagulatio aquæ & ſalis volatilis; ideo ſali iungitur; diſſentit à ſulphure. Mercurij ſedes eſt in locis à Solis via remotiſſimis nempe circa polos mundi.

5. *Aqua* conſentit cum *ſale* quem diſſoluit, diſſentit à ſulphure & terra, ignem opprimit.

6. *Terra* conſentit cum *ſulphure*, diſſentit à ſale. *Vide Pentagoni vniuerſalis. Rad.*4. *& doctrina noua exercit.*2.

ARTICVLVS II.

De Temperamentis.

1. TEmperamentum eſt concentus quidam quatuor Principum qualitatum, ex elementorum, & principiorum naturalium permixtione: à qualitatibus ſuperantibus primariis, varia nomina ſortitur.

2. *Quatuor* ſunt *primariæ qualitates* in elementis, principiis, & mixtis: duæ ſcilicet *Actiua*, calor & frigus: & duæ *Paſſiua*, humiditas & ſiccitas. *Calidum* eſt in quo caloris eſt origo: *Frigidum*, in quo frigoris: *Humidum*, humiditatis: *Siccum*, ſiccitatis.

3. *Tria* ſunt primò & per ſe manifeſtè *calida*: Sol in mundo aſtrali: Ignis in elementari: Spiritus Vitalis in animali: Sunt & aſtra quædam per ſe calida, ſed occultè. Quæ calida dicuntur in mundo elementari ſunt tantum calefacientia per accidens.

4. *Tria* ſunt primò & per ſe ac manifeſtè *frigida*: Luna, Mercurius aëreus, Spiritus animalis in

triplici mundi aſpectabilis machina: Quædam, etiam ſtellæ ſunt per ſe frigidæ, ſed occultè; Cætera ſub cœlis ſunt frigida per accidens.

5. *Humidiſſima* eſt Aqua, tum Oleum: *ſicciſſima* Terra, & Sal. *Mixta* autem, ſunt humida, aut ſicca, *quatenus* in ſe habent ſiccum, aut humidum aut vtrumque.

6. *Elementa* præter primariam ſuam *qualitatem* nullam habent propriam; ſed tantùm ex mixtione aliorum *acquiſititiam.* Elementa *non* mutantur ſingulariter *nec* pereunt.

7. *Qualitates ſecundæ* ab elementis, & principiis naturalibus diuersè mixtis oriuntur. Omnis *ſapor eſt à ſale* variè mixto: *odor à ſulphure*, durities *à terra & ſale:* mollities *ab aqua. Vide Ideam Medicinæ veræ ſub finem, & Theoriam Gallicam.*

ARTICVLVS III.

De Partibus.

1. *Corpus* componitur ex *Partibus & Humoribus.* Partes aliæ ſunt *Similares,* aliæ *Diſſimilares.* Partes *ſimilares* ſunt os, cartilago, ligamentum, membrana, fibra, caro, cutis, adeps, vngues, pili & cuticula; venæ & arteriæ partes ſunt *diſſimilares.*

2. Partes *principes* in corpore duæ ſunt: *Cor* ſpiritus vitalis ſedes, & *Caput* ſedes ſpiritus animalis. Partes aliæ his duabus *famulantur.*

3. *Cordis vſus* eſt per ſpiritus vitalis actionem tranſitum ſanguini dare in arteriam magnam ad ſanguinis Circulationem perficiendam & ad ani-

malis conſeruationem & nutritionem.

4. *Cerebri vſus* eſt ſpiritum animalem (vt ſanguinis ſpiritum vitalem,) & eius alimẽtum aqueum humorem, roris inſtar ex anaſtomoſeωn vaſorum cerebri extillantem, in ſe conſeruare, ac in vniuerſum corpus per *neruos* diffundere, à quibus in glandulas, & ab iis per *vaſa lymphæa* in venas redit iterum cum ſanguine circulatur. *Ventriculorum ſuperiorum* cerebri vſus eſt illum rorem per tertium ventriculum & foramen in eius fundo apertum ad glandem pituitariam & inde ad palatum deducere, vtile verò excipit quartus ventriculus per anum. *Conarij* vſus eſt, *ſpecies* ab externis ſenſibus allatas & à ſpiritu animali digeſtas ſine confuſione *ſuſcipere*.

5. *Parenchymatum* ſanguineorum *generalis vſus* eſt vnire & colligare ſimul plurima vaſa & ea ſuſtinere.

6. *Pulmonis vſus* eſt colligare venæ arterioſæ & arteriæ venoſæ ramos & eorum anaſtomoſes, adiunctis bronchiis ab arteria aſpera procedentibus; & aërem inſpiratum & reſpiratum ducere.

7. *Iecoris vſus* eſt parenchymate ſuo venæ portæ & cauæ ramos confluentes ſuſtinere, vt vena porta ſuſceptum ex cœliacis & meſentericis arteriis ſanguinem ad cauam faciliùs reducere poſſit: & meatus Cholidochos & quaſdam venas ex lacteis excipere.

8. *Lienis vſus* eſt parenchymate ſuo plurimos arteriæ cœliacæ & venæ portæ ramos continere, ſanguinis fœces atras excipere, illaſque aut in ventriculum per vas breue reiicere, aut in inteſtina tenuia per vas in pancreate recens detectum, & ali-

quando in inteſtinum rectum per venas hæmorrhoidales dejicere.

9. *Ventriculi & inteſtinorum* vſus eſt arterias & venas confluentes excipere,vt alimenta per humiditatem ex anaſtomoſeωn laxitate effluentem faciliùs in chylum diſſoluantur & per calorem ſpiritus vitalis irradiantis coquantur.

10. *Inteſtinorum tenuium* vſus eſt plurima vaſa lactea oſcillantia recipere, per quæ, ſecedentibus inferiùs excrementis, lacteus chylus defertur per *meſenterium & pancreas*,partim in *hepar*, partim in *receptaculum* ad ſpinam & ſecundum eius aſcendentis rectitudinem tandem per *ſubclauios* ramos defluens, in *caua* truncum reliquo ſanguini miſcetur & cum eo circulatur.

11. *Renum vſus* eſt parenchymate ſuo vaſa emulgentia confluentia continere, dum per anaſtomoſim ſerum vrinarum effluit, & cum vreteribus hæc omnia connectere.

12. *Teſtium vſus* eſt parenchymate ſuo firmare vaſa ſpermatica eorumque anaſtomoſes, & ſemen in illis contentum per varias helices in vaſa retentioni & eiaculationi inſeruientia effundere.

13. *Arteriarum vſus* eſt, ſanguinem & ſpiritum vitalem ad venas per totum corpus diffuſas deducere. *Venarum* verò eundem ſanguinem ad truncum venæ cauæ, inde ad cor deferre, ad perfectam & continuam ſanguinis circulationem; anaſtomoſeωn vtrarumque *ſerum* effundere per *laxitatem* ſuā ad nutritionem partium ſpermaticarum; & ad alia etiam munia, de quibus ſuprà. *Venæ* vero *arteriis deſtitutæ* ſanguinearum partiũ nutritioni inſeruiunt.

14. *Vteri pars ſiniſtra* concipit vt plurimum Fœminas, quia maiorem ſeminis fœminei copiam accipit, quàm *dextra* per anaſtomoſes arteriæ ſpermaticæ & venæ eiuſdem nominis quæ capaciores ſunt dextris, & ideo ab emulgente arteria & vena parenchymate renum firmata, hæ procedunt.

ARTICVLVS IV.

De Humoribus.

1. HVmores alij ſunt vtiles, alij excrementitij. *Vtiles* ſunt ſemen, chylus & ſanguis: Fel, pituita ſuperflua, & atra bilis ſunt *excrementa ſanguinis*; Item vrina, quæ eſt ſerum ſuperfluum ſanguinis per emulgentes arterias & vreteres expulſum. Semen eſt ſerum ſale permixtum per anaſtomoſes trium vaſorum ſpiritus ducentium ſtillatim defluens: *Hypochorema* eſt chyli recrementum.

ARTICVLVS V.

De Spiritibus.

1. SPiritus ſunt ſubſtantiæ tenuiſſimæ omnium actionum in corpore cauſæ præcipuæ: *Duo* tantùm ſunt, nempe Vitalis & Animalis; & proinde duplex tantum *Facultas* in genere, & duplex *Actio*; eiuſdem nominis cum ſpiritibus.

2. *Spiritus Vitalis*, eſt primum impetum faciens in corpore naturæ igneæ, ſpiritum animalem alias per ſe immobilem & ſenſus expertem excitans; ſe à corde per arterias & venas cum ſanguine diffundens, & proinde pulſus efficiens.

3. *Spiritus Animalis* eſt naturæ Mercurij aërei, frigidiſſimus, à cerebro per neruos & membranas penetrans,& omnes ſenſationes & actiones animales efficiens, nutritur ſale ſeroſâ ſanguinis parte ſiue aquoſâ diluto ex laxis præcipuè vaſorum cerebri anaſtomoſibus defluente.

4. In vtriuſque ſpiritus vnione *Vita* conſiſtit: in eorumdem ſeparatione, *Mors* in omnibus animalibus, ſed in homine præterea *Anima rationalis & immortalis* exit è corpore,ſicut ingreſſa eſt in exordio vitæ.

ARTICVLVS VI.

De Facultatibus & Actionibus.

1. FAcultates *duæ* ſunt Vitalis & Animalis: & licet ab vtrâque ſimul omnes *actiones* fiant; aliæ tamen tribuuntur vitali aliæ Animali. Ad *Vitalem* pertinent aëris attractio, pulſus arteriarum; & ſanguinis proinde circulatio, per quam fit nutritio & generatio.

2. *Pulſus* eſt motus ſpiritus vitalis & ſanguinis in arteriis. Vis pulſus oritur à vi ſpiritus vitalis aucti per copioſum ſulphur cum ſanguine fluens, verum eius alimentum, aut à copioſo ſanguine; ſæpè ab impetu,quo tentat obſtructiones viam ſibi claudentes diſſoluere: A cauſis contrariis pendet debilitas pulſus.

3. *Sanguinis circulatio* eſt motus eius ab arteriæ magnæ ramis per anaſtomoſes ad venarum ramos, inde ad truncum cauæ, per cuius tres valuulas triſcupides dextrum cordis ventriculum ingreditur,

vnde ab igne vitali per tres valuulas ſigmoideas in venam arterioſam euibratur, à quâ per pulmones diſperſâ, (cogente mercurio aëreo per inſpirationem attracto) recidit per varias anaſtomoſes in arteriam venoſam, & per duas eius mitrales valuulas in ſiniſtrum cordis ventriculum, à quo tribus aliis ſemilunaribus valuulis apertis, ingreditur in arteriam magnam, vt iterum fluat, ad perfectionem ſanguinis & animalis conſeruationem.

4. *Nutritio* eſt alimenti concocti in ſubſtantiam corporis conuerſio. Concoquitur alimentum in ventriculo, inteſtinis, venis lacteis & circulatoriis venis & arteriis per calorem & viciniam ſpiritus vitalis circumfluentis. Nutriuntur autem partes ſpermaticæ ſeroſo humore ex laxitate anaſtomoſeῶn arteriarum & venarum defluente: Partes vero carneæ ſanguine ex extremis orificiis venarum deſtitutarum arteriis.

5. *Generatio* eſt vitalis vnio ſeminum virilis & fœminei ſexus cum ſanguine menſtruo & ſpiritibus vitalibus & animalibus in iis contentis: ex quorum mixtione mas oritur, ſi ſemen virile ſit fortiùs; fœmina verò, ſi muliebre. Ex *ſpermate* gignuntur cerebrum, nerui, & omnia membra ſpermatica: ex *ſanguine menſtruo* carnoſa in fœtu.

6. *Nutritur fœtus* per *circulationem à priori differentem*, propter *vaſorum cordis* diuerſimodè connexorum *differentiam.* Sanguis enim maternus influit (per arterias hypogaſtricas ramuſculis vmbilicalis arteriæ infantis in placenta anoſtomoſeῶn ope coniunctas,) per vmbilicum, in arterias iliacas, tum in aortam eiuſdem fœtus, deinde (ad cordis regionem)

nem) in venam arterioſam canalis huic ætati proprij beneficio, à qua per anaſtomoſes in pulmonibus deſcendit per arteriam venoſam in cauam venam per anaſtomoſim ſub dextrâ cordis auriculâ ſitam, à quâ tandem in vmbilicalem venam cum venis hypogaſtricis matris in eâdem placentâ per plures ramuſculos coëuntem delabitur, inde cum ſanguine eiuſdem matris, more in adultis ſolito, circulandus.

7. *Somnus* eſt leuis oppreſſio ſpiritus vitalis, nimio ſero ex laxitate anaſtomoſeωn, arteriarum, carotidum & venarum iugularium in cerebri ſubſtantiam defluente, & hinc per neruos tranſmiſſo, à quâ fit ceſſatio ſpiritus animalis, non excitante vitali.

8. *Animalis facultas* (licet vna ſit) in Principem tamen, Sentientem, & Mouentem diuiditur. *Principis* facultatis ſedes in cerebro eſt; ideas rerum à ſenſibus acceptas in pineali glandulâ diſponit, & conſeruat, ſpecies indiuiduis, ſpeciebus genera ſuperſtruens: ex quarum perturbatione fiunt deliria, mania, phreneſis, &c.

9. *Sentiens* facultas eſt quintuplex. *Senſus* quinque ſunt, viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus: qui etiam quatuor aliis communis eſt. Senſitiuæ facultatis *inſtrumenta* propria ſunt nerui, & membranæ per fibras ſuas ſpiritui animali quem deuehunt, ſenſum ſpecierum exprimentes.

10. *Mouens* facultas ea eſt quâ ſpiritus animalis per neruos in fibras *muſculorum* expanſos repetens principium ſuum, contrahendo vnam partem & aliam relaxando antagonoſticè, motum partium annexatum efficit. *Qui copioſiorem explicationem de*

de his Articulis 3.4.5. & 6. deſiderarint, legat doctrinæ nouæ exercit.1. libros duos Element. Medicinæ, Theoriam Gallicam, & Notas ad ſpeculum Nauchæi curioſas.

SECTIO II.

Pathologia.

PROLEGOMENON.

P*athologia* verſatur in contemplatione humanæ naturæ à ſtatu naturali aberrantis: & in eo ſtatu, *morbos*, eorum *cauſas* & *ſymptomata* conſiderat.

ARTICVLVS I.

De Morbo, cauſa, & ſymptomate.

1. M*Orbus eſt impedimentum* ſpirituum in actionibus ſuis: inde patet nullum morbum eſſe propriè, primò, & per ſe organicum: aliàs enim corpus etiam mortuum diceretur ægrum. *Spiritus* autem vterque *duobus* modis *impeditur* nempe, vel oppreſſione vel ſolutione.

2. *Spiritus vitalis opprimitur* aliquo graui corpore opprimente ſiue ſuffocante. *Soluitur* alimenti defectu, vel aurâ mercuriali fortiore vincente (vt candela per flatum follis vehementiorem) & ſic patitur extinctionem, quæ ſi fiat in corde, Mors eſt; ſi in partibus, Mors partialis ſiue Gangræna.

3. Spiritus vitalis *impedimentum in pulſatione*

facit

facit vel deprauationem pulſus, vel auctionem, vel diminutionem, vel abolitionem : ſi deprauatio pulſationis fiat in cordis ventriculis, dicitur palpitatio cordis : in arteriis vero, pulſus inæqualitas, inde omnes *ſpecies pulſuum* facilè poſſunt intelligi.

4. *Spiritus animalis oppreſſio* (vt comparatione cum vitali dicam, deficiente proprio nomine)* eſt ceſſatio facultatum eius, ceſſante irritamento ſpiritus vitalis. *Solutio* vero eſt actionum eius perturbatio ac deprauatio. * *Silentium* in elem.Med.dixi.

5. *Cauſa morborum* quædam ſunt *proxima* opprimentes & ſoluentes, internæ & externæ ab aliis internis & externis generatæ & commotæ, vnde Generantes & Mouentes appellantur hæ *poſtrema*. A *coagulatione* ſanguinis, ſeu ſeri à frigore in laxitate anaſtomoſeων præcipui fere morbi oriuntur.

6. *Symptomata* ſunt accidentia ſequentia morbos, vt vmbræ corpora : ſunt autem vel *actionum læſiones*, vel *Excretionum* aut Retentionum *affectiones*, vel *mutationes ſenſibilium* affectionum. Cauſæ ſymptomatum eædem ſunt ac morborum.

ARTICVLVS II.

De Signis.

1. SIgna alia ſunt *Diagnoſtica* : 1. *Morborum*, à ſymptomatum ſpeciebus petita : 2. *Cauſarum*, ab hiſtoria præteritorum, conſideratione præſentium, item aſtrorum, elementorum aliarumque rerum non naturalium, ſomniorum, linearum chiromanticarum, næuorum, motuum humoralium, iuuantium & nocentium : 3. *Partium*, ab actionum

læſio

læſionibus,excrementis, dolorum proprietate, ſimplicibus affectibus, chirurgicis & 'pharmaceuticis experimentis.

2. Alia ſigna ſunt *Prognoſtica* quæ *Euentum* per comparationem Virium vtriuſque ſpiritus, & Magnitudinis cauſarum & læſionum ſignificant: & *Tempus euentus* per dierum criticorum non à dierum numero, ſed ab Aſtrorum, & præſertim Lunæ motu pendentium notitiâ, & temporum durationis morborum, directionum, cæterorúmque motuum Aſtronomicorum, dimenſionum Chiromanticarum, oſtentorum, rerumque fatalium creditarum, cognitione. Hac omnia fuſiùs in Pentagono particulari, & idea Medicinæ veræ.

SECTIO III.

Therapeutica.

ARTICVLVS VNICVS.

T*Herapeutica* circa præſeruationes & curationes morborum verſatur per *inſtrumenta* Diæretica, Pharmaceutica, Chirurgica.

2. *Præſeruationes & Curationes* morborum reguntur per *Indicationes* quæ docent An, Quid, Quantum, Quomodo & Quando ſit agendum.

3. *An ſit* agendum indicat Vis ſpiritus vitalis & Euentus contemplatio. *Quid*, ſymptomata, morbus & cauſa vt etiam pars affecta. *Quantum*, ægri natura, morbi cauſa, pars laborans & actio remedij. *Quomodo*, eadem indicant, æger, cauſa, pars & reme

remedium. *Quando* denique, cauſæ motus & ægri vires.

3. *Prophylactices hac eſt ſumma.* Cauendum decidentem corporis naturalis ſtatum in morbum penitus labi per inſtrumenta Diæretica. *Curatricis verò quæ ſequitur.* Lapſæ conſtitutioni naturali conualeſcentia procuranda per trium inſtrumentorum medicorum harmoniam, causâ ſublatâ; ſymptomatum vehementiæ primùm ſuccurrendo, ſi vrgeant. *Vide Pentagonum particul. Theoriam Gallicam ſub finem, Notas ad Naucheium & Segmentum vltimum huius Breuiarij.*

D. D. R. C F.

SEGMENTVM II.

PRAXIS MEDICA BREVIS & experta, ſiue Liber Aphoriſmorum Medicorum LAZARI MEYSSONNIERII *Ph. & Med. D. Cum Specificis Morborum remediis.*

SECTIO I.

Generalia & Prologomena continens.

APHORISMVS I.

QVOTIESCVMQVE Senſus vel Actio Spiritus Animalis, vel Vitalis *Impeditur* fit MORBVS.

Quia tunc ſtatus naturalis, contra naturam *mutatur, nec ei conuenit amplius. data* Definitio *lib.* 1. *Elementorum Medicorum.*

Poriſma.

Hinc patet omnem Morbum *propriè & præcipuè eſſe*

eſſe in Spiritibus impeditis ; *minus verò propriè & quaſi ſecundariò in* Humoribus *&* Partibus *Machinæ corporalis , quæ deſtituta Spiritibus diceretur ægrotare Corpus enim tunc dicitur mortuum , non ægrum.*

APHORISMVS II.

SVblatis impedimentis ſenſus , vel Actionis Spiritus alterutrius , fit SANATIO. *Patet ex conſequentia præcedentis Aphoriſmi.*

APHORIS. III.

IMpedimenta Spirituum , vel ab ipſorum *Impetu*, vel per *Manum* Medicam,vel per qualitates *Medicamentorum* tolluntur.

Hoc patet in Criſibus, in Operibus Chirurgicis,& vſu remediorũ Diæteticorum & Pharmaceuticorum:

Poriſma I.

Inde multi ſine vllis auxiliis Sponte *ſanantur in agris & pauperes Medicis deſtituti. Quidam* ope Chirurgica *quales Fracti, Luxati , Herniâ , Veſica calculo , cataracta ,* &c. *laborantes. Plurimi* ſollicitato *Spirituum impetu per* purgantia , *vel iis* aduerſantia, *vel eos* exaltantia , *quæ cardiaca calida vulgò dicuntur, vel per* reprimentia *quæ vulgò Roborantia frigida nominantur, vel* qualitate Specificâ *repugnãt impedimentis , vt quæ lumbricos necant , & venenis reſiſtunt ἀντιπαθικῶς ; aut tandem eluendo , leniendo, vel ſtringendo ſuccos & partes* Machinæ , vias parant, aut firmant, *quibus liberè Spiritus agant.*

Conſectarium I.

Ab hoc poriſmate ſequitur aliud mirabile omnia medica

Medicamenta, vel alimenta medicamentoſa reduci ad quinque genera *I. ad* Purgantia,*quæ Spirituum impletum ſollicitant in ſtomacho per vomitum & dicuntur Gr.* Emetica, *vel in Inteſtinis Cathartica, vel in Renibus* Diuretica,*vel in Naribus* Errhina. *II. ad* Exaltantia Spiritus quæ *vel ſpiritum vitalem* leniùs, *vt* Cardiaca *calida, & calida* Cephalica, *impropriè dicta, ſic quæ vigilias procurant,vt The,* fortiùs *& ſudores mouent* Hydrotica *dicta. III. ad Spiritū Animalem Roborantia vt Odorata* frigida Cardiaca *dicta, &* Cephalica frigida *ac ſomnum prouocantia* Hypnotica *dicta. IV. ad* Specifica *quæ impedimentis quibuſdam reſiſtunt. Sic* Elminthagoga *vermibus,* Alexiteria *venenis*, Hyſterica *vaporibus vterinis. V. ad* Particularia *quæ partem Corporis reſpiciunt, aſpera leniendo, vt* Bechica, *&* Malactica, *aut eas mundando,detergendo* Vptica *dicta, aut earum ſubſtantiam, vel conſtructionem firmando, Aſtringentia,* Styptica *Græcis Scholis appellata.*

Conſectarium II.

Hinc etiam ſequitur; Pauciſſima medicamenta ſufficere ad Medicinam vbique locorū faciendam id *quod nos alibi docuimus, ſi pro* Emetico *crocum Metallorum*; *Pro* Catharticis *Rheum, Senam, Iaalap, & & Scammonium pro* Cardiacis calidis,*vini Spiritum & The*; *pro* Hydroticis *Aquam Cardui Benedicti. Pro* Cephalicis frigidis, *ſiue Cardiacis frigidis abuſiuè dictis Aquam Roſarū* : *Pro* Hypnoticis *Opium: Pro* Elmintagogis *Semen Santonicum & Corallinam* : *Pro* Alexiteriis *Theriacam in genere* ; *nam* ſingulis ferè venenis ſingula ſpecifica conuenirent, *pro* Hyſtericis *Aſſa,pro* Bechicis *Sacharum & Mel,*

pro Malactica *Oleum*, Axungia; *pro* Tergentibus *Aqua & Ariſtolochia*, *pro* Aſtringentibus *Bolus & Rad. Tormentillæ*, *pro* Attrahentibus *pix & Cantarides*, *pro* Sarcoticis *Cera & Therebinthina. Sed de his & in* Medicina Gallica *fuſiùs*, *& in* Idea Medicinæ veræ. *Hîc ſola* Medicinæ Medulla *compendiosè, ſed tamen efficaciter exhibetur.*

APHOR. IV.

SPecifica morborum Remedia; præparantibus præmiſſis vel admiſſis, ptopriè reſpiciunt impedimentum, quo ſublato Spiritus liberè ſentit & agit, ſuntque Chirurgica vel Pharmaceutica. *Sic ſpecificum in fractura eſt* Chirurgicum, *Specificum in Epilepſia* eſt *Pharmaceuticum.*

APHOR. V.

SPecificum Chirurgicum, eſt quodcumque *inſtrumentũ*, ex quacumque materia minerali, vegetabili, vel animali quod ſolet *manum medicam iuuare*. non ſolum ad continuum ſoluendum, ſeparatum vniendum, & ſuperfluum remouendum, ſed etiam ad *aliud quodcumque* quod præter Diætetica, & Pharmaceutica *iuuare poteſt* Medicum, vt tollat impedimenta, propter quæ Spiritus vitalis aut animalis liberè & perfectè, quicquid naturaliter in corpore viuente, præſtare poſſunt atque debent, exercere non poſſent.

Scholium.

Sic *perſpicillorum vitreorum* vſus valet in remouendo impedimento, quod diſtantia cryſtallini indebita facit in figuratorum obiectorum *viſione* li-

neis

neis recipiendis, & transferendis ad retinam in qua ſpiritum animalem afficere poſſunt vt diſtinctis videat, & inter Chirurgica referri poſſunt ſpecifica, vt quæ ad *artes* & calliditates quibus per *varia organa* Medicus peruenit ad curationem Melancholicorum, remouendo impedimentum quod non concedit, vt liberè diſcernat ideas ſecundum naturam ſuam & diſpoſitionem, quâ ſuppoſitâ, diſtinctè Anima humana ratiocinatur, vt in *lib.2.Element.* demonſtratum eſt.

APHOR. VI.

SPecificum Pharmaceuticum *ſimplex*, eſt per *naturam*; ſed *compoſitum* per *artem*.

Certè ſi vires ſimplicium perfectè nobis eſſent Nota, non dubium, quin quemadmodum Scorpij pungentis ſpecificum alexiterium ipſe eſt Scorpio, & Viperæ morſus ipſius viperæ cor, Luis venereæ Guaiacum, aut Mercurius, Scorbuti Cochlearia, & alia quibus Beſtiæ vtuntur ſpecifica, & quæ ſimplicia ſunt aduerſus ſibi familiares morbos ex inſtinctu *naturæ proprio, ex quibus Philoſophi primum Medicinam didiciſſe ſcribunt homines: Ita aduerſus ſingulos affectus haberentur Medicinæ ſimplices; Sed quia multiplex eſt Humanum alimentum, non naturâ ſed arte ferè concinnatum, & inſtinctus ad tantam varietatem non ſufficeret propter variam mixturarũ temperiem, ideò ex* Arte *quærendum auxilium, nec hactenus in tanto morborum numero qui genus humanum exercet quaſi continuò præ feris, ſcientia rerum particularium in ſimplicibus quod deſideratur inuenit, ideo ex Arte depromendum.*

APHORIS. VII.

SPecificum *compoſitum perfectum* recipit Medicamentum Animale, vegetabile, minerale; Signatum, & expertum: internum, vel externum; vel vtrumque.

Tale reperietur propoſitum in curatione ſcrophularum, nam *imperfectum* ſæpe occurrit, cum experta deſint, vel Animale vel minerale, vel vegetabile, vel etiam ſignatum nondum compertum experimento probatum, ſiue obſeruatione curationis confirmatum.

APHOR. VIII.

PLethora *ſanguinea* ſi noceat ſuperioribus à pulmone partibus, vaſorum *infernorum* apertione, reuellendo commodiùs curatur: ſi ſub, aut circa pulmonem, reuulſio fieri debet per *ſuperiora*.

APHOR. IX.

D*Eriuatio* plethoræ ſanguineæ fit per *propiora* vaſa loci affectis, quam commodiſſimè poteſt fieri, per phlebotomiam, Arteriotoniam, aut cucurbitulas conuenientibus locis cum ſcarificatione appoſitas.

APHOR. X.

REuulſio plethoræ *Cacochymica* fit per *Emetica* in iuuenibus & bene habitis ac facilè vomentibus, clyſtere præmiſſo, maximè ſi cacochymiæ ſedes ſub diaphragmate ſita ſit. In cæteris per *Cathartica* ſuccorum nocentium quantitati viribuſque partium proportionata.

APH.

APHOR. XI.

DEriuatio fit per propiora ſedis cacochymiæ Emunctoria *Caput* Errhinis, *Stomachus* Emeticis, *Inteſtina* clyſteribus, *viſcera* Catharticis, *vena & arteria* diureticis, *Corporis totius & externorum* membrum *habitus, cæteris præmiſſis, parocetenticos curatur.*

APHORIS. XII.

TOtius ſanguinis maſſa cacochymiâ corrumpitur, ſi Phlebotomia *præcedat* Catharſin, niſi cuiuſdam inflammationis aut ſuffocationis metu ſuccurrendum ſit *vrgentiori.*

APHORIS. XIII.

SAnguis ab obſtructo *liene* vel *vtero* p. n. in corpore nocens debet ſectione vaſorum *infernorum* è directo curari; ſed vterus menſes mouentibus ſæpius excitatur.

APHORIS. XIV.

L*Ien* Emeticis, propter vas breue, *Catharticis* propter vas Vuirſungi, & internarum *hæmorrhoidum* fluxu vel naturali, vel *excitato* per aloën, folia ficus, aut affixas hirudines.

APHOR. XV.

H*Epar* curatur, ſi Catharticis aloë vel puluis minoris centaurij iungatur in forma ſolida, ſuccedente poſt duas horas iuſculo, hæc enim obſtructos meatus cholidochos in tenuibus inteſtinis deſinentes reſerant.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

APHOR. XVI.

FÆx ſanguinis *ſalſa & oleoſa* ſpiritum vitalem *exaltãs* per Hepar,& aliquatenus per Aures,ſub nomine ceruminum ſegregatur; *ſalſa & terreſtris* eundem Spiritum *opprimens* per lienem; *Serum tenuius*, ſiue pars *aquoſa* ſanguinis per anaſtomoſe*ω*n arteriarum cum venis ſyzygias in meſenterio per aluum,in renibus per *vrinas*, in ventriculis cerebri cum *muco* & *ſputo* aliquando ſicut & lachrymis, in vniuerſo corporis habitu, per *inſenſilem* quam vocant *tranſpirationem*, & per *ſudores*; *ſerum craſſius* vulgò *pituita* vel Phlegma per eaſdem vias, plurimùm verò per cerebrum, impellente extrinſecus Mercurio *aëreo*, Hieme præſertim, vel *minerali* in Hydrargyralipt*æ*a; vel intrinſecus aſſumptis pilulis mercurialibus; compreſſis & repreſſis maximè Syzygiis meſentericorum vaſorum præindicatis.

APHORIS. XVII.

QVæ intrinſecus Spiritum vitalem *exaltant & ſalem ſoluunt* in ſero ſic vt minus fixum facilè fluat *ſudores mouent*, vt aqua Cardui Benedicti, decoctum Buxi, Guayaci,aut milij cum pauco vino albo tepidè exhibitum; Quæ *exaltando Spiritum*, eundem *ſale* ſuo *laceſſunt* mouent *Vrinas*, vnde Therebinthina non lota, & decocta Cinerum ex plantis quæ ſapore ſuo ſalem produnt ſunt inter *diuretica* præcipua.

APHORIS. XVIII.

VApor aqueus, quia ſalem ſoluit extrinſecus, ſi calorem ignis vulgaris viſibilis exaltantem

ſympa

ſympatheticus ſibi conſimilem ignem vitalem inuiſibilem, quem Spiritum dicimus, comitem habuerit *ſudorificus* eſt, imò & in humidioribus corporibus ignis vulgaris viſibilis *calor ſolus*, quia liquat reſtagnans ſerum craſſius, iuuans internum calorem.

Experimentum.

Vis congener ignis externi vulgaris & interni in Animalibus inuiſibilis manifeſta eſt in vrina, quæ calens *è corpore exit non comparente* ſedimento, *quod paulatim* ſecedit *in aëre frigido & ſic apparet*; euaneſcit *vero poſtea per* vim ignis *vulgaris externi, ſi vas in quo continetur vrina prunis, vel cineribus calidis etiam imponatur, quia ſerum craſſius ſic ſoluitur.*

APHOR. XIX.

CErebrum ſi non naturaliter per *nares* Errhinorum arte, vnde etiam in Hæmorragia ſanguis profluit reſeratâ ſinus eius qui ſagitalem ſuturam comitatur anaſtomoſi, vel vias *palati* in quod ex infundibulo ſerum ſiue tenue, ſiue craſſius ex ventriculis deuoluitur, per Saluiæ ſertum inditum ieiunis mane, vacuatur in genere: peculiariter verò per *oculos* in quibus ex ſectis Cœpis lachrymæ ſolent excitari, per *aures* è quibus Cerumina per exteriùs applicatum emplaſtrum Carthartico-Magneticum extrahuntur; Agunt autem hac omnia medicamenta, quia *ſale* ſuo, in quo vis Cathartica per admixtionem Oleoſi & Mercurialis naturaliter inſidet *Spiritum animalem laceſſunt*, & *exaltando vitalem*, hunc ad ſolutionem ſeri craſſioris, & reſera-

 tionem

tionem Syzygiarum vaſorum Synanaſtomomenωn, ex quibus ſerum exſtillat indeſinenter, prouocant. Sudor etiam per emplaſtrum Cephalicum, aut quod ſequitur, vniuerſale polychreſtum.

APHOR. XX.

CErebrum *manu Chirurgica* iuuatur per *Cauteria*, vel occipitio, vel pone aures inuſta per *veſicatoria* ibidem, per *ſetaceum* occipitio, vel in *lobis aurium*, in eorum foraminibus inditâ radice Thymeleæ pro morbis *oculorum* præſertim, per *ſectionem* venarum iugularium frontis, & arteriarum quæ micant in temporibus, aut affixas poſt aures *hirudines*, & aliquando per *trypani* terebrationem.

APHOR. XXI.

FVrfura, ſcabies, impetigo, parotides *præter naturam* cerebrum euacuant, ſicut & alia vulnera, vlcera, variique tumores, quanquam ſpontè vel caſu contingere ſoleant.

Poriſma.

Inde quamplurimos à grauiſſimis morbis liberatos maniâ, melancholiâ, ophtalmiâ, &c. *Probatiſſimorum Authorum Hiſtoria fidem faciunt, de quibus conſuli poſſunt inter cæteros Schenkius, Guyonius, Paræus & Moronus, qui ex Obſeruatoribus Collectorium indicem compoſuit.*

APHOR. XXII.

M*Enſes mouent* medicamenta quæ *fœtore* pollent, ſale Cathartico, & oleoſo; Spiritus enim vterque vitalis & animalis commouendus eſt.

Experi

Experimentum.

Hoc compoſitione pilularum fœtidarum patet.

APHOR. XXIII.

SEmen ex anaſtomoſibus ſpermaticorum vaſorum reſtagnans aut plenitudine grauans, aut putreſcens, *fœtore virulento* Spiritum animalem aut vitalem perturbans, ſi pollutione non reiicitur, *Diureticorum* cum *Mennagogis*, & *ſemen extinguentibus* fœtentioribus, vt agno vel camphora, debet eliminari vel reprimi.

APHOR. XXIV.

IN quibuſcumque corporis partibus craſſiora alimenti recrementa, vel ſanguinis aut chyli dulciora *torpent*, & concluduntur diutiùs excrementa, concipitur Aſtris influentibus *Spiritus Mercurialis* à quo, ſicut ab ouo vermes ſericeos, calor Spi. Vit. producit inſecta animalia, inde *vermium*, *pediculorum*, & aliorum ſæpè *monſtroſorum animalium* ſoboles, quæ ſalſis, amaris, acribus, leuitérque anæreticis maximè corallinâ, aloë, ſtaphide agria, Hydrargyro aut cocco orientali deſtruuntur & extinguntur.

APHOR. XXV.

EX *prauis* alimentis; ex *impura* ſuccorum *fermentatione*, ex *ſubſtantia* vitali vel animali Spiritui *Anthipathica*, aut ex omnium vel aliquorum *mixtura* ſolent exoriri *Miaſmata*, quæ vel *Spiritum* alterutrum, vel *turbant*, vel *extinguunt*, aut animalis corporis *partes deſtruunt*; Quædam vero *communicantur*, & communicata ſtatim animal inuadunt

dunt vt *peſtilens*, & *Venereum.*

Scholium.

Hinc peſtes & Epidemici morbi ſapè,poſt,aut frumenti corrupti, *vini peruerſi*, *carnium ab* animalibus morbidis, *Herbarum noxiarum in* fame *vſum*, *aut alimentorum impurorum in obſidionibus,aquarum, in puteos cadentium aut olerum à* nubibus *quæ ex putidis aut non ſepultorum hominum cadaueribus* poſt clades *exercituum* eleuantur, *& à ventis impulſæ in certas regiones ventorum varietate feruntur ibique depluunt infectorum, in corpus ingreſſionem manifeſtantur; Quanquam & influxus aſtrorum venenatus ex effluxibus Martiis, Saturninis, Mercurialibus in certis conſtellationibus accedentibus Solis & Lunæ motibus* aërem *quem inſpiratione attrahimus, ſic inficere poteſt vt homines minus robuſtos, cautos aut præſeruatos alexicacis, ſic etiam varias animalium ſpecies tollere poſſit. Dum momento tranſit, per pulmones, ad cor Regiam Spiritus vitalis, accedente potiſſimum* reflexione vmbræ terræ *in Eclipſibus Lunaribus*, effluxibus *Lunaris corporis* vehementioribus, *in Solaribus, exhalationibus corruptis, &* Cometarum *conſumptione, vnde* Miaſma maleficum *per aërem, deleterium, venenatum in Animalia plantas & etiam mineralia, nam à* Luna *lapides etiam exteri & corrumpi videmus & à ventis certis.*

APHOR. XXVI.

QVæcamque in interioribus partibus Spiritum impediunt, *agunt* ſicut ea quæ eundem in exterioribus afficiunt, *tumores* dico, *vlcera, vulnera, fracturas & luxationes:* iiſdemque cura conſimilis,

ex

ex analogia, circumſtantiarum diſtinctione prudenter facta, debetur à Medico.

Scholium.

Iſta patent ex ſequentibus Aphoriſmis.

APHOR. XXVII.

NOn curabis tumorem p. n. niſi materiam quæ facit impedimentum Spiritibus educas ac ita diſpoſueris eam, vt ex loco in quo impedit commodè poſſit exire. Hæc diſpoſitio ſiue præparatio *concoctio* nominatur, ſic nec febrem auerruncabis, niſi impedimentum quod hanc facit, humorem ſcilicet ita digeſſeris vt liberè reiici poſſit per *ſudorem*, vel per *diapnoen*, vel per *vrinas*, vel per *hæmorragias*, vel per *vomitum*, vel per *excretionem aluinam.*

Scholium.

Patet ex comparatione hoſpitis inimici incommodi, qui ex ædibus eijci non poſſit, niſi diſponatur verbis, vel ſi reſiſtat verberibus, & ſi valentiùs repugnet vinculis, quibus; irretitus per vim maiorem, facilè poſtea vel ab homine debiliori foras eliminatur.

APHOR. XXVIII.

SPiritus vitalis ſolus eſt *concoctionis author*, iuuatur *emplaſticis extrinſecus*, quia propter *conſtipantem* & oplentem poros ſubſtantiam denſam quã obtinent, radios eius igneos *reflectunt*, dum ad ſuperficiem corporis feruntur, reflectentes *duplicant*, & propter oleoſum quod poſſident, vim eius alliciunt augent & conſeruant, vt oleum ſeruat ignem vulgarem in foco, ſicut in oleoſa terreſtri pice nauali videre eſt, quæ ſupurationi phlegmonoſæ vtiliſſima

liſſima eſt ideo. *Intrinſecus* verò quæ *temperant* Spiritus huius ignem nimis incandeſcentem, & *tamen fouent*, vt opus concoctionis, cui certum tempus debetur perficiat, vt potus refrigerans & humectans, cum analeptico ſed leni nec onerante nutrimento conducit. Prioris defectu Spiritus illius ignei creſcens incandeſcentia *turbat* omnia; Poſterioris, vis vitalis eius tandem *extinguitur* & impedimentum à qualitatibus aduerſis ipſius medicamenti eam tandem *obruit*, & enecat, vt in *Febrium curatione* perſpicuum eſt.

APHOR. XXIX.

S*Cientia Medici moderamen caloris à Spiritu vitali procedentis*; auctior enim quam par ſit, dum celeriùs & vehementiùs mouetur ab arteriis in venas, vt ſibi viam faciat, impedimenta curſus ſui ante debitam præparationem cum *impetu* aggreditur, *reſiſtentia* propter adhæſionem cum partibus, oſcillis nempe quæ Syzigias anaſtomoſεωn faciunt, *diuellit*, tandemque propter extremum hunc conatum in vnum aut alterum locorum *deſerto centro* in quo ſedes propria magna ex parte, à *maiori* inſtillatione alimenti ſanguinei, quam *minor eius vis ferre* poſſit, *obruitur* & intercipitur, vnde *mors*, & nihil niſi reliquiæ non victoriæ, ſed cladis ſuæ puncticulares maculæ extrinſecus, per immoderatum hunc conatum extenſæ in iis qui in rigore paroxyſmi moriuntur; aut ſi impedimentum non cedat, repellatque Spiritus impellentis impetum, ex hac repulſa & ex alimenti ſupra indicato in corde non proportionato ad eius qui reſtat Spiritus inopiam affluxu, mors

magis

magis ſubita,qualis in iis qui in augmento paroxyſmorum ſuffocantur.

APHORIS. XXX.

IN corporibus quorum robuſtiores ſunt partes minus timendum in exhibendis iis quæ Spiritum vitalem exaltant quam in delicatioribus qui molliores particulas obtinent.

Poriſma.

Hinc vino exhibito *ſæpius Ruſtici, Bajuli,&c.* liberantur *à febribus per copioſos* ſudores *iiſdémque grauiſſima Encaumatis, dyſphoria, deliriy, ceteráque tremenda ſymptomata, ſuccedente felice criſi, ſuſtinent. Nobiles autem & vrbani delicatiores eodem ebibito* pereunt *vt plurimùm, nam talis eſt Spiritus vitalis ignei, & alimenti aut medicamenti exaltantis eum, ac corporis humani, ratio, qualis ignis vulgaris viſibilis, pulueris pyrij, tubuli tormentarij; tubulus enim* craſſus *maioris ſclopi rubigine obſitus ab* vncia, *verbi gratia, pulueris pyrij validè quidem commouebitur, vbi conceperit ignem, ſed* rariùs crepabit & diuelletur; *quam ſclopetulum* tenuioris *craſſitiei, ſi* eadem quantitate *pulueris pyrij infarciatur, igne enim ſuccenſo, vt impedimenta ſui motus aut curſus remoueat, qua data porta, dum cum* impetu majore *fertur indiſcreto exitu extremi tubuli ad quod ex mente ſclopetarij dirigitur infra ſupraque vel ad latera* diuellens *continuum tubuli*, in partes *& fruſta totum tubulum diſtrahit violenter, ſic vt nihil niſi reliqua fragmenta in terra collapſa reſidua ſint. Hinc etiam intelligitur cur, liberiore corpore ſano nulliſque impedimentis obſtructo, vinum* ebrietatem *concitans nullam*

nullam talem concitet Cataſtrophem , qualem in Febriente *&* impedimentis *aliis* obſeſſo *, peruertentibus viam conſuetam Spiritus vitalis ab arteriis in venas, dum circulatur continuò : nam, ſicut in* aëre libero *ignis qui excitatur arte in ſolemnibus ludis patentibus viis nihil niſi alacre & ludicrum aſtantibus exhibet, etiam ſi quaſi centum tormentarij pulueris accendantur. Contra verò ſi* eadem *eiuſdem pyriæ mixturæ* quantitas *cuniculis* incluſa *ſuffoſſis ſub vaſtiſſimis murorum Arcis alicuius molibus, ſpiraculis vndecumque diligenter occluſis, vnico ſed anguſtiſſimo calle relicto quo peruenire poſſit per funem accenſum ignis ad mixturam pyriam, tantus fragor, tanta ruina, tanta deſolatio, tanta deſtructio ſequitur, vt nihil triſtius, nihil horribilius, nihil terribilius ex* ignis actibus *cogitari, nedum conſpici poſſit.*

APHOR. XXXI.

AD caloris Spiritus Vitalis moderamen non ſufficit *contrarij* oppoſita proportio & *ſimilis* conſeruantis rationabilis appoſitio , ſed & demere quæ præter naturam *ſuperfluunt* oleoſa ; vt bilis in venis & extra venas, & *minuere* quæ quantitate ſpiritum opprimunt vt plethora ſanguinis, & *remouere* quæ in ſui vel coctione aut rejectione aliò diſtrahunt, vt alimentum nimium ingeſtum, aut phlegma crudum in capite ; aut membris hærens , aut in ventriculum regeſtum, vt recoquatur & excrementa retenta, vnde clyſteres, venæ ſectiones, purgationes, *ſpecifica* remedia *præcedere* conſentaneum eſt, niſi quid grauius vrgeat.

APH.

APHOR. XXXII.

IN Corporibus in quibus hepar, lien, vterus, ventriculus & inteſtina ſcatent impuris & ſuperfluis humoribus & excrementis, ***periculoſum*** eſt ***præmittere vena-ſectionem purgationi*** quia ſic ***cacochymia tranſit in venas ſuccedens ſanguini miſſo***, eiuſque in vaſis reliquis magis proportionatam & ſaniorem compoſitionem hac ***heteregenea mixtura*** peruertens ***inficiendo totam maſſam.*** Si tamen vel inflammatio, aut inflammationis, vel ſuffocationis ex arteriarum aut venarum ***plenitudine*** metus occurrat ***Phlebotomia præferenda***; ſuccurrendum enim vrgentiori.

APHOR. XXXIII.

I***Nſtauratio*** ſubſtantiæ deperditæ, aut delabentis ad conſtitutionem & compoſitionem naturalem & debitam partium corporis facientis, in ***vlceribus, vulneribus***; ***fracturarum*** & ***luxationum*** reſtauratione & curatione, Spiritus Vitalis motus directione perficitur, ſi glutinoſis quod ***vtiliter*** ei ***materiam ſuppeditat***, & ſtypticis in loco in quo laborat retineatur, & ſi quod ***ei*** nocet opprimendo, diſſoluendo, vel irritando, ſecundum naturam principiorum ***curetur*** aqueis, calidis, aut frigidis, ſalſis, amaris, acribus, acidis, cauſticiſque pro temperie cuiuſque, tergendo & mundificando.

SEGMENTVM III.

APPENDIX EVPORISTΩN Remediorum ſub Formulis *paucis ad præcipuos omnes* ſcopos , *in genere, Medicinæ Pharmaceuticæ pertinentium iuxta prædicta ex* paucis *&* *ſelectis* Medicamentis.

PVRGANS *blandum temperatum* Iuſculum.

℞. Iuſculi pulli gallinacei in aqua cum pauco hordeo crudo leniter coctì & adhuc feruentis q.ſ. effunde ſuper ℥.ß. *fol. orientalium mundat.* & ſucci citrij mali cochleari vno irroratorum, ſine donec refrigeretur in catillo cooperto per ſe , colatum poſtea exhibe ieiuno, ſiue tribus ad minimum horis à cibo ſumpto , & ſuper eadem folia non rejecta , ſi non purgauerit poſt 3. horas,ſecundo Iuſculo ſumendo ſimiliter affuſo, infuſo, colato,expreſſo, & exhibito: ſi leniendum *Pulpa Caſſiæ* poteſt in Iuſculo diſſolui cum ſyrupo Magiſt. Bechico.

Purgans fortius. Potio.

℞. pulueris Rhei electi & Rad. jaalap. an.℈j. ſenæ

ſenæ orient. ℈ij. crem. tartari, aniſi an.℈.ſ. decocti conuenientis ℥v. miſce ff. *potio*; capiat ieiunus cum regimine Artis.

℞. Scammonij electi grana v. guttæ-gummi grana duo, ricini Americani granum vnicum, contuſa, vt artis eſt, miſceantur guttatim affusâ ſapâ pauciſſimâ, & q.ſ. pulueris Glycyrhiſæ ff. Vna vel altera *pilula* deglutienda ſub auroram cum cuſtodia; & regimine ſtrictè ſeruando.

Vomitiuum: *vini Emetici* Doſis *vnica*.

℞. Croci metallorum in puluerem redacti grana x. quibus affunde in Phiala vitrea vini albi tenuis ℥iiij. clauſa in loco temperato ſeruetur ad vſum, exhibendo ad minimum poſt 24. horas, vel alio ſubinde *neceſſitatis tempore* per inclinationem ſeparatum vinum, vel niſi quid vrgeat, corpore per plura iuſcula die præcedenti diſpoſito.

In vrgentibus caſibus, Apoplexia videlicet, &c. *vitrioli albi* vomitiui Crollij ℈j. audenter exhibe ex vino; vomitum enim è veſtigio mouet.

Diureticus Bolus, *& Catharticus*.

℞. Thetebinthinæ claræ ʒij. pulueris Milij Solis, Rad. Ononidis, Cryſtall. tartari, lapidis prunellæ & millepedum ſiccorum an.℈. ſ. pulpæ fructuum Cynorhodon conſeruat. ʒj. miſce ff. bolus vnus aut alter quem deglutiat æger, *vini albi* Cyatho vno cum guttulis aliquot *ſucci citrij mali* additis, ſuper epoto. Et poſt duas horas *amygdalato* ſuper hauſto cum decocto Rad. aperitiuarum & herbarum diureticarum, ſi volueris, parato.

Ad refrigerandum, emulſio diuretica.

℞. Rad. Maluæ & Chicorij ſylueſtris an.℥j. hor-

dei integri p.ij. S. Alkekengi ʒj. liquiritiæ ʒ. ſ. ff. decoctio in ſ.q. aquæ poſt 4.partis conſumpt. in colatura diſſolue contuſorum ſem.4. frig. mai. mundatorum an. ʒj. ff. *Emulſio*, cui colatæ adde cryſtalli mineralis ℈j. capiat. horâ commodâ.

Per nares purgans cerebrum Errhinum *ſimplex blandum.*

℞. Nicotianæ Siccæ ſiue Tabaci ℈ij. Betonicæ, Saluiæ & Maioranæ ſicc. an. ℈j. fol.roriſmarini ℈.ſ. ff. *puluis* pro *Errhino.*

Errhinum fortius, *cerebrum purgans validius.*

℞. Prædicti Errhini, & pulueris fol.ſenæ an.℈.ſ. pulueris jaalap ℈j. ff. *puluis*, attrahatur naribus magnitudine piſi pro Errhino.

Errhinum validiſſimum, *pro Apoplecticis & Lethargicis.*

℞. Errhini ſecundi ℈.ſ.Scammonij grana v. Hellebori albi grana quatuor, Euphorbij grana duo, pulueris vitrioli albi vomitiui grana iij. ff. *puluis* inſuffletur per tubulum, vel per follem exiguum in nares hominis laborantis impellatur, vrgente neceſſitate.

Hydroticum ſudores *mouens* intrinſecus.

℞. *Aquā* Cardui Benedicti ad ℥iiij vel *Iuſculum* ex decocto Chamædryos in *Pleuriticis* initio, vel *febribus externis* à nobis dictis in doctrina noua noſtra, & *peſtilentibus* ipſaque peſte *decoctum* Milij cum adiecto pauco vino albo, dictum S. Ambroſij in Pharmacopœa noſtra perfecta deſcripti,in *intermittentibus & aliis* in quibus ſudor conuenienter promoueri poteſt : decoctum Raſuræ Buxi, Guayaci, Rad. Sarzæ parillæ Chinæ,poſitâ ℥j Raſuræ,vel Radicis

Radicis pro ℔j. vel ℔j. S. aquæ communis in *Lue Venerea.*

Extrinſecus Balneum Laconicum, vel *ſtupha; Sicca* in dolio ſub quo prunæ ex Sarmentis calorem vehementem induxerint,quod,deinde in oppoſitam partem reclinatum,ingredietur æger & cooperietur, exerto tantùm capite, vel in lecto poſitâ ſub arcuatis cancellis eâdem *prunâ* in diſtantia,& proportione conuenienti ex parte laborante , vel ex vtraque ; aut *Humida* prunis in dolio appoſito catino, in quo vel vini Spiritus, vel grana juniperi & folia Roriſmarini , Origani , Saluiæ, Calamenti , Maioranæ, Hyſſopi cum vino vel aqua cum feruore vaporem exhalent , vel ſub conopeo eundem vaporem recipiendo.

Ophtalmicum.

Collyrium *refrigerans in cauſa* calida.

℞. Ceruſæ in aqua roſarum lotæ ℈j. tuthiæ præparatæ & Camphoræ an.℈.ſ.Sachari candi gr.v. Aquæ papaueris *Rhoeados* ℥j. Aquæ Plantaginis Roſarum & Chicorij an.℥j miſce ff. Collyrium,cuius guttula vna aut altera inſtilletur oculo laboranti.

Collyrium *contra affectus oculorũ à cauſa frigida.*

℞. Aquarum Chelidonij, Euphragiæ, fœniculi, Rutæ an.℥.ſ.vini albi ℥j.ſ.in quibus diſſolue tuthiæ, aloës, Cãphoræ, Sachari Candi an.℈j. Caryphillos duos ; vſus vt præcedentis , ab vſu perſpicillorum ſi vſurpetur præſeruat.

Helminthagogum vermes *necans* ; *intrinſecus contra vermes* Confectio.

℞. Corticis mali aurei,Corallinæ , ſem. contra, an.ʒij. Scordij , abſinthij vtriuſque an.℈j.ſ. fl. centaurij

taurij minoris ℈j. ff. *puluis* excipiatur q.ſ. ſyrupi de floribus Perſicorum vt ff.*Confectio* doſis à ℈j. ad ʒj. & ʒj. pro adultioribus.

Extrinſecus Cataplaſma.

℞. Pulueris aloës ʒj. pulueris ſupra ſcripti pro Confectione ʒj. fellis bubuli q.ſ. vt ff. mixtura pro *Cataplaſmate* applicando vmbilico in mediocri ætate conſtitutis.

Emmenagogum Hyſtericum, *menſes prouocans* potio.

℞. Vini albi ℥v. in quibus diſſolue pulueris Ariſtolochiæ rotundæ, fœculæ bryoniæ, fol. Sabinæ cum ℈.ſ. aſſæ fœtidæ grana duo, Croci, & Caſtorei an. granum vnicum, miſce, ff. potus.

Extrinſecus, nares, & collum eodem *litu* leniter *illinantur* & *ſuffitus* ex odoratis, aut *ſuaue olentia* ſupponantur.

Bechicum; Syrupus Magiſtralis.

℞. Rad. Maluæ ſylueſtris ℥ij. fol. Borraginis M. ij. paſſularum p.ij. pruna dulcia & ficus an. num.5. poma dulcia in orbiculos ſecta num.1. hordei integri p.iij. Glycyrhiſæ raſæ & tuſæ ℥ſ. ff. *decoctio* in ſ.q. aquæ communis vel infuſionis violarum, ſi ſit ad manum ad 3. partis conſumptionem vt ſuperſit ℔j. cui adde Sachari, vel mellis ℔j: Coque, ad *Syrupi* formam; vſus ex cochleari vel ex ptiſana, aut iuſculis dulcibus, in pectoris affectibus.

Extrinſecus expectoratio iuuatur butyro liquato, & ad nigredinem in ſartagine cocto, ſicut & oleo ex amygdalis dulcibus, inunctione factâ, & per ſuffitum Meu Athamantico vel Tabaco per *tubulum* in pulmones tracto.

Alexi

Alexicacum, ſiue Hauſtus Cardiacus *contra venena quauis.*

℞. Rad. Enulæ Campanæ & Angelicæ an.ʒj. Euphragiæ, Betonicæ, Chamædryos, Pimpinellæ cum toto an. Mj. ſem. Cardui Benedicti, granorum juniperi an.℈j. florum centaurij minoris p.ij.ff.*decoctio* in ſ.q. aquæ vt ſuperſint ℥vij. in quibus diſſolue Theriaces veræ & Mithridatij an.℈j. pulueris pro tabellis infra ſcriptis ℈.ſ. vini optimi ℥.ſ. miſce ff. hauſtus Cardiacus exhibendus quando neceſſe fuerit. Pro veneno *venereo* decocto addenda Sarza parilla, China & raſura buxi,& ſic ſingulis venenis, cum eis ſingulis *ſpecifica* quæ *tot* ſunt *quot* venena ſingularia conueniant.

Roborando conſtringentes & refrigerantes Tabellæ.

℞. Rad. tormentillæ ʒij. Rad. vlmariæ pentaphylli an.ʒj. Raſuræ eboris, coralli Rubri præparati an. gr.v. Raſuræ cornu Cerui ℈j. corda pullorum ſiccata num.1. fl. trium cordial. Roſarum Rubrarum, terræ ſigillatæ, Boli armenæ an.℈ij. ſem. acetoſæ,granorum Kermes an.℈.ſ. ff. *puluis* tenuiſſimus; *deinde.*

℞. Sachari albi ʒv. ſoluantur in aqua roſarum addita 4. parte ſucci Berberorum, adde pulueris mox præſcripti ℥.ſ. ff. *tabellæ ponderis* ʒij. aut ʒiij. ad vſum conuenientem ſicut artis eſt.

Spiritus exaltans & viuificans Elixir.

℞. Rad. Angelicæ & Scorzoneræ an.ʒj.ſ. ſuperficialis corticis citrij recentis deraſi ʒj. ſ. Cinnamomi, Caryophyllorum an.ʒij. fol. Meliſſæ ſiccorum, Euphragiæ,Roriſmarini,Sampſuchi an.ʒ.ſ.bacarum

iuniperi ℈ij. florum mali aurei, & florum Euphragiæ p.ij. Anthon p.iij. Saluiæ & Calendulæ p.ij. his omnibus affunde tantum Spiritus vini optimi ter rectificati q.ſ. vt ſupereemineat ad quatuor digitorum tranſuerſorum altitudinem, in vaſe vitreo bene clauſo ſtent per dies vij. vel ix. poſita, exprimendo, *liquor* ſeparetur, colaturæ verò adde pro ſingulis vnciis *croci*, *ambræ griſeæ* & *Moſchi* an.grana ſingula, *bractearum auri* puri folia ſingula digitos 4.lata, & & ſuper affunde aquæ Naphæ, & aquæ Roſarum, an. cochlearia ſingula, ac cum vaſe, cerâ probè obducto ſeruetur ſub *Elixiris* nomine; doſis cochleare vnum aut alterum.

Somnum prouocans Iulepus.

℞. Aquæ portulacæ, Nymphεæ, papaueris Rhœados an.℥j.ſ. in quibus diſſolue ſem. papaueris albi ℈j. colaturæ adde Sachari violacei, vel ſimplicis ℥j. miſce ff. *Iulep.* cui, ſi pertinaciores ſint vigiliæ, addi poterit opij Thebaici granum vnicum.

Extrinſecus etiam ſomnus prouocatur *fotu* tibiacum & pedum ex lacte aut decocto lactucæ capitũ papaueris, & fl. Nymphεæ ſed ſiccari partes exactè non debent, & quieſcat æger.

Exteriùs *conueniunt curandis morbis*, Vnguentum *Polythrylletum.*

℞. Olei ex Oliuis maturis ℔j. ceræ ℥iij. Therebinthinæ ℥ij. miſce ff. vnguentum, vulnerarium eſt, glutinans, Sarcoticum per ſe, *Emolliens*; *anodynum* ad ſingulas ℥j. ſi addas ſulphuris, Cymini ã.℈j. ſi olei de ſpica guttas duas erit *diſſoluens*, *calefaciendo*; Si Mercurij viui ʒj. *refrigerando*: Si picis naualis ʒj. butyri ʒij. oui vnius vitellum erit valentiſſimum

ſuppu

ſuppurans : Si pulueris Ariſtolochiæ ℈j. æruginis ℈.ſ. Sachari ʒ.ſ. erit *detergens* ; Si puluerem pro tabellis ſupra deſcriptum ad ʒj. *aſtringens & Roborans* : Si bolum Armenam cum pauco aceto aut oui ablumine, defenſiuum & *repellens*, & *ſanguinem ſiſtens :* cum Helmintagogis *vermes* pellit; cum oleo de Carabe & Emmenagogis pulueribus ſupra indicatis, *ſuffocatis* mulieribus medetur : cum ceræ albæ & ceruſæ, & lithargyrij loti an. ʒj. ad ſingulas vncias *Epuloticum* eſt.

Emplaſtrum *Polychreſtum.*

℞. Ceræ ℔.ſ. Reſinæ ℥ij. Therebinthinæ ℥iiij. ff. Emplaſtrum per ſe *vulnerarium, glutinans, Sarcoticum, Emolliens, Conſolidans* ; quod eadem arte iiſdémque medicamentis ſimplicibus additis fiet *Reſoluens, Supurans, detergens, Aſtringens, Repellens, Helmintagogum, Hyſtericum, Epuloticum*, imo & *veſicans* ſi ad ℥. ſingulas addas Cantharidum puluerataturum ʒj. & ſinapi ʒj. niſi malis fermenti eadem quantitate cum pauco aceto vti vt veſicas in cute excites.

Puluis duplex.

Cathareticus. ℞. aluminis vſti ʒi. Æruginis ℈j. Salici cauſtici infra-ſcripti ℈.ſ. Sublimati dulcis gr.v. ff. *puluis* qui per ſe vel Sachari drachmæ admixtus mira præſtat conuenienter applicatus.

Aſtringens Epuloticus. ℞. Ceruſæ, Litargyrij, plumbi vſti an. ʒi. boli Armenæ ℥i. ff. *puluis.*

Sal *cauſticum* fit ex Cineribus Sarmentorum, & Cineribus quercus an. ad ℔iij. Cinerum clauellatorum, & Salis Alkali an. ℔i. Calcis viuæ ℔iiij. demerſis in multa aquea vt ſupereminceat ad duos pal-

 mos,

mos, mouetur, & quod per inclinationem poſtea ſeparatur, ignis exſiccatione in ſalem coagulatur.

SEGMENTVM IV.

BREVIS PATHOLOGIA, CVM Therapeutica particulari ſingulorum Morborum à Capite ad Pedes per *pauciſſima* Remedia, & *Euporiſta*, ſupra deſcripta.

Nota quod ad Compendium ſcripturæ ſanguinis miſſio litera S. Cly. Clyſter. & Purgatio litera P. ſignificantur. I. vel Imp. pro cauſis morborum indicandis Impedimentum ſignificat. F. Fit. C. vero Curatur. S.A. Spiritus Animalis. S.V. Spiritus Vitalis. Sp. Species.

De Morbis Capitis.

DOLOR *Capitis*, eſt Imp. *impedimentum* S A. *Spiritus Animalis*, ſentientis in membranis Capitis. C. *Curatur*, S. *Sanguinis Miſſione*, ex vaſis ſupernis & infernis, Clyſtere, P. *Purgatione* mitiore primum deinde fortiore, Errhinis, ac tandem frontali ex Sp. *Speciebus* Iulepi ſomniferi ſi concitatior ſit S.V. ſi remiſſior ex Sp. *Spiritum* exaltantibus, in *mulieribus* non grauidis Saphæ-

næ

næ ſectio præferenda, in *pueris* Helmintagoga purgantibus addenda, *Bilioſis* vomitus, *Melancholicis* Hirudines ani marginibus; in contumacibus aut exteriùs dolentibus tandem Hydrotica,ſed cum Buxo, Sarza parilla vel China, vt in Hydrotico ſcriptum eſt.

Apoplexia, eſt impedim. S. A. & tandem S.V. qui ſuffocatur, refluente mole ſanguinis cum impetu nimio per venas iugulares in cordis ventriculos, oppreſſis per plethoram Seri pituitoſi plurimùm in ventriculis cerebri p.n. retenti ex Elem.5. lib.1. vaſorum plexibus. *Curatur.* S. in Plethoricis in quibus plenus eſt pulſus, ſtatim à principio, Clyſteribus, P.forti, vomitu, & Speciebus Alexicaci,& Spiritus exaltantis Elixiris.

Paralyſis, eſt Imp. S.A. per medullam cerebri in neruos prolongatam tranſire non valentis, *Curatur.* P. miti & forti per interualla repetitâ, interpoſito vomitu ſi non præceſſerit in Apoplexia; deinde Errhina, & tandem Hydroticum, ac continuò Species Alixicaci & Spiritus exaltantis, in vſu ſint.

Epilepſia, eſt Imp. S.A. à vapore partim irritati cum oppreſſione leni S.V. in plexibus Arteriarum cum venis inter cerebrum. *Curatur* frequenti P. & ſi perſeueret Vomitu, Cauteriis. & Hydroticis tandem; Sed cum his perpetuus debet eſſe vſus interpolatus Spiritus exaltantis Elixiris cum Alixicaci Sp. adiunctis *Specificis huius morbi* pœoniâ, cranio humano, aqua ceraſorum nigrorum, & in *pueris*, ac ſuſpicione lumbricorum Helmintagogis perpetuò.

Vertigo, eſt Imp. S.A. in oculo à vapore perturbati:

bati : *Curatur* iiſdem modis quibus Epilepſia. Si *ſpecificum vertiginis* addatur ſtercus pauonis. Et ex Plantis *Euphragia*.

Lethargus eſt Imp. S. V. dum igne ſuo non popoteſt irradiare & excitare S. A. in cerebri medulla propter copioſiorem & mucoſum pituitoſum ſerum in quo quieſcit p.n. *Curatur* P. forti, Errhinis, Sp. Spiritus excitantibus:Decoctum Herbæ *The* Indicæ, & Satureiæ ſpecificum eſt; veſicatoriis, *Suris* ac etiam nuchæ adhibitis; prodeſt etiam Caput exteriùs adhibitâ *Cucuphâ* ex ſiccis Alexicaci ſpeciebus torrefactis, & in ſartagine frixis Spiritu vini irroratis calidiſſimè veſtire.

Phrenitis, eſt imp. S. A. excitatioris à S.V. nimis excitato per materiam ſulphuream, vnde perturbatas ſpecies in conario deprauato ordine ſentiens allogiſta ſimul miſcet, vnde dianœa turbata. *Curatur* S. ex ſaphœnis, Hyrudinibus ano affixis, Clyſteribus ex P. forti adiectis Emeticis, P. miti & refrigerante, Hypnoticis primò lenioribus, deinde fortioribus intrinſecus & extrinſecus adhibitis; animalibus ſanguineis viuentibus adhuc, aut repentibus *Embrochationibus extrinſecus* adhibitis; quæ tranſpirationi viam aperientes, ſic S.V. concitatioris radios concentratos & ſic reflexos, debilitant dum per poros viam aperiunt, & ignis ſic incluſi vim diſſipant; proſunt etiam immerſiones teſticulorum in frigida.

Melancholia eſt imp. S. V. ad aliquam ſpeciem ſenſibilem in conario deprauatam & p. n ſic fixatam nimis inclinari, deprauatio autem hæc ſiue perturbatio, ſicut & fixatio fit per vim mercurialem & terreſtrem

terreſtrem vaporis melancholici diuturnioris in cerebrum ex hypochondriis delati. *Curatur* frequentiſſima P. & interpolata ex Mitiore & forti, S. ex infernis vaſis aut per Hyrudines ano affixas, Hypnoticis externis in Balneis, ſemicupiis, aut pelluuio, mitioribus, & nonnihil fortioribus internis, decoctum caulium ſpecificum eſt.

Tremor eſt imp. S.A. in membranarum muſculoſarum quæ à neruis producuntur & in aponeuroſes, aut tendines deſinunt in inſertionibus muſculorum, dum S.V. impeditus pariter debiliter agit. *Curatur* P. vomitu, Errhinis, Diureticis, Spiritus exaltante, Alexicaco etiam extrinſecus, & tandem Hydrotico extrinſecus mouente, vnguento polythrylleto calefaciente.

De Morbis Oculorum *&* Aurium.

Viſus debilitas eſt imp. S. A. ad oculum peruenientis per neruum opticum, ſiue inter neruum, ſiue extra in humoribus & membranis : *Curatur* remouendo impedimentum P. & S. in Plethoricis, & inflammatione ; *Collyriis* liquidis ex aquis Chelidonij, Rutæ, Euphragiæ, aut Solidis ex Tuthia pro natura impedimenti ; *Manu Chirurgica* in vngue aut catharacta ; & in *cauſa frigida* ſpiritus exaltans & Alexicacum conueniunt, in *cauſa calida* accidente inflammatione collyria ex refrigerantibus aquis Nympheæ, chicorij, papaueris Rhœados, additis cerusâ, Camphorâ; & opio ad granum vnicum ſi dolor vrgeat ; Breuiter *Ophtalmicum* vtrumque provt conuenire poterit ex iis quæ dicta ſunt, & quia conſtricta glandula in cantho oculi firmata turgens, & minus

minus laxa releuat vt ita dicam comprimendo & coërcendo membranam adnatam, & corneam & vueam ſub-accreſcens ſerum retinendo; vſus Collyrij 2. præcedentis à perſpicillis preſeruat per rationes allatas in *in Notis Curioſis* ad Spec. *Nauchei.*

Aurium tinnitus S. A. impedimentum per Neruum quintæ coniugatum in aures delati; varietate impedimenti varietatem præſidiorum expetit, & communis. P. vtriſque mitis, ſi ſine calore fortior; deinde errhina, maſticatoria, ſuffitus intra aurem ex Elixire viuificante, Xilum oleo de Karabe tinctum inditum, goſſipium moſchatum, vel ſuffitus ex iiſdem cum calore. S. lactis iniectio, præſertim muliebris vinum non bibentis; Emplaſtrum Polychreſtum ſimplex in Regione Parotidum, ſi tumor appareat ſuppurans reddetur; deinde ſicut vlcus curabitur.

Morbi Dentium.

Dolor ab humore vel diſtendente extremas partes vaſorum in radices earum quæ cauæ ſunt deſinentiũ, & exundante in vicinas membranas & ligamenta quibus nectuntur & firmantur vnde ſummus dolor: *Curatur* reuulſionibus ex cucurbitulis. S. in plethoricis, Emplaſtro adſtringente ad arterias temporum, gargariſmo ex *Alexic.* & exalt. Sp. in cauſa *frigida*, in *calida* ex Hypnoticis; *roborãtur* vino rubro in quo macerata ſit tormentilla quotidie; & continuò munditie ex gargariſato vino ſub finem paſtus.

Morbi Gutturis.

Angina Imped. S. V. in inſpiratione & reſpiratione, ac deglutitione, S. A. in motu muſculorum laryngis

laryngis & Faucium. *Curatur*, S. repetitâ ex ſupernis inde ex Ranulis, quandoque ex iugularibus clyſteribus, inſuper, gargariſmis ex decocto plantaginis, Roſarum rubrarum initio, hordei; in progreſſu Cataplaſmate extrinſecus ex Nidi hirundinis pulte cum vino parata; ſi extrinſecus *tumor* appareat, curatur vt tumor; & à tumore vlcus. *Vvula* verò inflammata. S. & cucurbitulis ſcapulis affixis cum gargariſmatibus *curatur*; quidam in *prolongata* ſubimponunt piperis pulnerati gr.j. nos granum vnicum pulueris ex tabellarum roborant. ſpeciebus.

De Morbis Thoracis.

Aſthma, eſt imp. S. A. in conuentu anaſtomoſeon tubulorũ aſperæ arteriæ cum ſynanaſtomoſibus venæ arterioſæ ac arteriæ venoſæ, ex quibus ſerum phlegmaticum glutinoſum in ſenibus effluens lenteſcit & viam inſpirationis & expirationis aëris ad pulmones facilem exprimendo præcludit, *Curatur*. Abſtinentiâ glutinoſorum, & eorum euacuatione per P.cum Bechico. Diureticis, Errhinis, ſed per vaporem *Meu Athamantici* aut tabaci per tubulum in pulmones tractum diſſoluuntur, per flores ſulphuria ex oui vitello ſorbili ſumptos ad ℈j. quotidie exſiccatur, aut Spiritus exaltante Elixire cum Bechico.

Pleuritis, *vera* impedimentum S.V. in circulatione per coagulatum ſanguinem extrauaſatum à vaſis inter-coſtalibus per oſcula iunctis inter membranam ſuccingentem: *Diſſoluitur* ſudorifico ſtatim in principio; ſed ſi diutiùs hæſerit, ne vberiùs ſanguis impellatur ad impedimentum circulationis augendum

augendam à primo coagulo factum reuulſio copioſa per S. è directo in Brachiis, & iterata; quòd ſi ſuppuratio ſucceſſerit poſt criſin à ſudore vel ſine ea, poſt diem vij. Bechica proderunt; extrínſecùs poſt diem primam, & intrinſecus poſt tertiam, ad finem morbi continuò vſurpanda.

Falſa ſit à *flatibus* inter eaſdem membranas, aut etiam à *bile* tranſlata, aut *vermibus*; *curatur* P. & Elminthagogis.

Mixta quæ frequentiſſima eſt; *mixtâ*, quam requirit vtraque, *curatione* debet tolli.

Peripneumonia, eſt impedimentum à coagulato ſanguine, ex anaſtomoſibus venæ arterioſæ cum arteria venoſa in parenchymate pulmonum extranaſato, qui facit ne liberè fluat reliquus ſanguis circulandus à ventriculo dextro ad ſiniſtrum, quod quidem ſi perſiſtat recurrens ſanguis ad dextrum & non tranſiens ad ſiniſtrum, S. V. ſuffocatur & extinguitur. *Curatur* reuellendo primum ſanguinis partem ad extra per S. ne quantitas nimia affluat ad loca impedita, deinde *diſſoluendo* per vapores ſpec. Bechici in aqua vel iuſculo decoctas, ſicut & per hauſtus tepidos decocti ex iiſdem cum ſyrupo ex temperatioribus coagulum impedientis, eiuſque excreationem adiuuando per eadem media.

Empyema, eſt impedimenti ex pleuritide vel peripneumonia cōtinuati reiectio intra Thoracis inania; *Curatur*, Bechicis & Diureticis benignioribus purgantibus adiectis, ſed breuiùs *operatione Chirurgica*, quâ latere aperto inter quartam & quintam coſtam à nothis incipiendo, fit impedientis & purululenti ſucci extractio.

Hydrops

Hydrops pectoris, eſt impedimentum Aſthmatifico ſimile, ſed à copioſo & tenui *ſero* ab anaſtomoſibus venæ & arteriæ pulmonis inter parenchyma eius tranſlato & interea propter fluiditaté ſuam liberè & affluenter in Thoracis exundans inania, vnde ſimilis affectus Empyemati breui ſuccedit, tanto celeriùs aſthmate, quantò ſerum liquidius & copioſius, viſcoſiori & pauciori Aſthmaticorum comparatum faciliùs & celeriùs permeat; *Curatur* purg. hydragogis, diureticis, & tandem operatione Chirurgica, qualis ſupra in Empyemate.

Hæmoptyſis, eſt imped. S.V. in receptione aërea à reiecto ſanguine per venæ arterioſæ diuulſa oſcula inter pulmonis parenchyma, qui hyeme facilè in Peripneumoniam, & cæteris verò mitioribus conſtitutionibus in Phtyſin tranſit ſi perſeueret, aut in ſyncopem ſuffocantem ſi affatim ex plurima diuulſione ſanguis extra-vaſatus affluat: *Curatur*, reuulſione Epicraſtica per S. ex infernis & ſupernis venis, cucurbitulis & frictionibus, ligaturis antiſpaſin producere valentibus in locis diſtantioribus è directo & etiam oppoſitis, vſu ſpecier. roborantium & conſtringentium, ex hauſtu abluminis oui, aut in forma Looch, incocto cum earum decocto Sacharo, vt fiat Syrupus.

Phtyſis, eſt continuatum impedimentum S.V. in pulmonum vſu & vaſorum eius propter reliquias ſanguinis pauci ſed putrefacti & purulenti malignitate Salis acris vrentis & diſſoluentis parenchyma pulmonis, vnde tota ſanguinis maſſa in circulatione ſanguinis contagium contrahens, inepta ad probam partium nutritionem efficitur, reiectáque

corpus

corpus tabidum tandem conſumptumque & moribundum relinquit; *Curatur* analepticis temperatis exſiccantibus, & vulnerariis; cancrorum, Aſtacorū, teſtudinum, ranarum caro, oua recentia, lac intrinſecus locum habent; extrinſecus balnea tepida, aquæ dulcis, & lactis, reuulſo per S. ex infernis ſanguine, cum blandis frictionibus, & cauteriis in artubus applicatis, omnes ſcopos implent ſi Bechicis via ſternatur ſine qualitatum exceſſu, & nihil contrarium pertinaciter vſurpetur.

De Morbis Cordis.

Syncope, eſt imped. Sp. V. in cordis ventriculis, ſiniſtro præſertim ex quo per vitalis ignis ſuffocationem vel extinctionem mors celerrimè ſequitur, propter recurrentem à vena arterioſa contra naturam ad ventriculum dextrum ſanguinem, & penuriam eius eodem momento in ſiniſtro; vel ab aura venenata peſtilenti & maligna: *Repletio* ſanguinis ſi hæc faciat, *Curatur* S. *Plethora*, cacochymica vomitu & purgatione promptiſſimâ; *Aura venenata* Alexicaco; ſed in omnibus cauſis ſtatim & ſine mora Spiritus exaltans & viuificans Elixir exhibeatur citiſſimè, & copiosè, magis vero in venenatis & peſtilentibus cauſis, quæ poſtremæ ſolent *datis* in artubus per vlcera *portis* anteuerti non difficulter.

P*alpitatio cordis*, eſt imped. S.V. in ventriculis cordis à re graui vel flatuoſa turbante motum eius in venam arterioſam & arteriam magnam, cum gutta ſanguinis in circulatione ſurſum pellitur; Alexicacum ſi venenata, Helmintagogum ſi verminoſa, Spiritus

Spiritus exaltans & viuificans ſi craſſa, & certè in qualibet cauſa competit, ſed & *extrinſecus* in Epithematis forma debent hæ ſpecies adhiberi ſæpiſſimè.

De Morbis Ventriculi.

Inapetentia ciborum generalis, eſt impedimentum SP. Vitalis per arterias in ventriculum impulſi, à craſsâ, glutinosâ aut terreſtri, ſed dulci aut inſipidâ materiâ intra tunicas eius reſtagnante, aut per accidens in aliàs partes diſſitas collocatum, & hunc in ſui deſtructionem auocans, vt in febribus & doloribus; prima ſpecies ſi Plethoræ coniuncta, S. ſi cacochymiæ P. vomitu præſertim deinde SP. exaltante & Alexicaco *Curatur:* Poſteriori debetur cura Febrium aut dolorum quæ multiplex, de quibus in ſequentibus.

Inapetentia particularis, eſt impedimentum SP. Anim. *Speciem* aliquam in *conario* cum horrore aliquando impreſſam, ob præſentiam obiecti, à qua excita eſt, aut imaginationem eius cogitatam exhorreſcentis; Aſſuetudine poteſt *emendari* vel arte, ſi occultatum obiectum clanculum aliquoties exhiberi poſſit inſcio, & cum rebus gratiſſimis (vt aiunt) palato, aut in neceſſitate ſemel aut bis poſt diuturnam famem.

Fames canina, ſiue *Bulimus*, eſt impedimentum SP. Vitalis per arterias ad ventriculum appellentis, quo excitatur præter-modum, ſicut ignis in foco ab aëre per follem, intēperanter impulſus, qui ſic ideò in momento abſumit & conſumit quæ lente & paulatim coquere debebat; non ſolum autem in arteriis ventriculi ſed in omnibus quæ *venas lacteas* comitantur

tantur *Canales à receptaculo chyli* ad ſubclauios ramos aſcendentes, quæ autem ſic Spiritum excitant ſunt per accidens mercurialia frigida ab aëris mercurio prægnantis procedentia, & in mixtis à parte ſalſa, & mercuriali acida ſalſa, & per acri,& ſulphurea procedentia, item quæ Spiritum concitat exercitia,pathemata viuidiora,vigiliæ. Ex contrariis *cura* perficitur ratione cauſarum : Succi acres, ſalſi, acidi expurgabuntur; alimentum ex viſcidis dulcibuſque ſineſalſedine, acrimonia, aciditate abundè ſuppeditabitur, roborans, aſtringens admiſcebitur.

Sitis morboſa, eſt impedimentum SP.Vit. partim ſimile huic quod bulimum facit ex cauſa propria accendente, non per accidens ſed per ſe hunc ignẽ naturæ in venticulo, & in corde ac iunctis pulmonibus, partim verò ex deductis alio aqueis alimenti partibus obſtructis lactearum oſculis vt in diarrhœa continua, vel reſeratis ſynanaſtomoſibus vaſorum omenti & partium infernarum in Hydrope Aſcite, ex nimis reſeratis ſynanaſtomoſibus emulgentium in diabete, & nonnullis potoribus. *Cura* prioris ſpeciei eſt P. ſucci ſulphurei bilioſi, acris, & ſalſi; caterarum, *cura morborum* à quibus procedunt, & Epithemata humectantia & refrigerantia regioni cordis applicata.

Ventriculi debilitas, eſt comes inapetentiæ ſæpius ideoque idem impedimentum. Si maximè, ſin minus *curatur* Spiritus exaltante ſolo intrinſecus; & eius ſpeciebus extrinſecus admotis, cum Emplaſtro polychreſto, ſpeciebus etiam paucis roborantis,à quibus per accidens concentratus calor SP.V. augetur.

Singultus

Singultus eſt, impedimentum SP. Anim. influentis per ramos neruorum ſextæ coniugationis in os ſuperius ventriculi membranatim diductorũ ad eius conſtrictionem facientiũ, per viſcidos humores, aut flatuoſos, à quibus mouendo ſed anomalως & deprauatè ſe extricare conatur: *curatur* aucto ſpiritu vitali per ea quæ ipſum excitant ex cochleari ſtatim ſumpta; vel per accidẽs cohibita reſpiratione, ſic vt concitatior augeatur, vel vomitu aut purgatione rej ectis, deterſo viſco adhærente. *Qui* verò *ſingultus* non ſatis affluente ſeri per neruorum canales illapſu excitatur in febribus cõtinuis & ardentibus, eo conſumpto, vel per hypercatharſin nimis deſſicato, humidorum affatim inductorum vſu reparari poſſe videtur, tamen vel quia non retineri poſſunt, aut ſatis citò in neruos per cerebri tranſcurſum illabi poſſunt, rariſſimè ſanatur, ſed ægri citiùs præmoriũtur.

Vomitus in capacitate ventriculi fit, dum Spiritus vterque impeditus regere non poteſt ea quæ continentur in ipſo, ſed impediti conantur tamen extricare ſe ab oneris pondere, vel moleſtia qualitatum vellicante, *Curatur*, purgatione per clyſteres, per Antiſpaſin, tandem per vomitum, ex Emeticis blandis, per purgationes, & ſi plethora ſanguinis adſit præcedente phlebotomia. Roborans adſtringens ſequatur intrinſecus adhibendum, Species verò eius extrinſecus applicentur pro Epithemate ſolido, vel ex Emplaſtro Polychreſto, *Sanguinis* verò *vomitus* roborantibus & reuulſione per S. ex extremis artubre epicraſticam, cucurbitulas lieni affixas, ligaturas, & frictiones artuum eorumdem extremorum *curari* debet.

Choleræ verò morbo,qui ſpecies eſt eiuſdẽ impedimenti, ſed à bile maligna, reſiſtit cum roborante præſertim *cryſtalli* puluis exhibitus reuulſione clyſterum celebrata.

De Affectibus Inteſtinorum.

Colici & *Iliaci* dolores,ſunt impedimenta S. Animalis in motu ſuo periſtaltico laborantis, & irritati per diſtentiones canalium inteſtinorum, à cauſa adhærente glutinoſa, vel flatuoſa,aliquando ab aqueo, aliquando à bile,ſicut mel,turgente, *curatur* pro ratione cauſæ; Glutinantia per clyſteres lenientes, & calida quæ flatus diſcutiunt, ex alexicaco & Spiritus excitante deprompta, ſic & *flatuoſa primi generis*; ſi fotus ſicci adjiciantur ex anodynis vulgo dictis; *Flatuoſa ſecundi generis cauſa*, P. cholagoga per enemata,& aſſumptâ ſæpiùs frigidâ citiſſimè ſedatur; *Mixta* quæ frequens eſt cauſa, mixtis remediis, quæ S. antecedere in Plethora, & quibus tandem P. ſuccedere debebit.

Lienteria eſt impediment. S.A.periſtalticè membranas inteſtinorum conſtringere non valentis, vt chylus impellatur in *venas lacteas* propter laxitatem ſynanaſtomoſeωn vaſorum meſentericorum, à quibuscopioſiùs ſerum, affluens chylum citiùs & ſatiùs quam par eſt diluit, *Curatur* roborante adſtringente à quo ſynanaſtomoſes ſtringuntur, & alexicaco mixto cum Speciebus Sp.excitátibus mixtis intrinſecus,& extrinſecus roboratus vterque Spiritus actiones ſibi proprias tandem commodè perficit.

Dyſenteria, eſt impedimentum S. A. dolentis ab acrimonia humoris exulcerantis, ſoluentis, & difficultate in motu, coniunctum cum impedimento

SP. V.

SP. V. Sanguinem qui circulatur ab arteriis meſentericis in ramos Portæ retinere ſufficienter non valentis propter corroſas ſynanaſtomoſes : *Curatur* reuulſione ſanguinis per S. in Plethoricis, laſatiuis & lenibus clyſteribus ex lacte, addito Sacharo, & vitellis ouorum; fomentis dolor temperatur & roborante aſtringente, poſt leuem per Rhabarbari ſubſtantiam purgationem ; ſtrictis ſynanaſtomoſibus *cura* perficitur.

Diarrhœa idem eſt impedimentum SP. A. lientericum aliquando, acre ab affluxu felleæ bilis, per cholidochos meatus ab hepate, aut aduſtæ fœcis atrabilariæ ex vaſe Pancreatis, quæ diutiùs non hæſit in inteſtinis, ſicut illa quæ cauſticorum modo per inuſtionem vlcera dyſentericorum excitauit, hæc ab illapſu copioſo ſeri promptè diluta pellitur, quare ſola rhei purgatione & roborantibus vt in dyſenteria exhibitis breui *curatur*, & lientericorum curâ, ſi lienterica fuerit.

Teneſmus, eſt idem impedimentum S. A. in Sphinctere podicis, quale ſingultus in ore ſuperiori ventriculi ſed ex plenitudine. *Curatur* clyſteribus tergentibus & craſſos humores vacuantibus, Syrupus de Rhamno *ſpecificè* medetur ſic adhibitus.

Lumbrici ſunt impedimenta vtriuſque Spiritus ſed diuerſimodè ; viui S. A. doloribus exagitant; Dum vero meatus oplent aut erodunt vias circulationis Sang. aut putridi venenatos halitus verſus cor emittũt S. Vitali aduerſãtur; & ſic *vtrumque* in actionibus ſiue impediũt, *Curãtur* Helmintagogis quibus necãtur, intra & extra, dejiciuntur purgãtibus inde, ne reſtitantes in corpore corruptione ſua noceant.

De Morbis cæteris vaſorum & Parênchymatum *ventris inferioris.*

Hydrops, eſt imped. S.V. dum *laxiores ſynanaſtomoſes* vaſorum ex quibus ſerum, ex *Prop.5. lib.1. Elem.*& *Theoremate 13.art.3.ſect.1.Theor.Med.*per *laxitatem* effluit ad nutritionem partium ſpermaticarum, nihil aut parum de ſero quod cum ſanguine circulatur retinent: Vniuerſalis contingit, vti hæc *laxitas* eſt ad exteriora totius corporis,& ſerum viſcidius *Anaſarca* & leucophlegmatia dicitur; poſt P. Phlegmagogam cum Hydragogis, *curatur*, ſi ſudorifica ſequantur, interius aſſumantur paulatim roborantia; Minus vniuerſalis eſt *Aſcites*,laxitas eſt in ſynanaſtomoſibus arteriarũ quæ cum ramis *Portæ* venæ coëunt; eadem *cura* ſi phlegmagoga remoueantur; Si vero qui per pulmones atrahitur *aër* & cuius pars communicatur per arteriam venoſam in ſiniſtrum cordis ventriculum & in aortam ac in vniuersũ corpus per arterias cum ſero pariter illabatur non refluere valens, fit *Tympanites*, cui præter curationem Aſcitis fomenta ſicca & abſorbentia ex ſpeciebus Alexicaci & Sp.exaltantis; imò etiam interiùs aſſumptum ex iis aliquid prodeſt. Poſtremis his duabus ſpeciebus *paracenteſis* in principio, non in fine; tunc enim infeliciter exercetur: Omnibus *Humidorum abſtinentia totalis & pertinax*,ſummum remedium.

Ictertus, eſt imped. SP. V. in expurgatione bilis flauæ per meatus cholidochos, vnde flauities, aut bilis atræ per canalem à liene & paucreate propriũ recens detectum. *Curatur* ſi amara purgantia, poſt

phlegma

phlegmagoga propinentur, aut deglutiãtur, ſi vitentur acerba, auſtera, & acida penitus interea, ac vomitus tandem promoueatur, qui concutiendo impedimentum obſtruens tandem excutiat. Sic omne genus *obſtructionum* in lienis, meſenterij & vteri vaſis expellitur, potiſſimum ſi in pertinacioribus vſus Alexicaci, & ſpiritus exaltantis adiungatur, & in mulieribus Hyſtericum menſes mouens; Chalybis limatura iuuat per accidens, quia per duritiem ſuam rebellem cum exercitatione, iuncta ſpir. vitalem excitantibus hunc mouet fortiùs, ſicut aqua, fabrorum ignem in fornace per aſperginem, denique quod ad extrema cutis peruenit, ſudore promoto debet deleri penitus.

Nephritis eſt imped. SP V. ſeroſum humorem ſuperfluum à ſanguine per ſynanaſtomoſin vaſorum emulgentium expellẽtis in vreteres & veſicam phlegmata, arenulas, calculum *Curatur*, diuerſione humoris per clyſteres purgantès admixtis leniẽtibus & oleoſis laxantibus & lubricas vias per purgationes etiam repetitas lenientes, tandem diureticis, & Sal cum tartaro diſſoluentibus aqueis-tepidis in quantitate, & ſæpiùs repetita cũ iis quæ ſpiritus exaltant, *dolor* vero ſedatur Balneis fomentis tepidis & vnctione vnguenti Polychreſti.

Diabetes curatur reuulſione per S. eductione bilis per clyſteres & cum roborante aſtring. ac multa quantitate refrigerantium aquarũ adiunctis cum cryſtallo etiam narcoticis ſed cautè, cum cæteris remediis quæ ſupra in ſiti propoſita ſunt, eſt enim *impedimentum* S.V. quale in ſiti ac præterea in renibus eiuſdem vehementer excitati à ſulphureo ſeto per vaſa emulgentia ibidem delapſo.

Veſicæ calculus eſt, imped. SP. Anim. expellentis vrinam per veſicæ compreſſionem, *tollitur* iiſdem artibus quibus *nephritis* ſed ſi magnus & inueteratus, ſola *Chirurgia* per ſectionem tollitur.

Gonorrhœa, eſt impediment. Spiritus vtriuſque in excretione ſeminis propter impreſſam *eſcharam* à virulenta malignitate ſeminis infecti in lue indica, vel ſimpliciter à tranſlatione ſeri ſulphurei ſiue bilioſi cum materia ſeminali copioſa ex ſynanaſtomoſi vaſorum ſpermaticorum ad proſtatas & meatus ſeminales intra virgam virilem, aut intra vterum in mulieribus, *curatur* S. ſimplex è ſupernis, vſu diuturno lenientiũ refrigerantium & leniter tergentium, quales ſunt emulſiones

ex

ex ſem-frig-mai.& decocta hordei, Rad Maluæ,Glycyrhiſæ, chicorij,fragariæ agrimonij addito cryſtallo minerali,in virulenta præterea vſus decocti alexicaci proprij ex Guaiaco, ſalſa parilla,Buxo & Mercurio crudo, *venenum* enim *ſtatim debet proprio alexipharmaco tolli* , vnde ſi acceſſerit *lues venerea* propter non ſatis opportunè adhibita Antidota,debent copioſius exhiberi, vt primò ad *corporis exteriora* per ſudores repellatur venenum quod ab extra ad intra tranſiit ; quod eſt *in omnibus venenis ab extra præceptum generale* , ſed deinde quod intro ſedem fixit vnctionibus mercuriatis vel Emplaſtris , vel ſuffitu debet ita cogi vt poſſit cum ſalſa & aquea ſanguinis parte facile de corporis cuniculis eliminari.

Menſes ſuppreſſi , ſunt imped. S.V. in expulſione ſanguinis ſuperflui in corpore muliebri menſtruã,propter craſſos ſuccos obſtruentes,ſi à penuria ſanguinis non habeat cauſã;poſterior hæc alimẽtis polytrophis *curatur* prior purgatione, ſectione venarum infernarum in artubus & Hyſtericis *curatur*,quibus etiã *ſuffocatio*,quæ eſt eius ſæpe ſympt. *fœtidis* maximè ſedatur ſupra vmbilicũ,& in aſſumptis per os & naribus admotis.

Menſes liberaliùs *fluentes* , ita vt ex hæmorrhagia tale ſequatur imp. S.V. quale à penuria ſanguinis à quacũque cauſa ſubſtracti contingere poteſt, *curatur* reuulſione per S. ex ſuperioribus, cucurbitulis ſiccis ad mammas affixis & roborante ex ablumine oui recentis aſſumpto.

Febres intermittentes ſunt imp. S.V. ab interna cacochymia extra venas per radios Aſtrales commota ſicut in *Doctrina noua Febrium* abundè demonſtrauimus *Curatio* earũ igitur debet fieri per deriuationem & ſegregationem eius à corpore per clyſteres,Emetica,Cathartica ac tandè ſudorifica.

Febres continua puræ ſunt imp. S.V. ab externa , & aliquando in internis vaſis ſanguinis coagulatione circa ſynanaſtomoſes plurimas , vnde refluxus in circulatione ſanguinis:S.potiſſimum & ſudore ſpecificè curantur : Sed quia frequentiores ſunt *Mixta* ex natura continuarum & intermittentium iis etiam *cura* debetur mixta , cum præparatione per refrigerantia , donec conuenientem criſim acceleret in vſu prudenti cæterorum præſidiorum pro ratione ſymptomatum;Hæc fuſiùs in eadem *Doctrina noua*.Hìc omnia breuiùs. Dolores ſunt impedimenta S.A.de quibus vide prop.24.lib.2. Elem.noſtrorũ.cum potiſ.& prop.13. ibid.& Aphor.Segm.2.

FINIS.

MEDICINÆ PRACTICÆ COMPENDIUM.

LIBER PRIMUS.

De affectibus capitis.

PRÆFATIO.

IN *capitis affectuum ſerie illos omnes* Autor noſter *comprehendit; qui cerebri ſubſtantiam aut meninges occupant: licet enim oculi, aures, lingua, dentes, gingiuæ, fauces & columella capitis conſtitutionem ingrediantur, earum tamen partium affectus clarioris doctrinæ gratiâ ſeparatis libris exponere* Autori noſtro *viſum eſt, & cerebri ac meningum morbos capitis affectuum nomine per excellentiam inſignire: illi autem affectus ex cerebri actionum læſionibus iuxta* Autorem noſtrum *erunt deſumendi, quæ quidem actiones ſenſum & motum reſpiciunt, tum etiam actiones naturales, quæ ad illius nutritionem ſpectant: Senſus diuiduntur in internos & externos:*

Interni principes actiones comprehendunt imaginationem, ratiocinationem & memoriam, nec non ſomnium & vigiliam: ad quarum functionum ſymptomata Autori noſtro *referuntur phrenitis, mania, melancholia, coma, lethargus, carus, apoplexia, catoche, & coma vigil: Senſus externi quinque ſtatuuntur, viſus, auditus, olfactus, guſtus & tactus: Quia tamen quatuor prioribus partes peculiares tanquam propria eorum organa deſtinatæ ſunt, quæ varios morbos in propriis libris explicandos patiuntur; ideo in hoc libro ſymptomata tantum* Autor noſter *exponit, qui ſenſum tactus reſpiciunt, quandoquidem illa à cerebro affecto aut illius membranis immediatis procedunt, & vel paralyſin in ſenſu tactus abolito aut imminuto, vel dolorem capitis in depravato reſpiciunt: Motus autem voluntarij læſiones reperiuntur in convulſione, epilepſia, paralyſi, apoplexia, vertigine, tremore: Denique affectus actiones cerebri naturales ſpectantes in intemperie conſiſtunt, vel in excretorum vitio, ex quo catarrhus generatur:* Autor noſter *omnes iſtos affectus ad propria capita reducit, eo tamen ordine, qui ad curationem inſtituendam magis conveniens eſt: hinc primò frigidam cerebri intemperiem proponit, & mox omnes affectus, qui ab illa oriuntur, ſubjungit, quia horum curationis fundamentum ab illius curatione deſumi debet: poſtmodum verò affectus à calida intemperie & calidis humoribus oriundos exponit, quæ omnia in ſingulorum capitum perluſtratione clariùs apparebunt.*

CAPVT

CAPVT I.

De frigida cerebri intemperie.

INtemperies diuiduntur in pathologia in ſimplices & compoſitas, materiales & immateriales: ſimplices & immateriales rarò inueniuntur, nec niſi à cauſis procatarcticis producuntur, & vel ſpontè vel leuiſſimis remediis euaneſcunt: materiales autem omnes capitis affectus producunt, illarum ideò tractationi ſedulo incumbendum eſt, quod tamen ſeorſim ex mente *Autoris noſtri* Autores pauciſſimi præſtiterunt, propterea, quòd in expoſitione affectuum, qui ab illis intemperiebus producuntur, earum etiam explicatio ſufficienter proponatur: Nos itaque cum *Autore noſtro* eorum veſtigiis inhærentes calidæ cerebri intemperiei, tum etiam humidæ & ſiccæ theoriam ad affectuũ, qui ab iis producuntur, explicationes remittimus: ſed quia maximus capitis affectuum numerus à frigida & pituitoſa cerebri intemperie dependet, operæpretium cenſuimus, illius naturam in huius libri principio ſeorſim cum *Autore noſtro* proponere, vt poſtmodum illius curatio ſit veluti baſis curationum omnium, quæ dictis affectibus erunt præſcribendæ, & remedia eorum cauſis conuenientia ex hoc capite depromi valeant, atque ita inanis eorum repetitio (quâ omnes propemodum practicæ medicinæ Scriptores ex mente *Autoris noſtri* laborare ſolent, & inde ſua volumina inutiliter augere, artémque difficiliorẽ ac tyronibus magis laborioſam atque tædioſam reddere) diligenter euitetur: Igitur frigida cerebri intemperies compoſita

poſita vtplurimum pituitoſa exiſtit, quia cerebrum eſt metropolis pituitæ, & frigiditas diu durans humiditatem accerſit: quamuis enim interdum humori melancholico copulata ſit, rarò tamen iſte humor in cerebro gignitur, ſed in hypochondriis vtplurimum cumulatur, & ad cerebrum tranſmittitur, in eoque grauiſſima ſymptomata producit: Cauſæ frigidæ ac pituitoſæ cerebri intẽperiei ſunt: I. Alimenta frigida & humida, quæ facilè in pituitam abeunt, tum etiam, dum concoquuntur, ventriculum & hepar refrigerando faciunt, vt multam pituitam producant, quæ poſtmodum magnâ copiâ ad cerebrum tranſmittitur: II. Nimia alimentorum non ſolùm frigidorum ſed etiam laudabilium quantitas, quæ calorem natiuum, obruit & cruditates: III. Cibi aſſumpti ſtatim à ſomno vel ante ſomnum, aut antequam priores concocti ſint, ex iis enim cruditates plurimæ oriuntur, quæ materiam pituitoſam cerebro ſuppeditant: IV. Omiſſa naturalis conſuetudo pituitam euacuandi per vomitum aut aluum, vel artificiali per medicamenta purgantia: V. Ortus ex parentibus frigida cerebri intemperie laborantibus: VI. Ætas ſenilis, qui propter inopiam caloris multam pituitam generat, tum quoque puerilis propter ingluuiem & incautam victus rationem: VII. Regio frigida & humida, quale ſunt, quæ ſtagnis, paludibus aut majoribus fluminibus vicinæ jacent: VIII. Somni longi & profundi præſertim à cibo: IX. Vita ſedentaria, quæ calorem natiuum diſſipando cerebrum refrigerat: Ad has cauſas etiam referri poteſt hepar calidum

& hu

& humidum, quod multos vapores ad cerebrum tranſmittit, qui in eo concreſcunt & in materiam pituitoſam abeunt: Signa frigidæ intemperiei cerebri deſumuntur tum à cāuſis ſupra propoſitis, quarum præſentia intemperiei huius magnam coniecturam facit, tum præcipuè ab effectibus, qui, vt ſigillatim examinari queant, à ſuis fontibus illos mutuabimus, nempe ab actionibus & paſſionibus, excrementis & habitu corporis: Actiones animales frigidam cerebri intemperiem indicantes ſunt mens torpida & hebes, ingenium tardum & obtuſum, infelix memoria, maxima ad ſomnum propenſio, & ſomni longiores ac profundiores, niſi catarrhus, dolor capitis aut animi pathemata obſtiterint, inſomnia frigoris, aquarum, pluuiarum, niuium, fluminum, ſtagnorum, marium & rerum albarum, ſenſuum omnium inertia & hebetudo ac motus tarditas: Paſſiones frigidam cerebri intemperiem indicantes ſunt morbi frigidi, vt paralyſis, lethargus, catarrhus, & alij quam plurimi, quibus ſi æger antea obnoxius fuerit, eum hac intemperie laborare conjiciendum eſt: id ipſum confirmabit, ſi æger cœlo ſereno, in calida & ſicca aëris conſtitutione melius habeat, in frigida verò & humida, hyemali, pluuioſa & auſtrina pejùs: Excrementa pituitoſa per os & nares frequenter & copioſè rejecta, manifeſtè humoris pituitoſi redundantiam in cerebro oſtendunt: Ex habitu corporis ſigna generalia & ſpecialia ius intemperiei deſumuntur: Generalia ex toto habitu corporis depromuntur, ſi enim totus corporis habitus frigidus & humidus ſit, cerebrum procul dubio

omnium corporis partium aliàs frigidiſſimum & humidiſſimum, tale etiam apparebit : Cutis ergo ad tactum frigida, mollis, læuis & alba, totus corporis habitus mollis & obeſus, non autem carnoſus, & venarum anguſtia frigidam intemperiem ſignificant : Signa ſpecialia frigidam cerebri intemperiem indicantia in capite conſiderantur, & illa ſunt, faciei pallor, capilli molles, læves ac tenues, ab initio tardè orientes : à frigore externo caput facilè læditur, & calefacientibus iuuatur : Quod prognoſim attinet, hæc intemperies curatu difficilis eſt, & ſæpè grauiſſimos capitis affectus producit. Curatio duabus indicationibus nimirum pituitæ redundantis euacuatione, & ipſius intemperiei per contraria correctione perficitur, quibus indicationibus triplici inſtrumento diætetico, chirurgico & pharmaceutico ſatisfaciendum : Diæta calefaciens & exſiccans inſtituenda eſt : ac primùm eligatur aër purus in caliditate & ſiccitate moderatus, vide *exercitat. noſtram de apoplex.* §. *XIII.* Secundò alimentorum maxima ratio habenda eſt, quandoquidem (vt docet *Hippocrates lib. de natura humana* §. 63.) αἱ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. *morbi proueniunt partim ex viuendi ratione, partim ex ſpiritu, quem viuendo trahimus:* Itaque cibi ſint boni ſucci, facilis cõcoctionis, nec frigidi nec excrementitij : hinc in frequenti vſu erunt carnes veruecinæ & vitulinæ ; his verò præcellunt pulli columbini, gallinacei, capones, gallinæ, perdices, turdi, omne genus auicularum montanarum & oua recentia : prædictæ carnes magis aſſæ quàm elixæ vſurpentur :

tur: vitentur autem carnes duræ & concoctu difficiles, vt bubulæ, porcinæ, ceruinæ, anſerum, anatum, aliarúmque auium aquatilium, item capita, inteſtina & extrema animalium: Piſcium vſus ſit rarus iique eligendi, qui carnem habent ſolidam & friabilem, in riuis rapidè fluentibus aut iuxta ſaxa viuentes, ſaxatiles ideo dicti, in vino præcipuè decocti, addendo acetum, butyrum & aromata, quorum vſus etiam in aliis cibis concedendus eſt, niſi calida hepatis intemperies obſiſtat, ex his præcipua ſunt, nux moſchata, caryophylli, cinnamomum: vide *exercitat. noſtram d.* §. Herbarum refrigerantium & humectantium vt lactucæ, portulacæ, ſpinaciæ, nullus aut rariſſimus vſus ſit; æſtiuo tamen tempore earum, quæ mediocriter refrigerando ſiccare aliquantulum, & membris robur addere, maſſæque ſanguinis, quo minus euaporet, firmitudinem qualemcúmque donare valent, mediocris vſus concedi poteſt: conueniunt petroſelinum, endiuia, cichorea, acetoſa, quæ tamen coctæ magis quam crudæ vſurpentur: vitanda quoque omnia ſunt, quæ facilè caput tentant illúdque replent; hæc duorum generum ſunt, vnum eorum, quæ acrimoniâ ſuâ humores fundunt, vt cæpe, allium, raphanus; alterum eorum, quæ craſſis vaporibus caput petunt, vt lac, lacticinia omnia & legumina, ex quibus tamen minus nocent cicera rubra, propter eximiam illorum aperiendi & detergendi vim, ideo eorum iuſcula præcipuè conceduntur: Fructus omnes recentes & fugaces, multa humiditate aquea prædici, vt frequens cruditatum materia, vitandi: quænam

A 4 pro

pro bellariis in menſa ſecunda egregiè inſeruiant, *ibidem* propoſuimus: Potus ſit vinum album tenue, pauco ſulphure tinctum aut vinum ſubrubrum lymphatum. Hoc autem in omni cibatione ſemper obſeruandum, vt cibi moderata quantitate ſumantur, & cœna prandio leuior ſit: ſobrietas vt in omnium morborum curatione & præcautione magni momenti eſt, ſic præcipuè in omnibus capitis affectibus maximè commendatur, à plurimo enim ingeſto alimento caput vaporibus & humoribus repletur, econtra ab eiuſdem penuria plurimum inanitur. Tertiò corporis exercitatio moderata eſſe debet, & ſingulis diebus, quantum fieri poterit, continuari: otium enim & quies corporis nimia calorem natiuum debilitat ac torpidum reddit, vt coctiones ſuas non ritè peragat, & corpus excrementis repleatur: econtra motus & exercitatio calorem natiuum ſuſcitat, concoctiones adjuuat, excrementa diſcutit, ſpiritus purificat & exhilarat, exercitatio autem fiat ante menſam, poſtea vtilius eſt per aliquot horas quieſcere, aut ſaltem non valde concitato motu corpus mouere. Quartò, in ſomno & vigilia modus adhibendus eſt, vt enim ſomno mediocri vires reficiuntur, ita longiore corpus torpeſcit, refrigeratur, & excrementitiis humoribus præcipuè cerebrum oneratur: Nimia autem vigilia corpus extenuat, ſpiritus abſumit, & quod in corpore ſanum eſt, depaſcitur: Somnus itaque longior non ſit, is tamen metiendus pro conſuetudine & rebus incidentibus; vulgo ſeptem horis determinatur, quod ſpacium produci vel abbreuiari poteſt pro ægrotantis

ætate

ætate aut conſuetudine : ſi in alterutro peccetur, præſtat in vigilia immodica quàm in ſuperfluo ſomno delinquere : non ſtatim à cœna ſomno indulgendum eſt, ſed duabus ſaltem horis interjectis, in quibus leuis deambulatio conducit : capite altiore in alterutrum latus dormiendum & ſupinus decubitus improbandus eſt. Quintò, omnium corporis partium excrementa ſuis temporibus euacuanda, cerebri potiſſimum, atque adeo quotidie manè ſcreando è palato, emungendo è naribus, pectine & linteo caput confricando, è ſuturis cerebri ſuperfluitates euacuandæ ſunt : aluus libera ſeruanda, & ſi ſponte non obediat, illa ordinentur, quæ *in exercitat. noſtr. de apoplex.* §. *XIII.* propoſuimus ; non tantùm enim alui excrementa prædictis auxiliis euocantur, ſed etiam paulatim & ſucceſſiuè aliquid à capite reuellitur, aut ſaltem retinetur & deriuatur, quod illuc tanquam ad partem imbecilliorem amandabatur. Denique animi affectuum maxima ratio habenda eſt, vtpote à quibus corpus noſtrum ſede ejicitur : inter cæteros maximè cauenda eſt triſtitia & ira, illa calorem natiuum imminuit & ſpiritus conterit, vnde concoctiones infeliciter fiunt, & multus excrementorum prouentus oritur, hæc verò magnam ſanguinis ebullitionem & ſpirituum agitationem efficit, vnde humores funduntur, liquantur & commouentur, hinc ſi quæ pituitoſa excrementa in cerebro fuerint, affatim in partes debiles præcipitantur, & grauiſſimos affectus producunt. Reliqua duo instrumenta medica nempe chirurgia & pharmacia huius affectus curationi in ſequentem modum aptari poterunt ;

terunt : Generalis euacuatio in omnibus ferè morbis vbi humores peccant, fieri ſolet venæ ſectione & purgatione : Sanguinis euacuatio ratione pituitæ conſentanea non eſt : Si tamen in reliquo corpore ſanguis abundet, hepar ſit calidius, ætas florens aut conſiſtens, eum detrahere conuenit : ſic enim vaporum ad caput aſcenſio impeditur & ſuperfluum alimentum demitur, vt natura poſtea, quicquid crudũ & pituitoſum eſt, facilè concoqueat, & purgantia medicamenta tutius vſurpari valeant : Niſi plethora vehementer vrgeat, melius erit venæ ſectioni purgationem præmittere, cuius formulæ pro homine ætatem conſiſtentem habente ſequentes duæ efficaces ſunt : ℞. *Fol. ſen. elect.* ℥iij. *agar. rec. troch.* ℨß. *ſem. aniſi.* ℨj. *coriandr. præparat.* ℈j. *poeon. excort.* ℈ß. *ſal. tartar.* ℈ij. *aq. betonic. meliſſæ. ã.* ℥iij. *infund. per noct. mane coq. par. in col.* ℥iij. *ſolue ſyr. beton. ſimpl.* ℥ß. *aq. cinnam. opt.* ℨij. *Fiat potio purgans mane ieiuno ſtomacho cum regimine diætæ ſumenda : aut* ℞. *Extr, pilul. cochiar. maj. gr. xv. cathol. gr. v. ol. ſtillat. cinam. gr. j. Fiant pilulæ xj. deaurentur, & mane eodem modo concedantur* : Poſt venæ ſectionem, ſiquidem neceſſaria fuerit, aut eâ omiſsâ, ſi minus vtilis videatur, ſtatim maiorem humorum peccantium eductionem ope ſacculi aut apozematis deueniendum eſt, quorum formulas pro tali ætate ſelectas *ibidem* propoſuimus : Quia verò malum hoc ſæpè pertinax eſt, & generoſis etiam remediis ſemper non cedit, ad potentiora præſidia confugere oportet : ac primùm corpore repurgato diæta ſudorifera inſtituenda, quæ cerebrum totúmque corpus calefacit & exſiccat, crudos humo-

res

res concoquit, craſſos attenuat, viſcidos incidit, lentos abſtergit, & quicquid aquoſum eſt, per vrinam educit, ac per ſudores aut inſenſilem tranſpirationem diſcutit, cuius conuenientes formulas *ibidem* deſcripſimus: Poſt vniuerſales euacuationes etiam particulares vſurpantur, vt ſunt, errhina, ſternutatoria, apophlegmatiſmi: ℞. *Aq. betonicæ, maior. ã.* ℥j. *ſucci betæ recent. mell. roſ. ã.* ℥ß. *F. errhinum.* ℞. *Fl. betonic.* ℈j. *maior. lil. conuall.* ℈ß. *ambr. gris gr.* j. *F. ſternutatorium.* Apophlegmatiſmi componuntur in formam maſticatorij vel gargariſmatis: maſticatorium ita paretur: ℞. *Maſtich. elect* ʒj. *ſpec. diair. ſimpl.* ℈ij. *rad. pyrethri* ʒß. *cubebar.* ℈j. *piper. alb. long. nuciſtæ ã. gr. v. ol. ſtillat. aniſi gr.* ij. *mucilag. gum. tragac. & ſacch. q. ſ. fiant trochiſci, de quibus mane æger ieiunius maſticet*: in vulgari vſu radix ireos florent. habetur, quæ in leuiori affectu ſufficit, mitior adhuc eſt maſtiche ſola, quæ humores ad os citra illius calefactionem trahit: gargariſma tale præſcribatur: ℞. *Rad. pyrethri* ʒij. *poeon.* ʒj. *flor. betonic. P*j. *ſaluiæ P*ß. *ſem. ſinapi* ℈ij. *aniſi* ℈j. *coq. in aq. fontana in col.* ℥viij. *ſolue oxym. ſcyllyt.* ℥ß. *F. gargariſma, quod tepide vſurpetur*: In vſu horum remediorum notetur, euacuationem, quæ per palatum fit, eſſe commodiſſimam, quandoquidem natura illud cerebri expurgationi ſimpliciter deſtinauit: at naſus odoris & reſpirationis gratiâ factus eſt, quo natura abutitur, ſi humores in cerebro redundantes per hanc viam expurgat: præterea per palatum via ſecurior eſt, neque ea excretione cerebrum tantopere concutitur, quemadmodum illâ, quæ per nares fit: attamen errhina humores potentiùs educunt, quia

non

non ſolùm medicamenti qualitas aut vapor, vt in apophlegmatiſmis, ſed & ipſa eius ſubſtantia cerebrum ſtimulat: Errhinorum vſus ſuſpectus eſt, dum oculi affecti vel nares vlceribus obnoxiæ ſunt, aut æger in hæmorrhagiam & vertiginẽ facilè incidit: errhina liquida in nares ex vola manus attrahuntur: Apophlegmatiſmi cautè iis vſurpentur, qui fluxioni ad pectus & tabi ſunt obnoxij: Ad particularem capitis euacuationem, vtiliter etiam veſicatoria poſteriori ceruicis parti in formam emplaſtri applicantur, ſequens apud *Pharmacopolas Monſpelienſ.* compoſitum habetur: quod in aliis officinis communiter non inuenitur: ℞. *Galbani, ammon ã.* ℨv. *pulv. cantharidum.* ℥ij. ℨij. *ſinapi, piperis ã.* ℨvj. *virid. æris, pyrethri ã.* ℨvj. ß. *euphorbij* ℨj. ß. *ceræ, picis, reſinæ, terebinth. olei ã. q. ſ. F. maſſa, cuius iuſta quantitas pro circumſtantiis ſuper alutam extẽditur & ita applicatur.* Nos felici cum ſucceſſu ſequens vſurpamus: ℞. *Pulu. cantharid. ſubtiliſſ.* ℨj. *fermenti & ſpiritus vini q. ſ. F. maſſa; quæ ita extendatur & admoueatur*: Externè præſtat cucupha cerebrum corrobare, vide *exercit. noſtram de apoplex. ſub fin.* §. *XIII.* Singulis noctibus ad lecti ingreſſum (vt etiam mane, ſi commodum erit) operimenta capitis ſuffiantur: ℞. *Thuris, maſtiches, tacamahac. ſuccini opt. ã.* ℨij. *ſtyrac. calam. ſandar. & benzoin ã.* ℨj. *F. pulu. craſſior pro ſuffitu*: Quia verò huiuſmodi intemperies contumaciſſima eſt & nouum pituitæ prouentum efficere ſolet, ſacculus purgans indigitatus reiterandus eſt: Poſt aut etiam ante vſum ſacculi ſeq. electuarium aut tragæa vſurpetur. ℞. *Conſ. roſar. rubr. fl. betonic. ã.* ℥j. *meliſſæ, anthos. ã.* ℥ß. *cort. citr. condit.* ℨiij. *elect. diacori, nuc.*
ind.

ind.cond.ã. ℥ij: *Zinz.chinenſis cond.* ℥j.ß. *confect.alkerm.*℥j. *ol.ſtillat.cinnam. gt.* ij. *ſyr. cort. citri & beton.ſimp.ã.q.ſ.F.mixt. ad form.opiata, de qua caſtanea magnitudo mane & veſperi duabus horis ante mẽſam ſumatur :* ℞. *Spec.diamoſch.dulc.diambræ ã.*℈ij. *aromat.car.marchion ã.*℈j. *ambr.gris.gr.*ij.*moſchi.gr.* j.*ſacch.roſ.tab.*℥iiij.*F.s.tragæa, de qua ad modum cõſuetum eodem tempore capiatur :* cerebrũ etiam eximiè roborant balſama naribus illinita, vide *exercitat. de apoplex.* §. *X I I.* vbi balſami apoplectici noſtri compoſitionem reuelauimus : tandem vtiliſſimum eſt poſteriori ceruicis parti fonticulum apponere, vt materia, quæ in cerebro ſenſim colligitur, per hanc viam commodè euacuetur.

CAPVT II.

De affectibus ſoporoſis, comate, lethargo, caro & apoplexia.

SOmni præternaturalis quatuor præcipuæ differentiæ proponuntur, coma, lethargus, carus & apoplexia, quæ, cum vt plurimum ex mente *Autoris noſtri* ab iiſdem cauſis oriantur, eandem curationem poſtulant, hinc illas vno capite comprehendit : Differunt autem inter ſe quatuor iſti affectus, quod in comate ſeu cataphora vel ſubeth *Auicennæ lib.III.fen.*1. *tract.IV. cap.I.* eſt quidem ſomnus profundus, ſed à quo æger excitatur, oculos aperit & reſpondet, moxque iterum profundè dormit : in lethargo eſt ſomnus comati ſimilis, ſed cum febre & delirio : in caro æger febre caret, vt in comate, ſed in eo ſomnus eſt profundior, ita vt æger,

ger excitatus oculos vix aperiat & non reſpondeat, attamen vellicatus ſentiat & integra reſpiratio maneat: in apoplexia ſomnus eſt profundiſſimus, & omnimoda ſenſus motúſque priuatio, hinc ægri neque oculos aperiunt, neque reſpondent, neque ſentiunt & reſpirationem difficilem habent. Cauſæ horum affectuum plurimæ aſſignari poſſunt: Prima eſt humor pituitoſus vel aquoſus in cerebro præternaturaliter contentus, qui in minori copia cumulatus & cerebri ſubſtantiam irrigans ac refrigerans, eiúſque meatus inſenſiles obturans, coma generare ſolet: ſi in eadem copia collectus putredinem concipiat, lethargum producit: quando maiori copiâ collectus ſine putredine,& totus propemodum cerebri ſubſtantiæ imbibitus eſt, carum efficere conſueuit: denique ſi copiâ adhuc maiori affluens non ſolùm cerebri ſubſtantiam, ſed etiam ventriculos oppleat, aut ſaltem mole cerebri concidente comprimat & anguſtet, nec non principium neruorum in baſi caluariæ à cerebro prodiens premat, & ſpiritui animali tranſitum præcludat, apoplexiam facit: Secundò à ſanguine etiam redundante in cerebro ſoporoſi affectus generari ſolent, ſi enim nimia copia in vaſis contentus crudior, ſeroſior ac frigidior fuerit, ſpiritus animales condenſat & motui ineptos efficit; tum cerebrum grauando liberum eorum commeatum impedit, ac pro maiori vel minori copia & intenſa vel remiſſa frigiditate, grauiorem aut leuiorem affectum producit: ſic tum coma tum carus, tum apoplexia ab hac cauſa generari poteſt: A ſanguine etiam luxuriante & cerebri ventriculos op-
plente

plente vel comprimente, affectus ſoporoſi, præſertim apoplexia, generari ſolet: id autem contingit apertâ aut ruptâ venâ in cerebro, vel ob phlethoram ad vaſa, vel ob contuſionem capitis inſignem, vel etiam ob vulnus punctim aut cæſim factum, quo venæ in cerebro diuiduntur, multúmque ſanguinem profundunt: Sola etiam cranij fractura cerebrum comprimendo ſtuporem ac comatoſum affectum producit: Tertiò à tumore genito in cerebro & pondere ſuo grauante comatoſi affectus generantur: Fuſiorem harum cauſarum explicationem *in exercit. noſtr. de apoplex.* §. 2. & 3. propoſuimus: Quartò vapores immodici ad cerebrum delati, comatoſi affectus ſympathici cauſa eſſe poſſunt; ſi enim copioſi fuerint, ſpiritus animales aggrauant, & veluti caligine ſuffundunt, vnde tota œconomia cerebri interturbatur; ſi verò crudiores exſtiterint, cerebrum adeò humectant, vt languidum ad actiones obeundas fiat: Sic ebrij profundo ſopore à vaporum ex vino & crudis alimentis eleuatorum copia detinentur: Sic pueri lumbricis laborantes comatoſis affectibus corripiuntur à craſſis & copioſis vaporibus ex crudorum & pituitoſorum humorum copia eleuatis: Sic in febribus nonnullis intermittentibus ſopor initio acceſſionis contingit, ob crudorum & putreſcentium in venis humorum, præſertim meſaraicis contentorum copiam, qui à calore paroxyſmi febrilis attenuati, multos vapores ad caput tranſmittunt, taléṁque ſoporem inducunt, qui interdum ceſſante frigore vel rigore ceſſat, interdum vſque ad finem paroxyſmi permanet, prout vapores craſ-

ſiores

ſiores aut tenuiores, magis aut minus copioſi, facilius aut difficilius diſcutiuntur : Quintò, à medicamentis narcoticis nimiâ copiâ aſſumptis ſomnus ita profundus excitatur, vt multi ex imprudente opij vſu in ſomnum perpetuum demerſi fuerint, talis etiam vis narcotica in quibuſdam animalibus reperitur, vt in torpedine : ſic ex morſu aſpidis ſoporem lethalem induci refert *Plutarchus in Cleopatræ interitu :* In humanis etiam corporibus qualitas hæc narcotica generatur ex maligna humorum putredine, quæ in malignis ac peſtilentibus febribus reperitur, vnde comatoſus affectus in huiuſmodi febribus ſæpè contingit, qui malignitatis certiſſimus eſt index, & futuræ mortis prænuntius. Signa diagnoſtica varias ſoporoſorum affectuum differentias indicantia in earum diſtinctione in principio huius capitis propoſuimus : at ſigna cauſarum hos affectus producentium ita ſe habent : A pituitoſos humoribus in cerebro ſtagnantibus ſoporoſos affectus produci teſtantur habitus pituitoſus, ætas ſenilis aut puerilis, regio & tempeſtas frigida & humida, conſuetæ per os & nares pituitoſæ excretionis ſuppreſſio, & quod æger ante inuaſionem, capitis grauitate, oculorum caligine & totius corporis ſegnitie affectus fuerit, quod non rarò in ipſo morbo pituita per os & nares effluat, aut ingulam defluens ab ægro frequenter deglutiatur : A ſanguine ſoporoſum affectum generare ſignificant plethorica diſpoſitio, rubor faciei & capitis dolor affectum præcedens, vide *exercitat. noſtr. de apoplex.* § *VI.* Tumor in cerebro genitus vix vllis indiciis internoſcitur, ſed

ſed ſola caluariæ apertione poſt obitum ægrotantis deregitur, vt hiſtoriæ *in exercitat. noſtr. de apoplex.*§.3. propoſitæ oſtendunt. Sympathicum affectum & à vaporibus ad cerebrum eleuatis oriundum indicant, primò abſentia eorum ſignorum, quæ idiopathicum affectum ſignificant; ſecundo ſigna denotantia peculiarem affectum partium, à quibus vapores ad cerebrum tranſmittuntur; ſic à ventriculo vapores huiuſmodi eleuari teſtantur, crapula præcedens, aliáque crudorum humorum in ventriculo aliiſque partibus ventris inferioris redundantium indicia; ſi verò à lumbricis oriantur, propria eorum ſigna inferius *lib.*10. *cap.*9. deſcripta apparebunt. Quod prognoſin attinet: omnis ſoporoſus affectus periculoſus eſt; ſed quò major & profundior ſomnus, à quo æger difficiliùs expergiſcitur, eò majus vitæ periculum portendit: ita carus comate & lethargo periculoſior eſt, apoplexia caro, quæ ſi fortis fuerit, omninò cenſetur immedicabilis, vide *exercitat. noſtr. de apoplex.*§.12. Valde periculoſus eſt comatoſus affectus acuto morbo ſuperueniens, vel enim caloris natiui extinctionem ſignificat, vel malignam & venenatam qualitatem oſtendit, quæ in febribus malignis & peſtilentibus cerebrum plerúmque ſolet impetere: qui comatos affectus à vaporibus eleuatis, & conſenſu partium inferiorum oritur, minus periculum infert. Affectus comatoſi in ſenibus vt plurimum lethales ſunt: cum enim propter caloris natiui inopiam, debilem habeant facultatem concoctricem & expultricem, fit vt materiam morbificam ſuperare & expellere nequeant. In lethargo pa-

rotides ſuperuenientes, vel pus ex auribus effluens, cum imminutione ſymptomatum ſalutare; ſignificat enim dominium naturæ ſupra cauſam morbificam, quam vel ad emũctoria nondum perfectè concoctum expellit, vel in pus conuersã per ductus naturales euacuat: Lethargicus *ἢν ἐκφύγῃ, ἔμπυος γίνεται, ſi euaſerit, purulentus efficitur*: Rectè monet *Author cum Mercuriali lib. 1. de c. affect. c. 17.* hanc *Hippocr.* ſententiam de empyicis ſtrictè ſic dictis vix interpretari poſſe; hinc illos per ſuppuratos intelligit, quibus materia purulenta per aures vel nares euacuatur: Etenim docet *Galenus commen. ſect. 5. aphor. 9. & ſect. 7. aphor. 44. Hippocratẽ* ἐμπυήματα ὀνομάζειν, οὐ τὰ κατὰ θώρακα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ὁποιοῦν μόριον ἄλλο τοῦ σώματος, εἰς πύον ἀλλοιωθέντα φύματα, μόνους δὲ ἐμπύους προσαγορεύειν τούτους ἐξαιρέτως, οἷς μεταξὺ θώρακος τὲ πνεύμονος ἤθροισται τὸ πύον, *empyemata nominare, non ea tantum, quæ fiunt circa thoracem, ſed etiam in qualibet alia parte corporis in pus mutata tubercula; præcipuè vero ſuppuratos illos ferè ſolos vocat, quibus inter thoracem & pulmonẽ congeſtũ pus eſt:* Ad horum affectuum curationem tria inſtrumẽta medica neceſſaria ſunt, diæta, chirurgia & pharmacia. Diæta in horum affectuum principio tenuis eſt imperanda: quia morbi ſunt acuti, ideo ſolis juſculis ægri per dilucida interualla vſurpatis nutriantur; in declinatione & prophylactica curatione eadem diæta conuenit, quam *in exercitatione noſtra de apoplexia* §. 13. propoſuimus. Reliqua duo inſtrumenta ſequenti methodo vſurpantur: quandoquidem huiuſmodi affectus ſoporoſi præcipites & periculo pleni ſint, ſedulam Medici diligentiam

poſtu

poſtulant, & in talibus caſibus remedia feſtinanter acceleranda ſunt. Primò igitur Medicus ad affe-ctum aliquem ſoporoſum vocatus, ægrum confe-ſtim à glaui illo ſomno excitare conabitur, omnibus ſenſibus obiecta vehementoria offerendo: Oculi radiis ſolaribus & luci ſplendidæ obiiciantur: aures clamoribus, ſtrepitu & ſonitu concutiantur, in primis æger proprio nomine magnâ voce ſæpius appelletur: naribus acria, vt ruta, caſtoreum, ace-tum, admoueantur: tactus frictionibus & vellica-tionibus irritetur: Statim clyſter iniiciatur, cuius formulam pro homine ætatis conſiſtentis propo-nemus: ℞. *Rad. poeon.* ℥j. *calam. aromat.* ℥ß *herb. beto-nic. Mij. ſaluiæ, meliſſil. ã. Mj flor. lil. conuall. Pj. coq. in aq. font. in col.* ℥x. *ſolue elect. hier. picr. Log.* (quod in talibus affectibus præſtantiſſimum ſemper com-peruimus) *ol. rutæ ã* ℥j. *ſalis* ʒj. *F. clyſter.* Dum hæc fiunt, ſumma cum diligentia apud ſe meditari pru-dens Medicus debet, an venæ ſectio celebranda ſit; quandoquidem in hiſce affectibus, quod de apople-xia *Celſus lib. 3. de re med. cap. 17.* dixit, *ſanguinis detractio vel occidit vel liberat*: illa autem con-uenit, ſi ſanguis cauſæ principalis vel adiuuantis rationem habeat viréſque ferant. Vires autem non actionum animalium ablatione æſtimantur, ſed quales ante morbi inuaſionem erant, ſi enim tunc ſatis fortes fuerint, venæ ſectionem permittunt, niſi planè fortis ſit apoplexia: neque vires ſunt de-biles per reſolutionem, ſed per ſuffocationem & oppreſſionem; ac perinde non ſolùm non prohi-bent, ſed etiam venæ ſectionem indicant: ſi au-tem nullo modo ſanguis peccet, aut vires ſint deje-

ctæ,& æger admodum ſenex,venæ ſectio intermittatur, ne Medicus perpetuam famæ jacturam patiatur vide *exerc. noſtr. de apopl.*§.12.Mox ſequen.die poſt venæ ſectionem purgatio inſtituatur, neglecta temporis electione; cum morbus valde vrgeat, & breui ſua tempora percurrat; illa fortiori paululum medicamento inſtituatur, quia humor contumax & obruta facultas eſt,quæ tali irritatur:*e.g.pro homine eiuſdē ætatis.Fol.ſenæ elect.℥iij.agar.retroch. ʒj.ſal.tartar.℈ij.ſem.aniſi.ʒj.coriand.præpar.℈j.caryophyll.℈ß.aq.betonic.meliſſæ.ā ℥iij.infund.per noct. mane coqu.par.in col.℥iij ſolue mannæ calabr.el.ʒvj. aq.cinnam.opt.ʒij.F.potio purgans mane cum regimine diætæſumenda:* Vel ℞. *Extr.pilul.cochiar.maj.gr. xv.cathol.gr.v.ol.ſtillat.ſucc.opt.gr.j. F.pil.xj.eodem modo vſurpandæ,quas ſi æger deglutire nequeat,in aq. apoplectica ſoluantur*,vide *exercitat.noſtr.de apoplex.* §.12.Frictiones vehementiores diligenter inſtituantur: cucurbitulæ ſcapulis affigantur ſine ſcarificatione ſi ſanguinis miſſio ſufficiens celebrata ſit,cum ſcarificatione,ſi illa omiſſa fuerit:cucurbitulam vertici affixam in apoplexia ſummum remedium eſſe *in exercitat.noſtr.*§.11. demonſtrauimus. Veſicatorium poſteriori ceruicis parti admoueatur, quod præclaras operationes edit. Clyſteres acres duo vel tres (provt neceſſitas poſtulabit) eodem die iniiciantur, quorum formulam ſupra propoſuimus, & adhuc aliam fortiorem ſubjungemus: ℞.*Rad.bryon. ℥j.ß.herb.ſaluiæ,betonicæ,miliſſæ,parietar.ā.Mj.flor. lil.cōuall.Pj.colocynth.in nod.ligat.ʒj.coq.in aq.font. q.ſ.in col.℥x. ſolue elect.hier.picr.Log.℥j ß.mell.anthos.℥.iij.ol.rutæ.℥j.ſalis gemmæ ʒj. F. Clyſter.* Præcellen

cellentiores Chymici clyſteribus infuſa ex croco metallorum admiſcent,hinc *Author noſter* affirmat, quod in his aliiſque affectibus præſertim colicis doloribus miranda præſtent:*e.g.* ℞. *Croci metall.* ℈ij. *vini albi veter.* ℥iij. *bulliant par. col. ſeru. ad vſum clyſteris ſequẽtis:* ℞. *Spec. pro decocto clyſteris ſupra deſcripti ſine colocynth. coq in col.* ℥x. *ſolue infuſũ ex croco metall. factũ, electuar. hier. picr. Log.* ℥j. *ol. rutæ.* ℥ß. *F. clyſter.* Suppoſitoria etiam in talibus morbis conducunt: ℞ *Spec. hier. picr. Gal.* ℈iv. *troch. alhand.* ℈j. *mell. q. ſ. F. ſuppoſitoria duo.* Si ſphyncter ani reſoluatur, clyſteres ſine fructu iniiciuntur, cum retineri non poſſint; qui caſus plerúmque deſperatus eſt: balſamo ſuccini nares ſæpe illinantur: vniuerſali euacuatione peracta & purgato corpore caput euacuandum eſt tam ſenſibiliter quàm inſenſibiliter: Senſibiliter per nares & palatum, errhinis & ſternutatoriis, in *præcedent. cap.* propoſitis: Sed de ſternutatoriis hoc aduertendum, ſi affectus perſeueret, & æger difficulter excitetur, eorum vſum eſſe commodum, non tamen diutius in iis perſiſtendum, ne caput repleant, ac humores nimis commoueant: initio morbi ab intempeſtiuo ſternutatoriorum vſu abſtinendum, cum ab iis materia fundatur, & partibus impingatur, vnde morbus contumax fit, vel interdum leuior affectus in apoplexiam degenerat: Tandem inſenſibiliter reſoluentia applicanda ſunt, quæ ita componuntur: ℞. *Rad poeon.* ℥ß. *angel.* ʒij. *fol. betonicæ, ſalu. rutæ, ã. Mj. flor. maior. lauendul. anthos ã. Pj. baccar. iunip:* ʒiij. *lauri,* ʒij. *coq. in vini albi veter. & aceti opt. ã.* ℔. ij. *colat. detur ad vitrũ, hoc decocto lintea imbuta & expreſſa capiti calidè applicẽtur:* quod

remedium in ſoporoſis affectibus *Autor noſter* maximè deprædicat, illoque etiam brachia, manus, crura & pedes fricare jubet: Vel ℞. *Ol. caſtor. coſtin. ā. ℥ß. euphorb ʒij miſce, quibus ſpinalis medulla calidè illinatur.* Commodè quóque in huiuſmodi affectibus, aquá apoplectica ægro infunditur, iſtæ enim aquæ ob ſummam penetrandi vim præſtantiſſimum ſæpè auxilium offerant, imo multos ab imminente apoplexia vel etiam jam præſente liberarunt, modò ſanguis non valdè abūdet, qui aquarum iſtarum vſu fundi poſſet: vide *exercitat. de apopl.* §. 12. vbi compoſitionem aquæ noſtræ apoplecticæ indicauimus. Si tandem morbus ad declinationem translatus eſſe videatur, & ſomnus ille profundus jam diſcuſſus fuerit, omiſſis prædictis remediis ſoli roborationi cerebri incumbendum eſt: quod ſatis commodè fiet vſu quotidiano opiatæ & tragææ cephalicæ *in capite præcedenti* deſcriptæ; vel ſi potentius agendum eſt, aqua apoplectica noſtra vſurpetur. Extetius etiam maribus vtiliter admoueantur balſami *in exercit. de apoplex.* §. 12. enumerati. Denique in horum affectuum generali curatione diligenter aduertendum eſt, vt in iis, qui à ſanguine fiunt, minus calefacientia medicamenta vſurpentur, phlebothomia largiori manu celebetur, & purgantibus phlegmagogis cholagoga admiſceantur. Qui ab hiſce affectibus ſemel liberati ſunt, in eos vtplurimum recidere ſolent; quod vt præcaueatur, frigida cerebri intemperies juxta curationem *in præcedent. capite*, notatam corrigatur: ſi cerebrum valdè refrigeratum eſt, poſt vniuerſales euacuationes aqua apoplectica noſtra in frequenti

vſu

vſu habeatur,aut æger ſeq. rotulis ſiue moſellis vtatur: ℞. *Spec. marchion.*ʒj.*aromat.car.*ʒß.*ambr.gris. gr.ij moſchi orien.gr j. ſacch.opt.aq.lil conuall.& roſar.ſol.*℥iij.*F ſ.a.rotulæ,de quibus aliquot mane & veſperi ſumãtur:*Vel ℞. *Amyg.dulc.rec. excort cort.citr. cond.ã.*℥ß.*nuc.ind. condit.*ʒiij. *ſpec.marchion.*ʒj.ß.*ol. ſtillat.caryoph nuciſtæ,cinnam ã.gr ij. ſacch.opt.aq.fl. tiliæ,betov.& roſar.ſol.*℥iv.*F.ſ.a.morſelli,qui eod.modo vſurpentur :* Porro vniuerſalem apoplexiæ deſcriptionem theoretico practicam *in exercitat.noſtr. de apoplexia* propoſuimus,quam ante annum bono publico communicauimus.

CAPVT III.

De comata vigili.

Licet coma ἄγχυπνον ſeu vigil ab ſoporoſos affectus referatur, quia tamen longè diuerſam à cæteris conditionem obtinet, hinc de illo ſeorſim in hoc capite *Autor noſter* tractat. Eſt autem talis affectus, in quo ægri clauſis oculis decumbunt, vt dormire videantur, cum tamen vigilent & delirent,ac ſi eos tetigeris,ſtatim oculos aperiunt,torvè aſpiciunt, & rurſus in ſomnum delabuntur, qui variis imaginibus & deliramentis impeditur, ita vt vigilare cogantur : *Galenus com.1.in.lib.1.prorrhet. hippocr.ſect.1.* vocat *μικτὸν τοῦτο πάθος φρενίτιδός τε καὶ ληθάργου τινὲς δὲ τυφομανίος ἐκάλεσαν. hunc affectum mixtum ex phrenitide & lethargo:nonnulli typhomaniam nominauerunt.* Cauſa huius affectus vulgatiſſima eſt bilis permixta cum pituita, a quibus hu-

 moribus

moribus cerebrum irrigatur, vel tumorem atque inflammationem concipit: ſi bilis in hac mixtione præualeat, delirium majus eſt, & ægri, licet clauſos oculos habeant, minus dormiunt; ſi verò pituita prædominetur, ægri magis dormiunt, minùs delirant, & expergefacti minùs vociferantur ac deſipiunt: Fit etiam coma vigil per conſenſum à vaporibus bilioſis & pituitoſis ſimul mixtis in cerebrum tranſlatis, quod non rarò ſolet contingere in febribus ex humorum miſtura oriundis præcipuè ſemitertianis: non tamen inconuenienter aſſeritur, vapores ſimpliciter calidos & humidos in febribus intenſis hunc affectum producere: quia ab humiditate ſomnus, à calore autem vigilia, oritur. Diagnoſis huius affectus ex iis, quæ ante dicta ſunt, ſatis eluceſcit, eo enim laborantes clauſis oculis permanent & ſomnum capere videntur; attamen dormire nequeunt, & ſe variis modis exagitant, ſe ſubitò erigunt, è lecto ſurgere nituntur, & iterum in ſomnum relabuntur; cauſarum varietas ex prædictis etiam facilè dignoſcitur. Periculoſus affectus maximè cenſendus eſt, ſiue cerebrum tumore & inflammatione afficiatur, ſiue alio quouis modo à prædictis humoribus obſideatur, ſiue à vaporibus ex febrium materia oriundis vexetur: Deliria vehementiora in comate vigili convulſionem efficiunt, ab humore enim vel vapore fiunt, qui partes neruoſas feriendo convulſionem facilè excitat. Curatio comatis vigilis idiopathici iiſdem inſtrumentis perficitur, quibus phrenitis & lethargus curatur; ſi magis ad phrenitidem deflectat, illius remedia magis adhibentur: ſi verò magis ad lethargum

thargum inclinet, eiuſdem remedia magis vſurpantur: ſympathici comatis curatio à febris curatione dependet,à qua originem ſumit.

CAPVT IV.
De catoche ſeu catalepſi.

APud *Scriptores Practicos Autor noſter* quandã cõfuſionem de catochi nomine inuenit, quod alij pro comate vigili,alij pro catalepſi vſurpent;illis occaſionem dedit *Paulus Ægineta*,qui *lib.3.c.*10.de duplici catoche agit, nã primò ſub catochi nomine *ἄγρυπνον κῶμα,coma vigil*,poſtea ſub eodem *catalepſin* explicat:vſus tamen inualuit,vt catochus & catalepſis apud omnes Autores nunc ferè pro vno morbo conſiderentur:Latini vulgò congelationem appellant,quum affecti rigeant,quaſi congelati eſſent: *Platerus tom.1.prax.med.c.2.*ſtuporem cum corporis rigiditate nominat, inde etiam ſtupor in genere vocatur, qui ſi validus & diuturnus permaneat, *ἔκστασιν* græci & latini *exceſſum* dicunt,vt refert acutiſſimus *Scaliger exerc.*312.Ratus eſt affectus & admiratione dignus, cuius exemplum proponit *Galenus lib.1.prorrhet.commen.2.ſect.*56. Τὶς τῶν ἡμετέρων συμφοιτητῶν, κάμνων συχνῶς ποτὲ περὶ μαθήματα,ἔπαθε τὸ πάθος τοῦτο. κατέκειτο γὰρ οἷον περ ξύλον ὅλον ἄκαμπτος ἀποτεταμμένος, ἐφαίνετο τε βλέπων ἡμᾶς ἀνεωγότων τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς μηδὲ σκαρδαμύττειν, οὐ μὴν ἐφθέγγετο τι· ἔτος μέντοι καὶ ἀκούειν ἔφη κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὅσα λαλοῦντες ἐτυγχάνομεν, οὐ μὴν ἐναργῶς τε καὶ σαφῶς, ἔλεγε δέ τινα ἀναμεμνημένος· ἐμβλέπειν τ'

ἔφη

ἔφη τοὺς παρόντας ἅπαντας, ὡς καὶ τὰς ἐνεργείας ἐνίων ἀπομνημονεύων διηγεῖσθαι, μήτε δὲ φθέγγεσθαι δύνασθαι, μήτε τι μέλος κινεῖν: *Quidã noſtrorum condiſcipulorum aſſiduè ſtadiis defatigatus paſſionem hanc patiebatur; extẽſus enim decumbebat ſicut ſtipes omninò rigidus, & putabatur aſpiciens nos apertis oculis, vt nec etiã conniueret, nihil tamen loquebatur, is quoq; ſe audire dixit eodẽ tẽpore, qua loquebamur, ſed non manifeſtè & perſpicuè, quadã enim reminiſcẽs referebat, aduenĩẽtes omnes ſe videre dixit, vt & actiones aliquorum memoriã repetens exponeret, neq; autem loqui neq; vllũ membrum mouere potuit.* Sequentes duas hiſtorias *Fernelius lib. 5. de part. morb. c. 2.* adducit: *Vnus dum literis & chartis ſedulò inuigilaret, repente hoc vitio perculſus, ita quidẽ obriguit, vt ſedens calamumque digitis premens, oculis in libros defixis, putaretur in eorũ ſtudia incũbere, donec vocatus ac impulſus deprehẽſus eſt omni ſenſu motuq; carere. Alterum mortui ritu iacentem inuiſi, qui neq; cernebat, neq; audiebat, neq; compũctus ſentiebat quicquã: facilis tamen inerat ſpiratio, & quicquid in os inferebatur, promptè vorabat. E lectulo ſublatus ſolus conſiſtebat, impulſuſq; incedebat, & quocunq; vel manus vel brachiũ vel crus inflecteretur, illic quaſi fixũ & ſtabile permanebat expreſſam quandam dixiſſes laruã, aut arte progredientem ſtatuã:* Similia exempla vide apud *Schenkium lib. 1. obſeru. med. de catocho. Marcell. donatum l 2. de med. hiſtor. mirab. c. 7. Rõdeletum lib. 1. method. curan. morb. c. 20.* & alios. Ex quibus colligitur in hoc affectu ſenſuum internorum & externorum abolitionem cum membrorum rigiditate vtplurimum reperiri: interdum tamen ſenſus non prorſus obolentur, ita

vt

vt ægri colloquentes audiant, interdum etiam membra non rigent, ſed ab adſtantibus flecti & in varios ſitus moueri poſſunt: cauſæ huius affectus variæ aſſignantur: *Galen. comm. ſect.* 2. *aphoriſ* 3. frigidæ & ſiccæ cerebri intemperiei catalepſeos generationē tribuit; quæ quidem intemperies partem cerebri poſteriorem præcipuè occupat, eam conſtipat & condenſat; vnde nerui ab ea oriundi etiam condenſantur, & tenſi ac rigidi euadunt; talis etiam intemperies totum neruoſum genus occupare poteſt producta ab externa vel interna cauſa, quam tamen nonnulli in dubium vocant, exiſtimantes tantam frigiditatem in viuente corpore reperiri non poſſe, quæ talem neruis congelationem inferat: ſed hos tacitè redarguit *Galenus lib. de differ. morb. cap.* 5. dicens, Τῶν ὑπὸ κρύους ἐν ὁδοῖς ἀποθανόντων, οἱ μὲν ἐμπροσθοτόνοις, οἱ δὲ ὀπισθοτόνοις, οἱ δὲ τετάνοις, οἱ δὲ ταῖς καλουμέναις πήξεσιν ἑάλωσαν. *qui à frigore in viis obierunt, alij emproſtotonis, alij opiſtotonis, alij tetanis, alij nominatis congelationibus correpti fuerunt*: docet igitur *Galenus* à frigore externo catalepſim generari poſſe, quod experientia luctuoſa illorum comprobat, qui in itinere ex intenſo frigore rigeſcunt & intereunt, frequētius tamen generatur hic affectus ab intemperie frigida & ſicca coniuncta cum materia, illa autem eſt humor aut vapor melancholicus, à quibus conſtipatio partis cerebri poſteriotis, neruorū tenſio atque rigiditas inducitur, non ſolùm qualitate ſua frigida & ſicca, ſed etiam quantitate, quæ replendo diſtentionem facit: *Aëtius tetr.* 2. *ſer.* 2. *cap.* 4. *ob ſanguinis multitudinem confertim caput occupantis & ipſum ſemper implentis* catalepſim fieri aſſerit; cui *Rondeletius*

deletius lib.I.meth.curan.morb.c.XX.in obſeruat. ſubſcribit: *Obſeruaui in muliere nobili nomine (de Pignã) quæ cum ſynocho (qui à ſanguine febris eſt) laboraret, decimo nono die catalepſi correpta eſt, ſed largo tandẽ fluente è naribus ſanguine, recuperatis ſenſuũ functionibus tanquam ab orco reuocata eſt; nemo ergo niſi temerè ſanguinem interdum huius affectionis materiam exiſtere inficiari poteſt: leue enim eſt, quod obiiciunt, ſanguinem humidum flaccidumq; rigidas tẽſasq; partes efficere non poſſe: nam de pauco id cõcedimus: ſed cum copioſus eſt, multitudine ſua venas & arterias diſtendit, tenſasq; retinet, non alia ratione, quàm humorũ plenitudo neruos in conuulſione contrahit tenditque:* Diagnoſis huius affectus ſatis manifeſta eſt ex hiſtoriis *Galeni* & *Fernelij* propoſitis: malũ ſubito hominẽ inuadit, & in eo ſtatu detinet, in quo illum primò offendit, ſicq; immotum ſeruat, quaſi congelatus eſſet; diuerſitas autem ſymptomatũ ſenſibus ipſis diſcernitur: Prognoſis eadem propemodum inſtituitur, qualem in ſoporoſis affectibus propoſuimus: nempe morbus periculoſus eſt & pro maiori aut minori intenſione ſymptomatum maius aut minus periculum minatur: Curatio duplex inſtituitur, vna in paroxyſmo, altera extra paroxyſmum: in paroxyſmo ad ægrum excitandum ea remedia conducunt, quæ in ſoporoſis affectibus deſcripta ſunt: extra paroxyſmum curatio melancholiæ hîc omninò conueniet, ſi catochus ab humore aut vapore melancholico generetur, quæ cauſa frequentiſſima eſt: ſi autem frigida intemperies ſola, à cauſa externa vel interna producta, huic malo originem dederit; remedia, quæ illam emendant, *è cap.* 1. depromantur: denique

que ſi copia ſanguinis hunc affectum generet vel foueat,illius imminutio vel venæ ſectionem fiat.

CAPVT V.
De Paralyſi.

QVoniam *Autoris noſtri* mentem *in exercitatione noſtra de paralyſi* candidè protulimus, & ſimul aliorum Medicorum opiniones *ibidem* examinauimus , noſtraſque ſelectorum remediorum formulas propoſuimus,ad illam,ne actum agamus , lectorem beneuolum remittimus.

CAPVT VI.
De Conuulſione.

SPaſinus ſeu conuulſio eſt neruorum muſculorūque verſus ſuam originem inuoluntaria & perpetua retractio:Duplex autem eſt cōuulſio,vna propria,cui propoſita definitio competit;altera impropria, quæ potius motus conuulſiuus dici debet , & ita diſtinguuntur,quòd in vera conuulſione retractio muſculorum eſt perpetua ſeu continua & indeſinēs: in motu autem conuulſiuo retractio eſt interpolata: præterea in conuulſione vera membrum eſt immobile;in motu conuulſiuo variè agitatur,vt in epilepſia , quæ inter motus conuulſiuos principem locum obtinet : differunt etiam ratione cauſarum ; vera enim conuulſio à repletione vel inanitione, motus verò conuulſiuus ab irritatione fit:denique in eo diſtinguuntur,quòd conuulſio à ſolo morbo , motus conuul

conuulſiuus à ſola facultate oriatur; quæ vt rectè à *iunioribus* intelligantur, ſciendum eſt ex *Galen. lib. 2. de ſymptom. cauſ cap.* 1. deprauati motus ſymptomata ita inter ſe diſtingui, Τῶν τὰ μὲν αὐτῶν ἔργα φύσεως εἶναι βιαίως ἀναγκαζομένης κινεῖσθαι πρός τινος αἰτίας νοσεροῦ· τὰ δὲ νοσώδεσιν ἕπεσθαι διαθέσεσιν, οὐδὲν εἰς τὴν γένεσιν αὐτῶν συμπραττούσης φύσεως. ἔνια δὲ ἐπ' ἀμφοῖν ἐνεργούντων γίγνεσθαι τοῦ τε νοσήματος ἅμα καὶ φύσεως. ἀκούειν δὲ ἀξιῶ σε τοῦ τῆς φύσεως ὀνόματος ἐν τῷ λόγῳ τῷδε κατὰ πάσης δυνάμεως τῆς διοικούσης τὸ ζῶον, εἴτε κατὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, εἴτε καὶ χωρὶς ταύτης· ἀντιδιαιροῦμεν γὰρ νῦν ἁπάσῃ τῇ παρὰ φύσιν αἰτίᾳ, δι' ἣν βλάπτεται καὶ διαφθείρεται τὸ ζῶον, ὅλον ἐκεῖνο τὸ γένος τῶν δυνάμεων, ὑφ' οὗ διασώζεται· τοιοῦτοι μὲν οὖν δυνάμεως ἔργα, πταρμοὶ καὶ βῆχες καὶ χάσμαι καὶ σκαρδινισμοὶ, καὶ λύγγες· μόνου δὲ τοῦ νοσήματος ἐνεργοῦντος, παλμὸς καὶ σπασμός. ἀμφοῖν δὲ συνιόντων τοῦ τε νοσήματος καὶ τῆς δυνάμεως, αἵ τε ναρκώδεις ἅπασαι κινήσεις, ὅσαι τ' ἄλλαι παραλυομένων μὲν οὐδέπω δὲ παραλελυμένων γίνονται, καὶ πρὸς ταύταις ὁ τρόμος. *quòd alia eorum opera natura ſint violenter coacta moueri à quadam cauſa morboſa, alia morboſos affectus ſequuntur, naturâ ad illorum generationẽ non cooperãte, alia autem fiunt ambobus operantibus morbo ſimul & natura: Volo autem appellari nomine naturæ in hoc ſermone omnem facultatem; quæ animal ſiue iuxta animi ſententiã ſiue citra illam gubernat: opponimus enim nũc omni cauſæ nõ naturali, per quã animal læditur & corrũpitur; totũ illud genus facultatũ, per quod cõſeruatur: huiuſmodi autem facultatis opera ſunt, ſternutationes & tuſſes & oſcitationes & pandiculationes & ſingultus: ſolius autem morbi opera ſunt palpitatio & conuulſio, amborum autẽ & morbi & facultatis*

cultatis cœuntiũ,tum torpidi omnes motus,tũ alij,quos illi edunt,quorum nerui reſoluuntur, nondũ autẽ reſoluti ſunt,quibus etiam tremor annumeratur. Ex hiſce *Galeni* verbis difficultas grauis emergit,cùm ille ſingultum inter opera recenſeat, quæ à facultate fiunt; (perpetuò enim ab irritatione oritur,& motus conuulſiuus eſt) conuulſionem verò inter opera numeret,quæ à ſolo morbo fiunt: E contra *Hipp. ſect. 6. aphor. 39.* σπασμὸν καὶ λυγμὸν ὑπὸ πληρώσιος ἢ κενώσιος *conuulſionem & ſingultum à repletione aut inanitione* fieri affirmat,cum tamẽ repletio aut inanitio veram tantùm conuulſionem efficiant: Ad cuius difficultatis ſolutionem *Autor noſter* reſpondet, quòd repletionis nomen latè ſumptum irritationem etiam comprehendat,quia cauſæ irritantes materiales ſunt hinc aliquo modo partes replẽt,in quibus continentur: ita repletio non eſt cauſa proxima ſingultus, ſed tantùm mediata, quatenus partem, in qua eſt, quantitate vel qualitate ſua ad expulſionem irritat: denique ſciendum diligenterque annotandum eſt,*Hippocratem & Galenum* communi & generico conuulſionis nomine motum conuulſiuum ſimpliciter enuntiare; ita vt non niſi per ſupra poſitas differentias inuicem diſtingui poſſint. Vera conuulſio rurſus diuiditur in vniuerſalem, quâ totum ferè corpus contrahitur, & particularem, quæ certum aliquod membrum conuellit: vniuerſalis, iuxta *Autorem noſtrum* vel cauſam habet in cerebro, quando nimirum cum vniuerſo corpore muſculi etiam faciei conuelluntur: vel in exortu ſpinalis medullæ, cum muſculi caput & ſpinam vouentes vel anteriores vel poſteriores vel vtrique

conuel

conuelluntur, vnde tres conuulſionis differentiæ exſurgunt: Prima Emproſtotonos dicitur, quando corpus cum ceruice & capite violenter ad anteriora contrahitur, vt mentum pectori annectatur, & corpus carinam nauis referre videatur; imo interdum in arcum & quandoque in orbem contorqueatur, ægrique caput genubus annexum habeant, in hac differentia duo muſculi caput ad anteriora flectentes præcipuè afficiuntur: Secunda Opiſtotonos nominatur, quando corpus ad poſteriora conuellitur, & in ea muſculi duodecim caput extendentes aut eorum nonnulli conuelluntur: Tertia Tetanus dicitur, quando muſculi & nerui tam anteriores quam poſteriores æqualiter contrahuntur, parteſque ab oppoſitis muſculis attractæ velut in æquilibrio poſitæ, rigidæ & erectæ permanent, hinc motus tonicus appellatur, qui omnium violentiſſimus eſt, cum ex omnium muſculorum contentione oriatur. Particularis conuulſio fit ex contractione muſculi partis alicuius, à neruo illius motioni deſtinato malè affecto, & interdum ab effectu vel ſymptomate peculiare nomen ſortitur: ſic conuulſio muſculorum oculos mouentium ſtrabiſmus nominatur, mandibularum & muſculorum temporum τριγμὸς dicitur, oris conuulſio ex contractione lati muſculi ex vna tantum parte oriunda, ſpaſmus cynicus, conuulſio canina & oris tortura nominatur, ſi vero in vtraque parte contractio fiat, riſus ſardonicus appellatur interim tamen oris tortura ſine conuulſione contingit, nempe ex paralyſi alterius muſculi, quo relaxato eius antagoniſta os ad partem ſanam contrahitur

trahit, & diſtortio in ea apparet, quæ conuulſio impropriè nominatur: muſculorum penis conuulſio ſatyriaſis vel priapiſmus dicitur: reliquæ conuulſiones propriis nominibus deſtituuntur.

Cauſæ veræ conuulſionis immediatæ iuxta *Hippocratis & Galeni* placita ad repletionem & inanitionem referuntur, vt antea dictum eſt: hæc doctrina exemplo chordarum confirmatur, quæ in lyris & cytharis tenduntur; quod ſæpius eleganter *Galenus* inculcauit, nempe *lib de tremor palpit. rigor. conuul. cap.12. lib.3. de loc. affect cap.5. lib.1. de ſymptom. cauſ. c.2. & comm. ſect.6 aphor.19.* dum enim chordæ ab humore replentur, illæ tenduntur & diſrumpuntur; ſic etiam lora propè ignem ſicceſcentia tenduntur & contrahuntur: idem omninò neruis contingere ſolet, qui vel ab humore repleti vel nimiùm arefacti tenduntur & contrahuntur, muſculóſque ſimul, quibus inſeruntur, ad ſuum principium retrahunt, vnde totum membrum conuellitur. Cauſæ mediatæ conuulſionis, quæ repletionem aut inanitionem efficiunt, variæ ſunt: cauſæ repletionis referuntur *à Galeno lib. de tremor. eod. c.* ad humoris pituitoſi affluxum & inflammationem: humor pituitoſus ad neruos influens eos diſtendere cenſetur ſecũdùm latitudinem, vnde ſecundùm longitudinẽ abbreuiari neceſſe eſt: ſed nunc grauiſſima difficultas à plurimis Autoribus propoſita, nondum tamen plenè & perfectè reſoluta emergit, quænam ſcilicet differentia ſit conſtituenda inter cauſam paralyſis & conuulſionis? cum vtraque ab humore pituitoſo in neruos influente oriatur, cur materia paralyſin efficiens neruos ita replendo, vt omnes illorũ

meatus occludantur, vnde ſpirituum animalium tranſitus impeditur, non faciat neruorum diſtenſionem in latitudinem, atque adeo conuulſionem efficiens, neruos replendo, meatus illorum non obſtruat, vt paralyſin efficiat: multi in hoc dubio reſoluendo anxiè ſe torquent, & illud ingenij captum ſuperare fatentur: *Auerrhoes tert. collectan.* in hæc verba erumpit: *Vtinam ſcirem, cur diſtendantur in latum nerui & non in longum*; mox ſubjicit: *ſcias Medicorum verba in hoc ſymptomate vniuersè propiora eſſe verbis Muſicorum ſeu fabellas canentium, quàm demonſtratorum*: vnde etiam *Argenterius comment. ſect. 2. aphor. 26.* conqueritur: *Non eſt facile profectò reddere omnium rationem, & præſertim cur pituita, quæ reſolutionis neruorum & conuulſionis cauſa dicitur, nunc vnum nunc aliud ex his malis inferat: cum enim eadem materia ſit, & eadem pars affecta nempe neruus, cur idem non ſemper ſit affectus?* Ardua hæc controuerſia plurimos Medicos in varias ſententias diſtraxit, quorum diuerſas & prolixas meditationes hîc proponere inſtituti noſtri non eſt: aliquorum deciſio *à Galeni* placitis recedere nolentium eò tendit, conuulſionem fieri ab humore craſſo, qui neruos ſecundùm latitudinem extendit, & ſecundùm longitudinem coarctat; paralyſin verò fieri ab humore tenui, qui per nerui ſubſtantiam decurrit, eámque emollit, poros autem illius non extendit: hæc autem ex mente *Autoris noſtri* animum veritatis auidum omninò non explent; ſi enim humor craſſus neruum replendo eum in latitudinem extendit, cur poros illius meatúſque inſenſiles non implet, & ſpirituum

anima

animalium influxum non impedit? atque ita paralyſin inducit: & cur paralyſi ſaltem ſucceſſu temporis conuulſio non ſuccedit? cum humor tenuis in parte diu hærens neceſſariò coaleſcat; quemadmodum ſeroſa materia arthritidem efficiens, per longam moram in parte, tophaceam ſubſtantiam acquirit: Alij dicunt, in conuulſione partem tantùm nerui exteriorem ab humore obſideri, in paralyſi verò medullarem: ſed hoc multò minùs ſatisfacit; cum enim nerui maiore parte exiles admodum ſint, non facilè concipitur, quomodo humor partem tantùm nerui exteriorem occupet, illæſa interiori aut vice verſa: vel ſaltem ſi hoc ità contingere poſſet, paralyſi vtplurimum conuulſiò & conuulſioni paralyſis ſuccederet, multiplicatâ materiâ morbificâ, & quæ exteriorem partem ſolam vel interiorem tantùm ab initio occupabat, ſucceſſu temporis totum neruum inuaderet. *Autor noſter* ſaluo aliorum iudicio exiſtimat prædictis obiectionibus ſatisfieri, ſi dicatur, conuulſionem & paralyſin in eo differre, quòd paralyſis ab humore pituitoſo, puro & impermixto generetur, qui tenſionem in partibus non efficit, ſed eas potius relaxat, conuulſio autem ab eodem humore fiat, non quidem ſincero, ſed plurimis flatibus permixto, à quibus nerui ac muſculi tenduntur & verſus ſuam originem contrahuntur: Etenim nulla cauſa aptior inueniri poteſt ad tam vehementem contractionem efficiendam, quàm *πνεῦμα φυσῶδες Spiritus flatuoſus*, quem *Galenum* agnouiſſe ex *lib. 2. de ſymptom. cauſis cap. 2. & lib. 6. de locis affectis cap. vlt.* colligimus: Inde experientia quotidiana docet, ma-

ximas diſtenſiones præſertim à flatibus oriri, vt in hydrope tympanite & colico dolore obſeruamus: adde quòd in conuulſione vtplurimùm grauiſſimi dolores reperiantur, quos à flatibus diſtendentibus fieri veriſimile eſt: ſi nunc quæratur, cur pituita conuulſionem efficiens paralyſin non inducat, cum *Autore noſtro* dicere poſſumus, eam eſſe in perexigua quantitate, vt meatus nerui inſenſiles occludere non poſſit, & multis flatibus permixtam ita attenuari, vt obſtructionem parere non valeat: hinc ſpiritum flatuoſum conuulſionis præcipuam eſſe cauſam *Autor noſter* aſſerit. Altera cauſa conuulſionis à repletione factæ iuxta *Galenum d. l.* eſt inflammatio partium neruoſarum, præcipuè in neruorum principio aut propè ipſum, quâ nerui tenduntur & contrahuntur: iſta inflammatio excitatur vel à cauſa interna ſola, nempe à fluxu ſanguinis in partem, vel à cauſis externis, vt vulnere, contuſione & punctione nerui. Cauſæ conuulſionis ab inanitione ſunt omnes immodicæ euacuationes per hæmorrhagiam, vomitum, alui fluxum, ſudores, tum etiam maximæ humidi primogeniti conſumptiones, quæ contingunt in febribus ardentibus & malignis, laboribus immodicis, vigiliis, ſollicitudinibus, vſu diuturno alimentorum medicamentorúmque calefacientium & exſiccantium. Nonnulli hanc conuulſionem ab inanitione rejiciunt, exiſtimantes tantam ſiccitatem in corpore viuente introduci non poſſe, vt inde nerui contrahantur, illa enim in febre hectica & maraſmo præcipuè contingeret: quibus *Autor noſter* reſpondet, quòd non omnis inanitio aut ſiccitas conuul

conuulſionem efficiat, ſed illa tantùm, quæ confertim & inæqualiter fit: Motus conuulſiuus fit à materia pungente, vellicante & irritante partes neruoſas, quæ eſt vtplurimum humor vel vapor acrimoniâ aut alia maligna qualitate præditus; talis in febribus malignis ſæpè contingit: fiunt autem iſti motus conuulſiui plerúmque cerebro & neruis per ſympathiam affectis, hinc conuulſio ſympathica nominatur, illi autem compatiuntur vel per nudam ſympathiam, generis, officij, viciniæ, ſocietatem, aut à praua qualitate vel aura venenata ad initium neruorum tranſmiſsâ: ſæpiſſimè contingit per conſenſum oris ventriculi à bile æruginoſa, vermibus, veneno aut alia materia acri & vellicante; etiam per conſenſum vteri oritur, ſicut in hyſtericis affectibus obſeruatur.

Diagnoſis conuulſionis ex iis, quæ in principio huius capitis propoſita ſunt, facilè elicitur: in vera conuulſione pars contrahitur, ac rigida & immota manet, vt flecti aut moueri pro arbitrio non valeat: in motu autem conuulſiuo pars variè concutitur & agitatur. Quòd prognoſin attinet, conuulſio, quæ multas partes præſertim cerebro vicinas occupat, periculoſa eſt, tum etiam illa, quæ muſculos thoracis obſidet; nam metuitur, ne ob difficilem reſpirationem æger ſuffocetur. Si à copioſo ſanguinis fluxu (*ſect.5. aphor.3. ſect.7. aphor.9.*) aut immodica purgatione (*ſect.5.aphor.1.4. ſect 7.aphor.24.*) conuulſio generetur, vtplurimum lethale ſignum eſt: tum quia talis conuulſio ab inanitione oritur, tum quia fieri poteſt, vt illa interdum ab irritatione eueniat commotis humoribus acribus ac bilioſis,

& ad partes neruoſas tranſlatis, vel à qualitate maligna medicamenti, vt ex aſſumptione *hellebori & antimonij* contingit, vnde aliquoties obſeruauimus, ægros, quibus *ſcurrantes Seplaſiarij* in febribus continuis remedia ex *antimonio* parata conceſſerunt, funeſtis conuulſionibus correptos fuiſſe. Conuulſio, quæ perniciosam phrenitidem ſequitur, lethifera eſt: hinc *Aëtius tetrab.2. ſerm.1. cap.131.* inquit: *ex iis, qui ita conuulſi ſunt, neminem ſeruatum eſſe, ipſe vidi, neque qui vidiſſet, audiui.* Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῶν βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ. *conuulſioni ſuperuenire febrem ſatius eſt, quàm conuulſionem febri, ſect.2. aphor.26.* febris enim conuulſioni ſuperueniens illius cauſam abſumit; conuulſio autem febri ſuperueniens à materia maligna oritur, quæ periculum vitæ minatur.

Curatio huius affectus varia eſt pro varietate cauſarum: qui ab inanitione fit, rariſſimè curatur, ideo illius therapiæ non immorabimur: qui ab irritatione oritur, ab aliis morbis dependet, & illorum curationi ſubjicitur: igitur ſupereſt, vt conuulſionis à repletione curationem proponamus, quæ cum à pituita & ſpiritu flatuoſo potiſſimùm dependeat, ad illorum ſublationem dirigenda eſt: primùm venæſectio inſtituatur, ſi ſanguis abundet & vires validæ ſint: in qua tamen euacuatione ſatius eſt peccare in defectu quàm in exceſſu, cum illa cauſæ principali contraria eſſe videatur. Poſt venæſectionem aut eâ omiſsâ, ſi conueniens non ſit, purgatio inſtituatur, (habitâ tamen virium ratione) per pilulas aut infuſionem, quarum formulas *ſecundo huius libri capite* propoſuimus: pilulis addi

addi poteſt *extr. caſtor. gr.* j. Poſt purgationem cucurbitulæ cum ſcarificatione admoueantur, ſi ſanguis non detractus fuerit, alioquin ſiccæ; primò quidem partibus remotioribus, poſtea affectæ vicinis, & hoc diligenter obſeruetur, vt fluxio verſus originem retrahatur: Veſicatorium etiam partibus affectæ oppoſitis vtiliter admouetur: interim per dictas purgationes materia peccans iteratis vicibus educatur: clyſteres acres etiam frequenter injiciantur, qualem *d. loco* annotauimus: Partes affectæ conuenientibus remediis inungantur: ℞. *Vnguenti martiati* ℥vj. *alth.* ℥ij. *ol ſtillatit. ſaluiæ* ℈j. *vulpin. q. ſ. F. linim:* vel ℞. *Ol. vulpin.* ℥vj. *caſtor* ℥ß. *ol. terebin.* ℥ij. *ol. ſtillat. roriſmar.* ℥ß. *Miſce*: aut illa medicamenta ordinentur, quæ ad calidam ſpinalis medullæ frictionem *in exercitation. noſtr. de apoplex.* §. 12. protulimus. In diuturnis conuulſionibus balnea ſulphurea præſtantiſſima ſunt, qualia *in exercitat. noſtr. de paralyſi* §. 4. recenſuimus: etiam balnea ſicca vel vapida ex decocto ſaluiæ, roriſmar. beton. chamædr. chamæpith. &c. lapidibus ignitis infuſo conueniunt: aliquando dolor ita intolerabilis ſentitur, vt ad eum prius cura dirigenda ſit, illi ſequentia conueniunt: ℞. *Ol. amygd. dulc. violar. roſar. ā* ℥ß. *chamæm. lil. alb. maſtich. ā* ℥ij. *Miſce, quibus pars affecta inungatur:* Si potentiùs agere oportet, ſequens balneum paretur: ℞. *Rad. alth.* ℥ij. *lil. alb.* ℥j. *fol. beton. maluæ, parietar. ſaluiæ, chamæpith. ā. Mij. ſem. lini* ℥j. ß. *fœnigr.* ℥ß. *baccar. junip.* ℥vj. *lauri* ℥iij. inciſa & contuſa pro balneo coquantur, in quo diu æger non moretur, ſed dolore ſedato confeſtim egrediatur; hinc partes conuulſas tantùm immer-

gere ſufficiet. Dum hæc fiunt, cerebri expurgationes cum puluer. ſternutat. trochiſc. maſticat, &c. *dicto cap. primo* notatis inſtituatur, nec non cerebrum conuenientibus remediis *ibidem & cap.2.* recenſitis corroboretur.

CAPVT VII.

De Epilepſia.

EPilepſia eſt conuulſio totius corporis interpolata cum mentis & ſenſuum læſione: Conuulſionis nomen hîc propriè & ſtrictè non ſumitur pro vera conuulſione, ſed impropriè pro motu conuulſiuo; eſt enim epilepſia motus conuulſiuus non vera conuulſio: ſed conuulſionis nomen retinere *Autor noſter* voluit imitatus *Galenum*, qui eam paſſim conuulſionem appellat.

Omnis motus conuulſiuus, vt ſuperiori capite dictum eſt, fit ab irritatione, illa autem oritur à materiæ quantitate vel qualitate: quantitas materiæ morbificæ naturam grauans eam irritat ad expulſionem illius, quod ipſi moleſtum eſt: hinc ex mente *Autoris noſtri* doctrina *Galeni* ſtabilitur, quod ab obſtructione imperfecta ventriculorum cerebri epilepſia generetur, ſi enim humor obſtruens naturæ moleſtus eſt, cur non cerebrum ad illius excluſionem inſurget? de qualitate nulla difficultas eſt, omnes enim in eo conſentiunt, facultatem expultricem ſingularum partium irritari ab acrimonia & praua qualitate, quæ naturæ infenſa eſt. Cauſæ irritantes

ritantes vel in ipſo cerebro continentur, & epilepſiam idiopathicam efficiunt, vel aliunde ad cerebrum tranſmittuntur, & ſympathicam epilepſiam generant: illa autem irritatio epilepſiam facit, quando cerebrum, dum rem noxiam expellere conatur, ſeipſum & conſequenter neruos ſibi annexos concutit. Hinc epilepſia in idiopathicam & ſympathicam diuiditur: ſympathica rurſum iuxta varias partes diſtinguitur, à quibus vapores acres aut maligni ad cerebrum tranſmitti poſſunt; nulla autem propemodum pars in toto corpore reperitur, à qua malignus vapor ad cerebrum tranſmitti nequeat, vt præcellentium Medicorum obſeruationes apud *Sennertum lib. 1. pract. med. part. 2. cap. 31.* atteſtantur: igitur ex prædictis conſtat, quomodo *Galeni* doctrina defendi poſſit, qui ab imperfecta ventriculorum cerebri obſtructione epilepſiam generari aſſerit, quam tamen cauſam perpetuam eſſe *Autor noſter* non defendit, quin potius eam cæteris infrequentiorem confitetur. Sed objiciunt: ſi epilepſia ab humoris copia fieret, ea maximè in ſopore contingeret, in quo magna humoris copia reperitur: *Autor noſter* reſpondet, humorem, à quo ſopor excitatur, eſſe in ſubſtantia cerebri, non in ventriculis, & ideo facultatem expultricem non irritari, quæ magis in ventriculis reſideat. Pergunt: cùm epilepſia citò ſoluatur, in paralyſin deſineret, vt apoplexia, excuſſo in neruos humore: Reſpondet *Autor noſter*, in apoplexia humores excuti ad partes viciniores propter debilitatē expultricis à copia humoris oppreſſæ, quæ cùm in epilepſia liberior ſit, ad vias naturales expurgationi dicatas humores amandat:

falſum

falſum etiam eſt, quod aſſeritur, epilepſiam nunquam in paralyſin deſinere, *Autor* enim paralyſin epilepſiæ ſuccedaneam vidit; & non rarò apoplectici in prima inuaſione conuulſionibus epilepticis corripiuntur, nondum perfecta obſtructione ventriculorum cerebri; tum etiam multi epileptici tandem apoplexia pereunt, quando dimidiata obſtructio in integram degenerat. Inſtant: ſicut completa ventriculorum obſtructio functiones penitùs in apoplexia tollit, ita incompleta eas tantùm imminueret & non deprauaret, neque motus illos conuulſiuos ſanis plerúmque validiores ederet: reſpondet *Autor noſter*, naturam omninò oppreſſam ab integra obſtructione non excitari ad expulſionem; in dimidiata autem obſtructione ſatis virium habere, vt cerebrum commoueat, & ad expulſionem agitet: hæc doctrina exemplo catarrhi in pulmonem delabentis confirmatur, qui ſi totum pulmonem repleat, ſummam ſpirandi difficultatem ſine vlla tuſſi efficit, vt in aſtmate contingit; ſi verò minor fluentis humoris copia extiterit, pulmo ad expulſionem irritatur, vnde tuſſis excitatur.

Signa epilepſiæ diagnoſtica in tres ordines diſtribuenda ſunt, quæ ſcilicet imminentem epilepſiam ſignificant, præſentem demonſtrant, & illius differentias patefaciunt: Imminentis epilepſiæ ſigna dupliciter conſiderantur, vel prout primam morbi inuaſionem præſagiunt vel imminentem paroxyſmum ſignificant: eadem autem ſigna vtrique inſeruiunt, ſed multò certius in iis, qui ab epilepſia actu poſſidentur, imminentem inſultum
indi

indicant; in iis enim, qui nunquam hactenus hoc morbo affecti ſunt, æquiuoca maiori ex parte huiuſmodi ſigna apparent, & multos alios capitis affectus prænuntiant, integra tamen eorum congeries aliquam certitudinem afferre poteſt. Omnia igitur imminentis epilepſiæ ſigna cum *Autore noſtro* proponemus, hac præmiſſa admonitione, non omnia in omnibus epilepticis concurrere,ſed nonnulla in his, alia in illis, pro varia cauſarum & corporum diſpoſitione: vt autem ea debito ordine proponantur, fontes ſignorum percurrendi ſunt, qui ab actionibus animalibus, vitalibus & naturalibus, excrementis, qualitatibus immutatis & propriis accidentibus ſcaturiunt: Ratione functionum animalium epilepſiam minantur, animi & corporis inſueta conturbatio, capitis grauitas, cephalalgia, vertigo, vigiliæ, plurimus ſomnus,à quo nullum leuamen emergit, inſomnia turbulenta, mentis torpor vel anxietas, obliuio, mæſtitia, formido, ſegnities, membrorum tremor, ſenſuum hebetudines, obtutus defixus, coruſcationes oculis obuerſantes, & interdum nubeculæ, aurium tinnitus, fœdi odoris perceptio, linguæ inordinata commotio & oſcitatio: Ratione functionum vitalium epilepſiam cum aliorum ſignorum concurſu minantur, iracundia, cordis palpitatio, pectoris conſtrictio, anhelitus mutatio: Ratione functionum naturalium epilepſiæ prodromi ſunt, cibi faſtidium, appetitus immodicus, nauſea moleſta, & oris ventriculi morſus: Ratione excretorum epilepſiam portendunt, ſaliuæ per os effluuium, vrinæ tenues, crudæ, & pollutio nocturna frequentior:

Ratio

Ratione qualitatis mutatæ & propriorum accidentium epilepſiam portendunt, faciei pallor & præcordiorum inflatio. Præſens epilepſia etiam vulgo notiſſima eſt, ſi omnibus ſuis numeris abſoluta ſit, multas tamen differentias habet, quæ interdum difficilem diagnoſim faciunt, vt ex ſequentibus videmus. In paroxyſmo epileptico ſenſus omnes tum interni tum externi intercipiuntur: æger ſubitò in terram concidit, & totum corpus aut partes tantùm nonnullæ variis motibus concutiuntur, adeſt oculorum prominentia, dentium ſtridor, dyſpnæa, ſemen, ſtercus & vrina inuoluntariè aliquando profunditur, circa finem acceſſionis ſpuma per os ac nares effluit (quæ non niſi in vehementi epilepſia contingunt) & finita acceſſione rerum omnium, quæ in paroxyſmo actæ ſunt, obliuio notatur. Idiopathica epilepſia à ſympathica diſtinguitur, quod in idiopathica cerebri affecti multa indicia appareant, mentis torpor, memoriæ imminutio, inſômnia turbulenta, ſenſuum hebetudo, capitis dolor, corporis ſegnities, &c. æger venientem paroxyſmum non percipit, ſed ab eo incautus ſubitò opprimitur, hanc diagnoſim etiam bona partium inferiorum diatheſis, & nullum vitium in iis apparens confirmat: A quo humore epilepſia generetur, ex ſignis pituitam, bilem aut melancholiam in toto corpore & præſertim capite redundantem indicantibus dignoſcere poſſumus. Sympathica epilepſia inde cognoſcitur, quando nulla cerebri affecti ſigna apparent, æger venientem paroxyſmum percipit, & interdum veluti auram quandam à partibus inferioribus ad cerebrum aſcen

aſcendentem, aut pars aliqua inferior peculiari quodam vitio labefactata vel tempore inuaſionis graui aliquo ſymptomate affecta eſt. Sic à ventriculo communicari epilepſiæ cauſam oſtendunt, cibi faſtidium, vomitus, ventriculi dolor, eroſio, compunctio, diſtenſio, vel etiam interdum cordis palpitatio, ventriculo cordi affectum communicante. Ab hepate vel liene malum oriri ſignificant flatuum frequens & copioſa excretio, ventris inflatio, rugitus, borborygmi, ructus acidi, præcordiorum moleſta coarctatio, & eorum dolor ad dorſum vſque interdum procedens, quibus vitia peculiarem ventris inferioris partem obſidentia addantur. Ab vtero affectum procedere, hyſterica paſſio conuulſionibus epilepticis implicita indicat, tum ſi menſium aut ſeminis retentio præceſſerit. Si ab externa parte epilepſia oriatur, aura quædam inde eleuari percipitur, & morbi ſcaturigo ibi deliteſcens eam interdum vellicat, quod imminentem paroxyſmum prænuntiat. Rariores cauſæ & extraordinariæ, vt abſceſſus, oſſis caries, lumbrici, vrinæ ſuppreſſio adque partes ſuperiores regurgitatio, &c. ex propriis ſignis cognoſcuntur. Quod prognoſin attinet: epilepſia morbus eſt diuturnus, contumax & in infantibus ſenſibúſque vtplurimum lethalis exiſtit: Epilepſia hæreditaria immedicabilis eſt, quæ à cauſis externis & praua victus ratione originem ducit, curationem admittit. Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέον γίνεται, τυτέοισιν τὰ πόλλα ξυναποθνήσκει. *Comitiales morbi, quibus ante pubertatem contingunt depoſitionem accipiunt: at quibus quintum & vigeſimũ annum*

num agentibus fiunt, eos fere ad mortem vſque comitantur: Priores per ætatis decurſum ab his affectibus liberantur, quoniam poſt pubertatem ἔκλαμψις *fulgor emicans* natiui caloris producitur, qui cauſas morbificas potenter diſcutit: adde quòd tunc in fœminis menſtrua erumpant, per quæ impuritates corporis expurgantur: poſteriores autem cum his affectibus commoriuntur, quoniam illi ὡς ἐπιτοπολὺ *vt plurimum* inemendabili vitio cerebri corripiuntur: vehemens epilepſia ſæpè in paroxyſmo ægrotantem è medio tollit, vel enim in apoplexiam degenerat, vel propter prauitatem ſymptomatum & violentam cerebri concuſſionem, tota illius œconomia euertitur, vt interdum particulæ illius diffringantur, & aliquando proceſſum mammillarium portiunculæ per nares explodantur: Epilepſia ab humore melancholico oriunda in melancholicam inſaniam interdum tranſit, quando videlicet iſte humor iuxta mentem *Autoris noſtri* à ventriculis cerebri in ſubſtantiā illius tranſmittitur; etenim idem humor dum cerebrum vt partem inſtrumentalem ventriculos obſtruendo aut tunicas eorum diuellendo afficit, epilepſiam efficit: dum verò ipſam cerebri ſubſtantiam, quæ functionum principum ſedes eſt, vt ſimularem partem offendit, naturale ipſius temperamentum vitiando & animales ſpiritus corrumpendo delirium melancholicum inducit: vnde *Hippocrat. lib. 6. de morb. vulg. ſect. IIX. aph. 54.* inquit: οἱ μελαγχολικοὶ καὶ ἐπιληπτικοὶ εἰώθασι γίνεσθαι ὡς ἐπιτοπολύ. καὶ οἱ ἐπίληπτοι μελαγχολικοί. *atra bile vexati morbo etiam comitiali corripi magna ex parte conſueuerunt, & morbo comitiali laborantes*

atra

atra bile vexari : iſti affectus in ſe inuicem dupliciter degenerant, vel per materiæ morbificæ tranſpoſitionem, & ſic vno exoriente alter deſinit, vel per materiæ propagationem, & tunc vterque affectus permanet: epilepſia pituitoſa diu perſeuerans ſucceſſu temporis in apoplexiã vel paralyſin deſinit.

Curatio epilepſiæ duplex inſtituitur, alia in paroxyſmo, alia extra paroxyſmum: ad paroxyſmi curationem rarò Medici vocantur, niſi ipſe interdum longiùs protrahatur, quo in caſu eadem remedia ferè conueniunt, quæ pro ſoporoſis affectibus *ſuprà* annotauimus, præſertim aqua antapoplectica noſtra exhibeatur, per cuius vſum frequentem, Deo benedicente, aliquos à miſerando hoc malo liberauimus, & non exiguas operationes in frigida & humida intemperie cerebri, affectibus ſoporoſis, contumacibúſque frigidis catarrhis quotidiè adhuc obſeruamus: Extra paroxyſmum curatio pro varietate cauſarum mutetur: primùm epilepſiæ idiopathicæ curatio proponenda eſt, quæ in totius corporis euacuatione, materiæ morbificæ diſcuſſione, prauæ illius qualitatis emendatione & cerebri robore conſiſtit: cum autem materia peccans in idiopathica epilepſia vtplurimum pituitoſa ſit, nos ad oppugnationem illius curationem vniuerſam dirigemus, ſi prius Artis noſtræ Cultores admonuerimus, vt, quando humores bilioſi aut melancholici peccent, medicamenta illos præparantia & expurgantia ſubſtituant: etiam ſpecifica remedia, à quacumque cauſa morbus oriatur, perpetuò vſurpentur. Ad integram curationem ſequenti via procedatur: primò pilulæ vt potio purgans *ſupra cap.1.* deſcripta ordi

ordinentur: poſtea ſi plenitudinis notæ appareant, phlebotomia inſtituatur, ſin minus, illa omittatur, ex ligni guajaci vſu multos epilepticos ſe curaſſe *Iacchinus comment. in lib. 9. Raſis cap.* 14. teſtatur, hinc diæta ſudorifera per aliquot ſeptimanas inſtituatur, vide *exercit. noſtr. de apoplex.* §. 13. Purgantia nimirum pilulæ & potiones prædictæ per aliquot menſes, in frequenti vſu habeantur, nempe ſemel aut bis in ſeptimana vſurpentur, prout vires ægrotantis ferunt: vel ſeq. ſacculus aut apozema ordinetur; *e. g. pro viro* 40. *annorum*: ℞. *Radic. poeon.* ℥ß. *herb. betonic.* Mj. *ſalu.* Mß. *flor. poeon.* Pij. *fol. ſen. elect.* ℥ij. *agar. rec. troch.* ℥iij. *rhabarb. opt.* ʒij. *ſem. aniſi, fœnic. ā.* ʒj. ß. *poeon. exc.* ʒj. *ſal. tartar.* ʒß. *inciſa & contuſa dentur ad ſacculum ex ſindone albo, cui menſura vna vini albi veteris affundatur, de cuius colatura mane alternis diebus cum regimine diætæ* ℥vj. *ſumantur*: vel. ℞. *Radic. poeon.* ℥j. *herb. betonic.* Mij. *ſalu.* Mj. *fl. poeon.* Pij. *aq. font. q. ſ. inciſa coq. ſ. a. in col.* ℔j. ß. *infund. per noct. fol ſenn. elect.* ℥ij. *agar. rec. troch.* ʒiij. *rhabarb. elect.* ʒij. *radic. helleb. nigr. præpar.* ʒj. ß. *ſem. aniſi* ʒiij. *poeon. exc.* ʒj. *mane bull. par. in colat. ſol. ſyr. roſ. ſol. ſimpl. fl. perſicor. ā.* ℥j. ß. *fiat ſ. a. apozema, de quo alternis diebus mane* ℥ij. *cum regimine diætæ vſurpentur*: imò nonnumquam ad fortiora tranſeundum eſt: inde enim *Maſſaria lib.* 1. *pract. med. cap.* 19. *putat fieri, vt hoc tempore neque epilepſia neq; alij magni morbi ſanentur, quod Medici neſciãt ad valẽtiora deuenire, quæ magnitudini morbi proportione reſpondeant*: hinc nos exoptato ſucceſſu crocum metallorum præſcribimus, *e. g. pro viro eiuſdem ætatis.* ℞. *Croci metallor. legit. præparat. gr.* vj. *vin.*

vin. alb. veter. ℥*ij. ſtent. per noctem mane filtr. per chartam & colatura ſumatur.*

Porro in ſequentibus etiam remediis egregium auxilium experti ſumus: ℞. *Conſ poeon.* ℥*j.*ß*.betonic.* ℥*j.anthos.*℥ß*.cort. citri cond.*ʒ*ij. confect.hyacinh.*ʒ*j.*ß*.pulu.marchionis* ℈*iv.ſyr. poeon.q.ſ. F mixtura ad form.opiata, de qua mane & veſperi æger magnitudinem nucis moſchatæ cum cochleari pleno aquæ noſtræ antiapoplect.ſumat:* ℞*. Pulu.march* ʒ*j.*ß *ſpec.aromat. caryoph.*ʒß*.ambr.gris.gr.iij. moſchi orient.gr.j. ſacch. roſ.tab.*℥*iv. F. ſ.a.tragæa, aut ſacch.opt aq poeon. ſol.* ℥*iv. F.ſ.a.rotulæ, quas eod.modo vſurpet.* Veſicatoriū aut cauterium poſteriori ceruicis parti admoueatur: aſt ſataceum multò felicius humores à cerebro extrahit, hinc *Guilhelmus Fabricius* refert *cent.1 obſeruat.chirurg.*41. ſe juuenem quotidie epilepſia laborantem & *cent.4. obſeru.*91. puellam 19. annorum ab ipſa infantia epilepticam ſolo ſetaceo reſtituiſſe. Si à partibus inferioribus hoc malum oriatur, aquæ acidulæ illud ſæpè radicitùs tollunt, quando antea corpus legitimè ad acidas bibendas præparatum & cerebrum à multivariis paroxiſmorum inſultibus non maximoperè debilitatum fuerit, aliàs enim plus nocent, quàm proſunt, vt experientia rerum magiſtra demonſtrauit. Quod ſi epilepſia ab vtero procedat, epileptica medicamenta cum hyſtericis miſceantur: nos aquam hyſtericam *Quercetani* aquæ noſtræ antiapoplect.admiſcemus: *e.g.* ℞*. Aq. antiapopl.*℥*ij.hyſter. Quercet* ℥*j. meliſſæ. cinam.opt.ã.*℥ß*. ſacch.opt.*℥*j. M.quâ ſæpius ægra vtatur:* pro potu ordinario decoctum vſurpetur, quod *in exercit.noſtr. de apoplex.*§.12. propoſuimus.

Martinus Rulandus oleo ligni heraclei quãplurimos epilepticos ſanitati feliciter reſtituiſſe in *centuriis ſuis* atteſtatur:vide *theſaurum Rulandum lib.1.de cap.affectib.p.m.*40.*&c.* hoc oleum eſſe oleum corylinum *Valentinus Rulandus centur.*3. *obſeru. chirur. Guilehelm. Fabric.obſer.XXCIV.* apertè confirmat: Huinc nequaquam cedit, aut multò præſtantius eſt oleum ſuccini albi deſtillatum & rectificatum,cuius guttulas aliquot in aq. anti-apoplect.noſtra feliciter exhibemus: *Author noſter olei buxi deſtillat. & ſpir. ſulph. rectif. gr.iv.cum aq. flor.tiliæ* ℥*iv.* per aliquot dies conceſſum extollit;de quo oleo vide *Quercetanum in tetrade c.*16. Sympathicæ epilepſiæ curatio ad partem primariò affectam dirigatur,quæ per remedia conuenientia *è propriis capitibus* deſumenda euacuetur & roboretur, non omiſſis ſpecificis in omni epilepſia vſurpandis: attamen ſi ab externa aliqua parte epilepſia excitetur, præter curationem vniuerſalem ad eam peculiariter reſpiciatur, & materia maligna in eâ contenta cucurbitulis cum ſcarificatione, veſicatoriis & cauteriis admotis educatur: tandem quando à cranij carie morbus oritur, illa operationibus chirurgicis auferenda eſt.

CAPVT, VIII.

De epilepſia infantum & puerorum

QVia iſte morbus infantibus pueriſque familiaris exiſtit, & illis vtplurimum acutus ac valde periculoſus eſſe conſueuit,ideo peculiarem illius curatio

rationem ſeorſim ſubnectere *Autori noſtro* placuit, quoniã illa à virorũ fœminarúmq; curatione multũ variat: Nos primò nõ ſine fructu revulſionis cauſa clyſterẽ iniicere mãdamus, *e.g. pro puero X. annorũ.* ℞ *Rad. poeon.* ℥ß. *herb. beton. meliſſæ, ſalu. rutæ ã. M*ß. *flor. lil conuall. P*j. *coq in aq. font. in col.* ℥v *ſolue elect. hier. picr. Logad.* ℥ß. *mell. anthos.* ℥j, ß. *ol. rutæ* ℥ß *caſtor.* ʒij. *F. clyſter, qui aliquoties repetatur:* ſequẽti die potionem purgantem mane exhibemus, quæ ſæpius reiteranda eſt, provt neceſſitas poſtulauerit: ℞. *Fol. ſen. elect* ʒij. *agar. rec. troc.* ℈j. *ſal. tartar.* ʒß. *ſem. aniſi* ℈ij. *fecul. poeoniæ* ℈j. *ſem. poeon excor.* ℈ß. *aq. poeoniæ* ℥ij. *beton. meliſſæ ã.* ℥j. *infund. per noct. mane coq. par. in col* ℥ij *ſolue elect. d. ſuc. roſar* ʒß. *ſyr. poeoniæ* ℥ß. *aq. cinnam. opt.* ʒij. *M. F. potio purgans manè cum regimine diætæ ſumenda:* hâc ter aut quater vſurpata ſeq. vomitorium bis præſcribimus: ℞. *Croci metall. gr. iij. vini alb. vet.* ℥j. *ſtent. per noctem, poſt. filtr. per chartã & colatura manè capiatur.* Cucurbitulæ ſcapulis cum ſcarificatione admoueantur, ſipuer grandior ſit: veſicatorium poſteriori ceruicis parti applicetur: *De puluere marchionis* ℈ß *aut* ℈j. (qui omnes pulueres antepilepticos præcellit) aut ſeorſim aut in liquore ſeq. cõcedimus: ℞. *Aq. antiapopl. noſtræ* ℥iij. *ſyr. poeon.* ℥j *iul. roſ.* ℥ß. *moſchi orient gr* j. *Miſce de quo ſæpius etiam cochleare plenũ ſumatur, aut col. ſuccini albi deſtill. & rectif. gt. ij. addãtur.* Spinã dorſi & mẽbra, quæ contrahũtur, ſequẽtibus remediis calidè illiniri jubemus: ℞. *Aq. ſaluiæ* ℥ij *aq. vitæ cũ caſtor. & maſtich. ã.* ℥j. (quarum compoſitiones) *in exercit. de apopl.* §. 12. propoſuimus, *ſpir. lil conuall. iuniper. ã.* ʒß. *ol. deſtillat. ſucc.* ℈j. *Miſce vel* ℞. *ol. vulpin* ℥j.

caſtor.℥ß.rutæ ʒij.ol.diſtill.è bacc.iunip.ʒj.Miſce,vel ℞.Vnguent.martiat ℥vj.ol.diſtill.ſucc.roriſmar.ā ℈j. vulpin.q.ſ.F. linimentum. Vertex capitis, tempora, nares,balſamo ſuccin.& rutæ inungantur:tegumenta capitis ſufficiantur,vide *ſupra c.1.*

Si puer epilepticus adhuc lacte alitur,cura nutricis habeatur, cuius lac diligenter examinetur, an vitio aliquo laboret,illa victu laudabili vtatur:deniq; nõnulli pueri ita huic morbo obnoxij ſunt,vt ſemel curati mox recidiuam patiantur,hinc prophylaxis neceſſaria notatis *tum in hoc tum in præcedenti capite* remediis diligentiſſimè inſtituenda eſt.

CAPVT IX.

De Vertigine.

VErtigo eſt falſa imaginatio, in qua omnia obiecta & caput ipſum rotari ac circumagi videntur, vt æger ſæpe in terram decidat, niſi propinquis adminiculis innitatur: Contra hanc definitionem obiicitur, imaginationem in vertigine læſam non eſſe, quia correpti vertigine putarent obiecta verè in gyrum rotari, quemadmodum phrenetici & melancholici vera putant, quæ ſibi imaginantur: *Autor noſter* reſpondet,quòd in vertigine ratio integra maneat, quæ imaginationis errorem cognoſcit, è contra quòd in phrenitide & melancholia ratio cum imaginatione afficiatur. Duæ illius differentiæ proponuntur: vna vertigo ſimpliciter latinis, δῖνος græcis nominatur, in qua viſio illæſa permanet: altera σκότωμα ſeu σκοτόδινος &

tene

tenebricoſa vertigo appellatur, in qua oculis quaſi fumus aut nubecula quædam offunditur: in vtraque vertiginis ſpecie viſio aliquantùm læditur, quia ſpiritus, qui ad oculos rectà tendere ſolent, per neruos viſorios tranſuerſim mouentur, vnde oculus illis non ita commodè fruitur: ſed in vertigine tenebricoſa vehementior eſt ſpirituum commotio, ita vt minùs ad oculos ferantur.

Cauſa proxima vertiginis eſt circumactus ſpirituum productus à materia vaporoſa aut flatulenta, quæ in cerebri ventriculos ac plexum choroïdem irruens ſpiritus animales exagitat, & in gyrum conuertit, vnde ſpecies objectorum per ſpiritus illos delatæ pari motu cientur, atque hinc objecta ipſa circumuolui videntur: verùm hîc dubitare licèt, cùm vertigo ſit ſymptoma actionis læſæ & omnis actio læſa ab aliquo morbo immediatè dependeat, quomodo ſpirituum circumactio cauſa proxima vertiginis ſit? cùm illa ad nullum morbi genus referri queat: *Author noſter* huic dubitationi reſpondet, circumactionem ſpirituum eſſe morbum in ſitu, cum ſpiritus eum ſitum non obſeruent, quem naturaliter poſſident, ſed perperam & præternaturaliter moueantur: hæc tamen reſponſio inſtantiam patitur; cum morbus ſit affectus veræ partis, ſpiritus autem veræ partes non ſint: *Autor noſter* iterum reſpondet, quòd nomen partis paulò latiùs cum *Hippocrate & Galeno* vſurpari debeat, vt ea omnia comprehendat, quæ ad corporis conſtitutionem concurrunt, & quæcumque alicuius partis actionem lædunt, quòd morbi nomine afficienda ſint: ſic iuxta *Autorem noſtrum* color flauus

in oculo viſionem immediatè lædit, & ideo morbus in numero dicitur, ſic ſapor amarus linguæ & ſonitus aurium ſunt morbi in numero excedente, quatenus in iis partibus eſt aliquid præter illa, ex quibus naturaliter conſtituuntur, quod actionibus officit; ita circumactus ſpirituum in cerebro propter dictam rationem *Autori noſtro* morbus in ſitu vocatur: vapores ex prauis humoribus eleuantur non continenter & aſſiduò, ſed per circuitus & interualla, quoties à cauſa aliqua externa ſuſcitantur: illi autem humores, qui vapores vel flatus emittunt, ſunt ſanguis, pituita, bilis, melancholia & ſerum, cùm tam calidus quam frigidus vapor vertiginem excitare poſſit, vti *Galenus lib. 3. de loc. affect. c. IIX. & comment. in ſect. 3. aphor. 23.* docet. Humores illi praui vel in cerebro vel in partibus inferioribus continentur, hinc duplex vertiginis differentia idiopathica & ſympathica emergit: in partibus inferioribus, ventriculo præſertim & liene, humores contenti facilè ad cerebrum vapores tranſmittunt: Cauſæ externæ ſunt, quæcunque humores ſubitò fundere, ac in vapores diſſoluere, vel flatibus illis & ſpiritibus motum inordinatum conciliare poſſunt: inter illos recenſetur ab *Hippocrat. ſect. 3. aphor. 17.* auſtrina aëris conſtitutio, quibus additur ſolis ardor, cibi vaporiferi & flatulenti, allium, ſinapi, raphanus, legumina, ebrietas, ingluuies, exercitia immodica & intempeſtiua, euacuatio ſolita ſuppreſſa, ira, balneum, inedia maximè in illis, qui eam ferre non poſſunt propter bilem in ventriculo contentam, frequens corporis circumactio, diuturnus rotarum, rerum in circulum

culum motarum, & aquarum præcipiti curſu labentium intuitus, è loco altiſſimo in profundum aſpectus, caſus, ictus, & vehemens capitis percuſſio, fractura vel depreſſio cranij compreſſionem cerebri inducens.

Diagnoſis huius affectus generaliter nulla proponenda eſt, quandoquidem ille ſatis ſupérque pateat: attamen ſpecialiter ſigna partem affectam & morbi fontem ac humorem peccantem indicantia, proponenda ſunt: Ideopathicam vertiginem ex cerebri affectione ortam oſtendunt capitis dolor & grauitas, alicuius ſenſus læſio, vt viſus caligo, aurium tinnitus vel grauis auditus, olfactus guſtúſque imminutio, arteriarum, capitis pulſatio & aliarum partium incolumitas. Signa materiam peccantem indicantia hæc ſunt: pituitam exuperantem ſignificant ſenſuum interiorum & exteriorum hebetudo, capitis grauitas, ad motum pigrities, in ſoporem procliuitas, ſputum frequens, vrina alba vel cruda, & reliqua pituitæ redundantis indicia. Bilioſam materiam peccare oſtendunt vigiliæ, iracundia, ſitis, oris amator, pulſus celeritas, vrina tenuis aut flaua, & ſimilia. Atrabilarium humorem ſignificant timor, mœſtitia, cogitationes turbulentæ, vigiliæ importunæ, inſomnia horrenda, &c. Sanguinem redundare demonſtrant venarum tenſio & tumor, faciei rubor & calor, pulſatio temporum, capitis grauitas, ſomni longiores, in ſomnia rerum rubrarum, laſſitudo, pandiculatio vrina rubra & craſſa: vertigo ſympathica ex abſentia ſymptomatum capitis dignoſcitur, & quòd nullum vitium in cerebro apparet, ſed potiùs

quòd aliqua pars inferior noxam patiatur: à ventriculo procedere vertiginem oſtendunt nauſea, cibi faſtidium, dolor ventriculi aut inflatio jecoris, lienis aut vteri conſenſu vertiginem fieri oſtendunt eadem ſigna, quæ pro epilepſia ſympathica ab iiſdem partibus oriunda ſuperiori capite propoſuimus. Prognoſis huius morbi in hunc modum inſtituenda eſt. Vertigo recens, rarò inuadens, & quæ non niſi à cauſis externis excitatur, leuior ac curatu facilior eſt: è contrà frequentior & antiqua in epilepſiam aut apoplexiam plerúmque degenerat: vertigo in ſenibus magis periculoſa cenſetur, quia ipſorum cerebrum frigidius ad debilius eſt, & pituita abundat: vertigo, in qua non ſolùm res externæ ſed etiam caput totumque corpus circumagi videntur, & quæ cum viſus læſione accidit, periculoſior eſt, maiorem enim cauſæ vehementiam ſignificat: ſi æger in terram concidat, imminentem epilepſiam aut apoplexiam prænunciat. Vertigo à calidis humoribus oriunda citius ſoluitur quàm quæ à frigidis, quia humores calidi faciliùs diſcutiuntur.

Curatio vertiginis cum epilepſiæ curatione multùm conuenit, cum ab iiſdem propemodùm cauſis vtérque affectus oriatur, vnde fit, vt ſæpè in epilepſiam degeneret: attamen cum vertigo ſit leuior affectus, non tanto remediorum apparatu ſicut epilepſia indiget; ſed ea ſufficiens, quæ nos hic ſummatim indicabimus, & ſimul, quid hic morbus peculiariter deſiderat, breuiter exponemus. Primo itaque, ſi ſanguis in toto corpore vel in capite abundet, phlebotomia celebranda & ſanguis

guis per interualla educendus eſt, præmiſſo clyſtere, quod *ſupra c.2.* propoſuimus: dein purgationes ſolemnes per media *in antecedentibus capitibus* notata inſtituatur. Poſtea particulares cerebri euacuationes per errhina, ſternutatoria, maſticatoria, apophlegmatiſmos, *locis citatis* deſcriptæ fiant: cucurbitutæ ſcapulis affigantur: Veſicatoria & cauteria ad deriuationem applicentur, tandemque interna & externa ordinentur, quæ vapores diſcutiunt, & cerebrum corroborant, quorum elegantes formulas *in cedentibus capitibus* annotauimus: quia ventriculi imbecillitas ad huius mali generationem ſæpiſſimè concurrit, in menſa ſecunda & aliàs egregiè inſeruiūt, quæ *in exerc. noſtr. de apoplex.* §. 13. notauimus: denique ea remedia vſurpentur, quæ ſpecifica proprietate vertiginem curare exiſtimâtur, qualia inprimis ſunt, quæ pro epilepſię curatione indigitauimus.

CAPVT X.

De Tremore.

TRemor, Græcis τρόμ☉ dictus, eſt motus voluntarius deprauatus, quo membrum viciſſim eleuatur & deprimitur, ex mutua facultatis & grauitatis membri contentione: dicitur motus deprauatus *à Galen. lib. 2. de ſymptom. cauſ. c. 1. & lib. de ſymptomat. differènt. c. 3.* ſibi tamen contradicere videtur, dum *lib. de trem. palpit. &c. cap.* 4. tremorem inter motus deprauatos recenſet: ſed ex mente *Autoris noſtri* conciliari poteſt, ſi dicatur, motum duplici

pliciter conſiderari vel ſecundùm ſeipſum vel ratione facultatis; ſi conſideretur ſecundum ſeipſum; eſt deprauatus; quia non eo modo fit, quo deberet, ſi ratione facultatis, eſt motus diminutus, quia fit à facultate debili, quæ ſatis fortes motus edere non poteſt: facultas motrix membrum attollere, & in eo ſitu continere nititur, grauitas autem membri illud deorſum deprimit, vnde motus ille tremulus contingit.

Cauſa proxima tremoris eſt imbecillitas facultatis motricis, ſeu potius inſtrumenti proximi illius, nempe ſpiritus animalis, qui non ſufficit ad motum voluntarium perfectè exercendum: debiliores fiunt ſpiritus, vel ob vitium proprium ipſorum, vel ob neruorum defectum, qui ſunt canales, per quos illi deferuntur, & actiones ſuas exercent. In ſpiritibus vitium reſidet, vel quando ſufficienti copia non generantur, vel geniti diſſipantur. Non generantur in ſufficienti copia, vel ob frigidam cerebri intemperiem, vt ſenibus plerumque contingit, vel ob inopiam vitalium ſpirituum, qui ſunt materia animalium: diſſipantur ſpiritus à multis cauſis externis, vt immodicis euacuationibus, venere immoderata & intempeſtiua, dolore magno & diuturno, ieiunio, mœrore, & morbis chronicis. neruorum defectu ſpiritus vitiantur, ac debiliores fiunt, cùm illi vel frigida intemperie laborant, vel maligna qualitate inficiuntur, vel abſtruuntur, vel comprimuntur: frigida intemperie afficiuntur ab aëre valde frigido, vſu alimentorum frigidorum, largo frigidæ potu, natatione frequenti in aqua frigida, &c. Maligna qualitate afficiuntur ab vſu

opij,

opij, hyoſciami, papaueris,vel ab hydrargiri vapore,vt aurifabris contingit, ſic in febribus malignis tremores ab eadem cauſa ſæpè accidunt; qui tamen ad motus conuulſiuos potiùs referendi ſunt, & ab irritatione partium neruoſarum frequenter oriuntur: humore pituitoſo neruos leuiter irrigante tremor oritur, qui à crapula aliiſque cauſis foueri ſolet: denique à neruorum compreſſione interdum tremor fieri poteſt, quando humores excrementitij in toto corporis habitu redundantes neruos comprimunt, & liberos ſpirituum animalium influxus impediunt. *Hercules Saxonia lib. 1. pract. med. c.14.* præter cauſas propoſitas alium tremorem à flatibus excitatum agnoſcit, & *Cardanus comment. in ſect. 6. aphor. 26.* ſeu vt ipſe numerat 25. alium proponit, qui à vellicatione partium neruoſarum oriatur: ſed in eo iuxta *Autorem noſtrum* decipiuntur, quòd motus ab illis cauſis oriundi ad palpitationem aut motum conuulſiuum referri debeant. Diagnoſis, huius affectus nulla alia neceſſaria eſt, ſiquidem tremor per ſe ipſum pateat: cauſæ vero illum producentes ex propriis ſignis dignoſcendæ,tum cauſæ externæ,quæ præceſſerunt,diligẽter inueſtigandæ ſunt. Quod ad prognoſim attinet, tremor per ſe periculoſus non eſt, ſed inclinãte ætate adueniens ad mortem vſque ægrum comitatur: per accidens tamen lethalis eſſe poteſt, quatenus apoplexiam aut paralyſin ſæpe præcedit: tremor gẽtilitius immedicabilis eſt, inde cum *Medicus quidam* hunc ex matutino vini generoſi potu tollere contendiſſet, ſibi ipſi accerſiuit

Lethai fluminis vndam,
Securos latices & longa obliuia rerum.

Cu

Curatio tremoris cum paralyſis' curatione coincidit,vt eam hic repetere opus non ſit, vide *exercitationem noſtram de paralyſi*, quam nuper in lucem edidimus.

CAPVT XI.

De Phrenitide.

PHrenitis eſt inflammatio cerebri & membranarum eius cum delirio perpetuo & febre acuta continua. Inflammationis nomine verum tumorem à ſanguine in partis ſubſtantiam effuſo ortum intelligimus,qui calidus atque bilioſus eſt, & in cerebri membranis ipſaque ſubſtantia, vel eryſipelas exquiſitum vel phlegmonodes vel phlegmonen eryſipelatoſen producit : per delirium autem ratiocinationis errorem *Autor noſter* præcipuè intelligit, nam ſolius imaginationis læſionem ſine vitio ratiocinatricis in phrenitide non contingere autumat, licet nonnulli contrarium ſentiant, *Galeni* autoritate perſuaſi,dum *lib. de ſymptom. different.c.*3.*Theophili* Medici exemplum præponit,qui αὐλητὰς δέ τινας κατειληφέναι τὴν γωνίαν τοῦ οἰκήματος, ἐν ᾧ κατέκειτο καὶ διὰ παντὸς αὐλεῖν τε ἅμα καὶ κτυπεῖν ἐνόμιζε, καὶ τούτους βλέπειν ὥσπερ, τοὺς μὲν ἑστῶτας αὐτόθι τοὺς δὲ καθημένους, οὕτω διηνεκῶς αὐλοῦντας, ὡς μήτε νύκτωρ ἀνιέναι τι μήτε δι' ὅλης ἡμέρας ἡσυχάζειν μὴ τὸ σμικρότατον: ἐκεκράγει δὲ διὰ παντὸς, ἐκβληθῆναι κελεύων αὐτοὺς τῆς οἰκείας' *tibicines quoſdam inuaſiſſe angulum domicilij, in quo decubuit,& aſſiduè tibia canere ſimulque obſtrepere putabat,atque illos ſe aſpicere,nunc illic ſtantes,nunc ſeden*

dentes,vſque adeo aſſiduè tibiâ canẽtes,vt neque nocte deſiſterent,neq; tota die quieſcerent vel ad minimum: clamauit autem ſuperadhortãs, vt illi domo expellantur: Ad hoc allatum exemplum *Autor noſter* reſpondet,ex mente *Galeni Theophilum* phrenitide non laboraſſe,quod etiam nobis veriſimile videtur,nam in textu originali hæc verba ſtatim præcedentibus expreſsè ſubiunguntur, καὶ τοῦτ' ἦν αὐτῷ τὸ τῆς παραφροσύνης εἶδος. *& hac illi* Theophilo *erat delirij ratio* : paraphroſyne igitur *Theophilum* comprehendit,quà affecti ſæpè tantùm circa vnum obiectum iuxta *Autorem noſtrum* aberrant,& de aliis benè ratiocinantur;hinc de *Theophilo Galenus* etiam refert , quòd ipſi τὰ μὲν ἄλλα σωφρόνως ὑπῆρχε, διαλέγεσθαί τε καὶ γνωρίζειν ἀκριβῶς τοὺς παρόντας *quoad reliqua quidem prudentia differendi & præſentes accuratè cognoſcendi ſupererat:* de paraphroſyne autem conſule *Sennert. lib.1. pract.med.part.2.cap.6.* Vlterius *Autor noſter* reſpondet, in *Theophilo* non ſolùm imaginationem ſed etiam ratiocinationem læſam fuiſſe , quia verè tibicines adeſſe putabat,eoſque eiici cupiebat , nam quando ſola imaginatio afficitur , ratio illæſa illum imaginationis errorem agnoſcit,vt in vertigine contingit , in qua ægris omnia circumuolui videntur, econtra ratio imaginationis vitium deprehendit: neque tamen *Autor noſter Euſtachij Rudij* ſententiam approbat,qui ſtatuit, quòd nunquam imaginatio lædatur ratione illæsâ, quoniam ratio circa phantaſmata ab imaginatione recepta verſetur; hinc ſi rationi abſurda phantaſmata offerantur, neceſſe putat,vt intellectus illa ſpeculando prauè etiã iam diſcurrat: Inde colligit *idem Rudius* in verti-

Curatio tremoris cum paralyſis' curatione coincidit, vt eam hic repetere opus non ſit, vide *exercitationem noſtram de paralyſi*, quam nuper in lucem edidimus.

CAPVT XI.

De Phrenitide.

PHrenitis eſt inflammatio cerebri & membranarum eius cum delirio perpetuo & febre acuta continua. Inflammationis nomine verum tumorem à ſanguine in partis ſubſtantiam effuſo ortum intelligimus, qui calidus atque bilioſus eſt, & in cerebri membranis ipſaque ſubſtantia, vel eryſipelas exquiſitum vel phlegmonodes vel phlegmonen eryſipelatoſen producit: per delirium autem ratiocinationis errorem *Autor noſter* præcipuè intelligit, nam ſolius imaginationis læſionem ſine vitio ratiocinatricis in phrenitide non contingere autumat, licet nonnulli contrarium ſentiant, *Galeni* autoritate perſuaſi, dum *lib. de ſymptom. different. c. 3. Theophili* Medici exemplum præponit, qui αὐλητὰς δὲ τινας κατειληφέναι τὴν γωνίαν τοῦ οἰκήματος, ἐν ᾧ κατέκειτο καὶ διὰ παντὸς αὐλεῖν τε ἅμα καὶ κτυπεῖν ἐνόμιζε, καὶ τούτους βλέπειν ὥσπερ, τοὺς μὲν ἑστῶτας αὐτόθι τοὺς δὲ κατημένους, οὕτω διηνεκῶς αὐλοῦντας, ὡς μή τε νύκτωρ ἀνιέναι τι μή τε δι' ὅλης ἡμέρας ἡσυχάζειν μὴ τὸ σμικρότατον: ἐκεκράγει δὲ διὰ παντὸς, ἐκβληθῆναι κελεύων αὐτοὺς τῆς οἰκείας· *tibicines quoſdam inuaſiſſe angulum domicilij, in quo decubuit, & aſſiduè tibia canere ſimulque obſtrepere putabat, atque illos ſe aſpicere, nunc illic ſtantes, nunc ſeden*

dentes,vſque adeo aſſiduè tibiâ canētes,vt neque nocte deſiſterent,neq, tota die quieſcerent vel ad minimum: clamauit autem ſuperadhortās, vt illi domo expellantur: Ad hoc allatum exemplum *Autor noſter* reſpondet,ex mente *Galeni Theophilum* phrenitide non laboraſſe,quod etiam nobis veriſimile videtur,nam in textu originali hæc verba ſtatim præcedentibus expreſsè ſubiunguntur, καὶ τοῦτ' ἦν αὐτῷ τὸ τῆς παραφροσύνης εἶδος. *& hac illi* Theophilo *erat delirij ratio* : paraphroſyne igitur *Theophilum* comprehendit,quà affecti ſæpè tantùm circa vnum obiectum iuxta *Autorem noſtrum* aberrant,& de aliis benè ratiocinantur;hinc de *Theophilo Galenus* etiam refert , quòd ipſi τὰ μὲν ἄλλα σωφρόνως ὑπῆρχε, διαλέγεσθαί τε καὶ γνωρίζειν ἀκριβῶς τοὺς παρόντας *quoad reliqua quidem prudentia differendi & præſentes accuratè cognoſcendi ſupererat:* de paraphroſyne autem conſule *Sennert. lib.1. pract.med.part.2.cap.6.* Vlterius *Autor noſter* reſpondet, in *Theophilo* non ſolùm imaginationem ſed etiam ratiocinationem læſam fuiſſe , quia verè tibicines adeſſe putabat,eoſque eiici cupiebat , nam quandò ſola imaginatio afficitur , ratio illæſa illum imaginationis errorem agnoſcit,vt in vertigine contingit , in qua ægris omnia circumuolui videntur, econtra ratio imaginationis vitium deprehendit: neque tamen *Autor noſter Euſtachij Rudij* ſententiam approbat,qui ſtatuit, quòd nunquam imaginatio lædatur rationatione illæsâ, quoniam ratio circa phantaſmata ab imaginatione recepta verſetur ; hinc ſi rationi abſurda phantaſmata offerantur, neceſſe putat,vt intellectus illa ſpeculando prauè etiā iam diſcurrat : Inde colligit *idem Rudius* in vertigine

gine non eſſe imaginationem deprauatam, ſed meram fieri & ſimplicem viſionis hallucinationem: ad hæc obiecta *Autor noſter* reſpondet, intellectum ab vno ad aliud ratiocinari, & circa ſpecies memoriâ retentas etiam occupari, hinc licet phantaſia aliquid abſurdum menti offerat, attamen ſi ſpecies antea perceptæ in memoria adhuc retineantur, & intellectui offerantur, ille errorem phantaſiæ tunc cognoſcere & corrigere poteſt, ſi nempe iudicet, abſurda illa phantaſmata, quæ illi ab imaginatione deprauata offeruntur, neque loco, neque tempori, neque aliis circumſtantiis conuenire, quas adhuc in memoria habet, & vera eſſe recordatur: ſic in vertigine ratio benè ſe habens rerum omnium externarum quæ viſui offeruntur, vt parietum, laquearium, pauimentorum, aliorumque circumuolutionem impoſſibilem eſſe, & imaginationi falsò repræſentari iudicat. Ita Philoſophus ille apud *Autorem noſtrum*, qui à cane rabido demorſus erat, dum illi imaginatio lædi incipiebat, balneum ingreſſurus falſam cani imaginem illic percipiebat, quem imaginationis errorem ratio adhuc integra redarguens illi hæc verba ſuppeditauit, quid cani cum balneo? & ſtatim in balneum ſe coniecit, cuius ope à morbi imminentis nempe hydrophobiæ periculo liberatus eſt. Phrenitidis ſpecies præcipuæ duæ ſunt, alia propria, quæ ſuperiori definitione explicatur, alia impropria, quæ paraphrenitis appellatur: propria phrenitis alia eſt in diſpoſitione, quæ frequentiſſima contingit, alia in habitu, quæ hectica nominatur, in qua bilioſi humores altiùs in cerebro figuntur, plures illius partes

tes

tes occupant, & tincturæ inſtar adhærent: paraphrenitis autem fit, dum calida intemperies cerebro communicatur, vel à toto corpore, vt in febribus ardentibus euenit, vel ex cuiuſdam partis inflammatione, e. g. ventriculi, hepatis, pulmonis & potiſſimùm diaphragmatis, quod affectum inflammatione delirium propriæ phrenitidis æmulum, ſcilicet perpetuum, excitare ſolet: hoc ex magno conſenſu inter cerebrum & diaphragma propter neruos duos inſignes oritur, qui ad illum feruntur, & ex motu perpetuo diaphragmatis, cuius ratione perpetuos vapores ad cerebrum tranſmittit, vide Celeberr. *Riolanum lib. 3. anthropogr. cap. 4.*

Cauſa phrenitidis eſt ſanguis bilioſus, cui etiam bilis excrementitia vtplurimùm admiſcetur, & pro variis illius gradibus, maiori ſcil. vel minori feruore aut aduſtione, grauiorem aut leuiorem phrenitidem producit; ſic bilis pallida omnium mitiſſimam, aduſta ferinam phrenitidem excitat: vt autem fiat cerebri & membranarum inflammatio, oportet ſanguinem illum bilioſum in partium dictarum ſubſtantiam effundi, quod duobus præcipuè modis contingit vel cerebro per eſſentiam vel per conſenſum affecto. Per eſſentiam afficitur cerebrum, quando immediatè à cauſa aliqua externa incaleſcit, radiis ſolaribus, meri potu, ira, & ſimilibus, vt ſanguis in cerebri venis commotus extra vaſa feratur, quod etiam à vulnere, percuſſione & contuſione capitis fieri poteſt: vnde hæc phrenitis quoque primaria dicitur: ſecundaria phrenitis illa eſt, quæ febribus ardentibus vel malignis ſuccedit, quando humoris morbifici portio ad cerebrum

rebrum detruditur, contingit enim plerumque in huiuſmodi febribus, vt natura à cauſæ morbificæ malitia perturbata illius portionem ad viſcus aliquod deponat, vnde videmus,pleuritides,peripneumonias,anginas,hepatitides,aliarumque partium inflammationes illis febribus ſuperuenire; ita ſi humores illi ad cerebrum tranſmittantur,veram phrenitidem efficiunt, & tunc febris delirium præcedit, in primaria autem phrenitide delirium ab initio cum febre apparet.

Signa phrenitidem imminentem indicantia ſunt, vigiliæ, ſomni turbulenti, ſermo immodicus, vrina primùm craſſa, mox tenuis ac pellucida & dolor capitis; hæc enim materiam calidam ad caput ferri indicant: oculi immutantur, quia propter cerebri læſionem ſpiritu animali deſtituuntur: dolor circa occiput perſentitur, quia venæ iugulares ad eam partem feruntur, & ſanguinem biliofum affundunt: Præſentem phrenitidem ſignificant, delirium aſſiduum, quia cerebrum indeſinenter afficitur, vigiliæ turbulentæ ab intemperie calida cerebri productæ, reſpiratio magna & rara, quia phrenitici reſpirare obliuiſcuntur; cum enim per obliuionem aut maximam mentis occupationem ab infinitis phantaſmatibus, quæ in imaginatione delira repræſentantur, & ſpiritus animales auocant, rara fiat reſpiratio, magnitudine raritas compenſatur: ſitis nulla aut ſaltem perexigua apparet, quamuis intenſæ illius cauſæ adſint, quia mens ægrotat,pulſus paruus eſt, quoniam cor compatitur, durus ob membranam inflammatam, celer & frequens propter magnam reſpirationis neceſſita

ceſſitatem, ad nonnihil vndoſus, quia cerebrum aſficitur: febris continua adeſt, quia inflammatio cerebri neceſſariò febrem accerſit: lingua denique aſpera & admodum nigra vel citrina eſt, quoniam vapores bilioſi humiditatem illius abſumunt. Hectica phrenitis inde cognoſcitur, quòd in illa delirium mite & obſcurum ſit, ægri non loquantur; quieti maneant, & dormire videantur. Phrenitis vera à paraphrenitide diſtinguitur, quòd affectus, qui hanc producit, multò citiùs manifeſtetur quàm delirium, & eo ingraueſcente vel miteſcente delirium intendatur vel minuatur, imò per vices intermittat: at paraphrenitis ex ſepti tranſuerſi inflammatione, in qua delirium continuum eſt; aliis ſignis diſcriminatur: nimirum in vera phrenitide reſpiratio eſt magna & rara; in iſta autem parua & frequens; parua quidem, quòd diaphragma inflammatione obſeſſum non facilè extendi & dilatari poſſit; frequens verò propter neceſſitatem, vt paruitas frequentiâ compenſetur: deinde in vera phrenitide vox eſt grauis, & in ea ægrotantes admodum vociferantur; in hac autem vox acuta, quia reſpirationis organum impeditum eſt: denique in ſepti tranſuerſi inflammatione hypochondria ſurſum reuulſa ſunt, quoniam diaphragma quoad inferiorem partem membranâ à peritonæo mutuatâ tegitur, atque ita dum inflammatur; peritonæum & cum illo hypochondria retrahit: cauſarum ſigna ex prædominio humoris in toto corpore tum etiam ex modo delirij mutuari poſſunt; pallida bilis phrenitidem mitiorem, flaua ferociorem, aduſta ferociſſimam; ſanguis bilioſus om-

nium mitiſſimam efficit. Prognoſis huius affectus periculoſa, eſt pauci enim euadunt, quia pars nobilis grauiſſimo affectu affligitur. Salutis ſpem præbent delirium cum riſu, omniúmque ſymptomatum vehementia minor & virium conſtantia, tum ſi poſt ſummum morbi vigorem inſignis aliqua euacuatio per ſudores, hæmorrhagiam aut alui fluxum contingat. Lethalem affectum oſtendunt lingua & manus tremulæ, ſtridor dentium, conuulſio, rigor, in principio morbi apparens, & quando ægri floccos ſarcináſque colligunt, ac feſtucas carpunt.

In huius affectus curatione ſanguis ad caput affluens euacuandus, reuellendus, deriuandus, qui jam influxit, diſcutiendus, partis intemperies corrigenda, robur illius & totius corporis conſeruandum eſt; quæ ſequentibus remediis præſtantur. Ante omnia mox ab initio & quacumque diei hora, quia morbus eſt acutiſſimus, præmiſſo clyſtere, iuxta *Autorem noſtrum* venæ cephalicæ ſectio inſtituatur, vel ſi magna ſanguinis copia adſit, primùm baſilica aut mediana & poſt aliquot horas cephalica aperiatur. Nos ſi vna vel altera vena Chirurgi oculos ſubterfugiat (ne neruum vel arteriam ſectione lædat) magis apparentem aperire demandamus: nam vt præcellentiſſimus Anatomicus *Ioannes Riolanus lib.5. anthropogr. cap.47.* monet, cum venæ omnes brachij, quæ hodie ſecantur, ab eodem trunco nempe axillari prodeant, fruſtra in electione venarum laboratur: ſi ex menſium, lochiorum vel hæmorrhoïdum ſuppreſſione affectus oriatur, ſaphena pedis dein cephalia aperiatur, vt quod in capite receptum eſt, vel proximè in id mouetur, educi valeat.

valeat. Vnica phlebotomia ad huius affectus curationem vt plurimum non ſufficit, ſed bis, ter & amplius in principio vel augmentato morbi, pro humoris copia & conditione, ægrotantis ætate, temperie & viribus repetenda eſt. Si febre continuâ laboranti phrenitis ſuperuenerit (vt aliquoties in illius augmento vel ſtatu contingit, quando natura materiæ morbificæ malignitate perturbata bilioſos humores ad caput tranſmittit) licet antea febris ratione ſanguis detractus fuerit, attamen venæſectio repetenda eſt: ſed quia vires à febre & prægreſſis euacuationibus debilitatæ ſunt, parciùs ſanguis detrahatur; ideo tunc vena brachij vel ſi vires id non ferant, ſaphena in aliquo pede ſecetur; cuius apertio in talibus morbis ex mente *Authoris noſtri* plurimam vtilitatem affert. In omni venæſectione, quæ præſenti delirio inſtituitur, hoc obſeruandum eſt, vt foramen non amplum fiat, ſic enim vulnus citò coaleſcit, quod etiam accuratè obligetur, ne ab ægro diſſoluatur: Poſt venæſectionem ſomnus procuretur, nam ſi à ſanguine euacuato vigiliæ procedant, de nouo accenſis humoribus æger ferocior euadit, hypnoticis, quorum ſeriem infra proponemus. Veſicatorium etiam poſteriori ceruicis parti applicari poteſt: clyſteres ſingulis diebus iniiciantur ex refrigerantibus & humectantibus parati; his enim humorum acrimonia temperatur, eorûmque motus ad inferiora promouetur, quorum formula talis eſſe poteſt *e. g. pro viro* 30. *annorum: ℞. Rad. alth ℥j. fol malvæ. violar lact. parietar. ã. Mj. fl. nymph. & aneth. ã Pj. coq. in col. ℥x. diſſol. mell. violar. ℥j. ß. elect. diacathol. ℥j. F. Clyſter:*

 huiuſ

huiuſmodi clyſteribus olea non admiſceantur, quia è judicio *Autoris noſtri* facilè inflammantur. Purgatio in phrenitide primaria, quæ ſc. alteri morbo non ſuccedit, nullo modo conducit; in illa autem, quæ febri continuæ ſuperuenit, aliquando confert; ſi nimirum magna cacochymia & phrenitis incipiens adſit, tunc enim materia errabunda eſt, & pro turgente habetur, hinc ex conſilio *Hipp. ſect. 1. aphor. 22. ἐν ἀρχῇσιν ineunte morbo* ſtatim euacuanda eſt, *e.g. pre viro eiuſdẽ ætatis ♃. Fol. ſen. elect. rhabarb. opt. ã.* ʒj. ß. *ſem. aniſi* ʒß. *aq. cichor.* ℥v. *infũd. per noct. mane bull. par. in col.* ℥iij. *ſol. ſyr. roſ. ſol. ſimpl.* ℥j. *fiat potio purgans mane cum regimine diætæ ſumenda: vel ♃. Syr. fl. perſic.* ℥ij. ß. *aq. acetos.* ℥j ß *fiat potio eodem modo ſumenda.* Statim poſt venæſectionẽ ad refrigerantia & repellentia veniendum eſt, quæ humorum aſcenſum impediunt, atq; caput refrigerant; in hunc finem ab *Antiquis* oxyrrhodina vſurpabantur, quæ ex oleo roſar. & aceto cõpoſuerunt: *Recentiores* majoris elegantiæ & commoditatis ergò ſolas aquas deſtillatas cum aceto ſine oleis præſcribũt; quæ plùs vel minùs ordinantur, provt major vel minor inflammatio vrget, cui diligenter attendendum eſt; *e. g. pro viro eodem ♃. Aq. roſar. acetos. plantag. ã.* ℥ij. *lactuc. ſemperu. acet. roſat. ã* ℥j. *fiat frontale, quod tepidè admoueatur:* De huiuſmodi refrigerantibus hoc notetur, vt cautè & cum judicio vſurpentur, quia cerebrum ſuapte naturâ frigidum diuturno illorum vſu in contrariũ affectum ſcil. comatoſum facilè induci poteſt, præſertim ſi ægrotus ſenex aut admodũ debilis fuerit: ac licet nunc longiori nunc breuiori tempore eorum vſus continuandus ſit, tamen

ad tres dies circiter definitur. Si inflammatio ad cutẽ & partes exteriores vergere videatur, quod nonnunquam accidit,tunc à repellentibus abſtinendum eſt, ne materia ad cerebrum repulſa grauius malum efficiat. Interim dum hæc fiunt, quæ totũ corpus & præcipuas partes refrigerãt, tum interna tum externa ad vſum reuocãda sũt,nos formulas ſequẽtes felici cum ſucceſſu præſcribimus. *℞. Aq.lact.portulacæ.roſar.ã.℥iij.ſyr.berber.& citri ã.℥j ß. ſpir. vitrioli rectif gt.x.f.iulepus pro* 3*.doſib.vel℞. Aq.cichor.acetos.ã ℥iij. ſyr.granat.iulep roſ ã.℥j ß fiat iulepus pro duabus doſibus : vel ℞. Amygd dulc.rec. excor.ʒiij. ſem.4 frig.maj.ã ʒj.ß. papau.alb.ʒj.aq. nymph. lact. viol.ã.℥iij.ſacch.roſ.tab.℥ß.fiat emulſio pro* 3*.doſibus: vel ℞. Conſ.roſ rubr.viol.acetos.citri.ã.℥j.rob.ribiũ, ℥ß ſpir.vitr rectif.gt.x.ſyr.berber.q.ſ.F.mix.ad form. opiatæ,de qua ſæpius æger magnitudinẽ nuciſtæ ſumat:* Externè epithemata refrigerãtia cordi & hepati admoueãtur : *℞. Aq.roſar.opt.℥iv.violar.acetos ã.℥j. aceti roſ.℥j.ß ſpec.diamargar.frig.ʒj.F.epithema cordis:℞. Aq.roſ.opt.℥iv.endiu.cich.ã.℥j.aceti roſ.℥j.ß. ſpec.diatrionſant ʒj.F.epithema hepat* etiã hepatis regio ſeq.limento tepidè inungatur : *℞.Vnguenti roſ. Meſ.℥j.cerat.ſantal.℥ß.ol viol.q.ſ.F.linimẽtum.* Teſtes linteis oxycrato madidis inuoluantur, vel quod erit præſtantius, aq.roſar. cum tantillo aceti vſurpetur. Quia vigiliæ in hoc affectu maximè vrgent ab ipſo morbi initio ſomnus conciliandus eſt,hinc *ſyrupus de papau ſimpl.& laud. opiat.* commodè præſcribitur, in quorum tamen exhibitione Medicus cautè procedat, ne famæ jacturam patiatur, quando enim illa exhibentur, ſi vires valde debiles ſunt,

tunc ab illis reliqui ſpiritus cum vitæ diſpendio extinguuntur. Pro potu ordinario æger ſeq. decoctum bibat: *℞. C.C. vſti ℥ß. coq in aq. font. q. ſ. ad menſur vnam. in col. ſol. ſacch roſat. tab. ℥j. nitri præparat. ʒij. Miſce.* Pro ditioribus tinctura roſarum præſcribitur; vrina in hoc morbo ſæpe ſupprimitur, quia eam reddere negligunt, vnde partes illæ diſtenduntur, tandémque inflammationem concipiunt, quæ vel ſola interitum afferre poteſt; hinc illi ad vrinam reddendam ſæpius incitentur, aut illa remedia vſurpentur, quæ infra *li.* 14. *cap* 8. proponimus.

CAPVT XII.

De Cerebri abſceſſu & ſphacelo.

SPhacelus cerebri eſt ſubſtantiæ illius ſuppuratio vel corruptio, quæ gangræna etiam appellatur. Cauſa illius immediata eſt cerebri ſubſtantiæ inflammatio, quæ tamen à phrenitide diſtinguitur, quòd in ea membranæ potiſſimùm inflammentur, & inflammatio parti tantùm exteriori & contiguæ communicetur, in hac autem parte cerebri interiores ac totam propemodum illius ſubſtantiam occupet; magna autem inflammatio in parte molliſſima & humidiſſ. ſphacelum breui inducit. Huius inflammationis cauſa eſt ſanguis maximè calefactus vel admodum bilioſus cerebri partes internas affatim irruens. Cauſæ procatarcticæ ſunt illæ omnes, quæ ſanguinem calidum copioſum in toto corpore cumulant, & ad caput transferunt,

ferunt, vt exercitatio vehemens, nimia capitis ad ſolem vel ignem calefactio, ira, contuſiones, vulnera, &c. Signa abceſſus & ſphaceli, qui ſine vulnere aut contuſione producitur, ita ſe habent: inuadente affectu ingens capitis dolor ægrotantem adoritur, qui per occiput collo & vniuerſæ ſpinæ Communicatur, cui mox ſenſuum interiorum & externorum abolitio ſuccedit: variis & inordinatis motibus ægri ſe exagitant, vt vix in vno loco contineri poſſint: manibus interdum partes ſuperiores inuadunt eáſque diuellere conantur, faciem vnguibus dilacerant, crines auellunt: at præcedente morbo corpus langueſcit, & ad motum impotens efficitur: febris acutiſſima hunc affectum perpetuò comitatur, quæ ab ingente cerebri inflammatione procedit: denique ægroti nec cibum nec potum admittunt, & vix aliquid in ſtomachum illorum quocumque artificio ingeri poteſt, vnde cita virium exolutio aduenit. Abſceſſus ex vulnere aut contuſione genitus ſignis ſequentibus dignoſcitur: poſt acceptam contuſionem capitis torpor quidam & mœſtitia apparet, dum animales ſpiritus à materia labefactari incipiunt, morbo inualèſcente febris exoritur, cum illa putreſcere incipit, his dolor capitis & ſomnolentia ſuccedit, mox aucta putredine omnia ſymptomata ingraueſcunt, febris intenſior euadit, æger è profundiori ſomno emergens ſubitò vociferatur, è lecto ſurgit, ſtatim iterum decumbit, & frequenter manum ad caput adducit; plerique ante obitum purulentam & viroſam materiam ore aut naribus reiiciunt. Quod prognoſin ſpectat affectus iſte vtplurimum

lethalis eſt, imò intra triduum Ægrotantes intere-mit, vt docet *Hippocr. ſect. 7. aphor. 50.* ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται. *quibus cerebrū ſphacelatum eſt, in tribus diebus pereunt. ſi verò hos euaſerint, ſani fiunt*: Noſter *Galen. in comment.* completam cerebri corruptionem aut perfectum ſphacelum non intelligit, quoniam hic ſanationem non admittit, ſed illum, qui διὰ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς *propter magnitudinem inflammationis* imminet. In iis, qui conualeſcunt, quod rariſſimè contingit, nulla præteritorum memoria eſt; ægri enim nec morbi nec alterius rei ad illum pertinentis recordantur. Ad curationem huius affectus magna feſtinatione opus eſt, niſi enim in principio illius remedia ſtatim adhibeantur, nullus curationi locus ſuperat: igitur in prima morbi inuaſione ſtatim ſanguis detrahendus eſt magnâ copiâ, iteratis vicibus eadem die, quantum vires ferre poſſunt; in hoc enim vnico remedio tota curationis ſpes reſidet, cum enim magna ſanguinis copia cerebri ſubſtantiam occupet, ab ea ſufficienter reuelli ac deriuari nequit, niſi totus fere ſanguis in venis contentus educatur, vnde in hoc caſu vulgaris illa *Celſi* ſententia locum habet: *multa in præcipiti periculo rectè fiunt, quæ aliàs eſſent omittenda*: poſt venæſectionem clyſteres acriores iniiciendi ſunt, vt homores ſuperiora petentes ad inferiora reuellantur, qui ſingulis diebus iterentur, vide *ſuprà cap. 2.* veſicatoria etiam ceruici admoueantur, vide *ſuprà ca. 1.* tandem ſi morbus ad declinationem vergat, leniter reſoluentia capiti admouenda ſunt, inter quæ juxta *Autorem noſtrum* pul-

mones

mones veruecini ex animali recenter mactato calentes principem locum obtinent.

CAPVT XIII.

De Mania.

MAnia eſt delirium ſine febre cum furore & audacia:à phrenitide diſtinguitur, quia in ea febris acuta viget à cerebri & membranarũ eius inflammatione oriunda:hæc febre caret, ſaltẽ ratione propriæ eſſentiæ,nihil enim impedit, quin febris cũ mania complicari poſſit,quam tamen mania quà talis non producit:à melãcholia diſtinguitur per ſymptomata pathognomica, ſiquidem mania eſt cum furore & audacia,melancholia verò cũ timore & triſtitia: Cauſa maniæ proxima eſt calida & ſicca intemperies cerebri ab humore atrabilario oriunda, iuxta communem ſententiam, quæ tamen grauiſſimis difficultatibus vrgetur:ſi enim tanta eſſet intemperies in cerebro, vt mentem de ſua ſede deiicere valeret,ſine dubio febrem pareret, cum calor etiam remiſſior delirium efficere non valens febrem producat,qualis hominibus ad ſolem calefactis accidit. Ad hoc dubium nonnulli reſpondent, quòd calor febrem excitans fuliginoſus ſit, vt fuligines ad cor delatæ febrẽ efficere poſſint,&quod calor fuliginoſus in humida materia conſiſtere debeat,ſicut in febribus putridis apparet;nũc autem in mania humores aduſti & quaſi cineribus ſepulti ſunt,ita vt ab iis nullæ fuligines eleuentur: vno verbo dicunt, calor

præter

præternaturalis in mania eſt velut in pruna,in febribribus autem vt in flamma: hæc tamen reſponſio ſequente forti inſtantia premitur,quòd in febre hectica maior ſit humiditatum conſumptio quàm in mania, & nihilominus illo febris vſque ad integram omnium humiditatum,imo ad ipſius humidi primogeniti conſumptionem ægrique interitum perſeuerat:Hinc *Platerus tom.1.prax.med.c.3 p.m.*101.102. ſingularem opinionem fouet,quam,cum illa *Autori noſtro* arrideat, propriis *Plateri* verbis ſubnectenus. Humor *procreans* maniam ſanguis *eſt* melancholicus *dictus, qualem ſi fæculentus,craſſus,vel ipſa bilis atra ſit eſſe putant. Nos vero hanc* materiam malignitate *aliqua minimè carere ſuperius* (p.m.93.94.) *iam diximus eamque* venenatam,*cùm aliter rectò explicari non poſſit,ſicut* Galenus *ex corrupto ſemine & ſanguine venenatam materiam generari* lib.6. de loc. affect. *oſtendit, iure dicere quoque poſſumus: quod enormia illius accidentia ſatis declarant, quæ ſe ac ſi veneno perciti eſſent, in illis proferunt, furor præſertim;cum tamen nulla alia ſit læſio,nullus morbus manifeſtus, nec mortis periculum,& cum per multos annos ſæpe ſine alio detrimento hæc patiantur: Idcirco nos ad* malignã venenatam & occultã vim,*qualẽ in multis morbis eiuſmodi pertinacibus & horrendis,quos ab atrabilariis humoribus,vti dictũ,naſci crediderũt & in quibus ob malignitatẽ* cacodæmones *etiã ſedẽ habere aſſeruit* Matthiolus,*inueniri ſæpè declarabimus, malumus recurrere;quã vt ea,quæ ita ex cõſuetudine quadam & in ſanguine emiſſo atro videri credũtur, cũ tamẽ ex natura ſua sãguis cõgelatus etiã in ſanis nigricare,diuque retẽtus,picis inſtar ater apparere ſoleat, pro*

veris

veris doceamus & cõprobemus, veritatēq; potius quā opiniones ampleƈtemur: vel apertè nos verā cauſā reƈtè explicare minimè poſſe fatebimur: Hæc *Platerus*: magnam huius ſententiæ probabilitatem inde elici *Autor noſter* exiſtimat, quòd mania ex furore vterino à ſemine & ſanguine mēſtruo malignam ac venenatam qualitatem adepto exoriatur, quòd illa etiam à morſu venenato rabidi canis, lupi, tarantulæ, &c. in quocumque temperamento ſine bilis atræ concurſu producatur (*vide Plateri alleg pag.* 93. & *lib.* 1. *obſeruat. p.m.* 88. 89 &c.) tandem quòd nonnulla venena maniam inferre poſſint, vt de ſolano maniaco, cerebro felis, &c. refertur: hinc etiam experientia docet, non ſolùm atrabilario temperamento præditos, ſed etiam alias ætates inuadere, ac denique illam calidioribus medicamentis ſpecifica virtute præditis non rarò curari: cæterùm *Autor noſter* confitetur*, atrabilarios hoc morbo frequentius corripi, quia iſte humor tali venenatæ qualitati ſuſcipiendæ magis idoneus eſt. Materia hunc affeƈtum producens in venis & arteriis continetur, vel totius corporis vel cerebro propioribus, vel ipſis cerebri vaſis & ex locorum varietate varia ſymptomata eaq; grauiora vel leuiora emergũt: non rarò etiam in vteri vaſis ex ſanguine vel ſemine corrupto materia morbifica cõtinetur, vnde furor vterinus generatur: ſi materia peccãs eſt in omnibus venis aui cerebro vicinis, inſania ſit perpetua, ſin verò in parte tãtũ aliqua cõtineatur, deliriũ per interualla recurrit.

Signa diagnoſtica alia imminentem, alia præſentem maniam ſignificant: ad imminentem maniam dignoſcendam primò conſideranda eſt ægro

grotantis natiua diſpoſitio, quæ vt plurimum ad atrabilariam temperiem accedit: ſecundò ſexus ratio habenda eſt, viri frequentiùs quàm mulieres furore exagitantur, quod de mania idiopathica intelligitur, ex vtero enim mulieres ſæpius in furorem aguntur: tertiò ætas conſideranda eſt, nam iuuenibus frequentiùs quàm pueris & ſenibus mania contingit: quartò anni tempus aduertendum eſt, ſæpe enim verno tempore hic affectus contingit, ſæpius æſtate, ſæpiſſimè autumno iuxta *Hippocr. ſect.3. aphoriſ. 20, 21. & 22.* verè humores in aliis temporibus geniti & per hyemem aſſeruati ac quieſcentes commouentur & exagitantur, morboſque analogos pariunt; æſtate multa bilis non ſolùm flaua, ſed etiam atra in diſpoſitis gignitur, quæ maniam eodem tempore efficit, vel ad autumnum vſque copiâ maiori cumulata morbum tunc temporis producit: Hæc ſigna remotiora ſunt, & tantùm in genere diſpoſitionem ad hunc morbum ſignificant, proximè vero imminentem affectum oſtendunt, dolor capitis aſſiduus, vigiliæ contumaces, ſomni leuiſſimi atque breuiſſimi, inſomnia turbulenta, curæ & ſollicitudines moleſtæ, terrores ex leui cauſa, præceps & frequens iracundia ex minima vel nulla occaſione, ſplendores oculis obuerſantes, aurium ſonitus, procliuitas inſueta ad venerem, pollutio nocturna frequentior, riſus præter aſſuetudinem & rationem, loquacitas ferè aſſidua, & interdum taciturnitas meditabunda. Præſentem maniam ea oſtendunt, quæ in definitione prolata ſunt, nempe delirium ſine febre cum furore & audacia: varia tamen ſunt huiuſmodi deliria in

variis

variis ægrotantibus, tum in iiſdem etiam diuerſis temporibus pro maiori vel minori cauſæ vehementia:quidam feroci iracundia rapiuntur,obuios quoſque inuadunt, proprias veſtes proſcindunt, & ſibi interdum violentas manus inferunt, aut vitam eripere conantur: quidam mitiores & pacatiores ſunt, nullamque aſtantibus noxam inferunt,ſed tantùm varios & ridiculos ſermones proferunt, interdum canunt, rident, variis deliramentis afficiuntur, ac ſymptomata iis aliquo modo ſimilia patiuntur, quæ in melancholia & ſtultitia contingere ſolent:ex hac ſymptomatum varietate cauſarum varietas dignoſcitur: riſus, hilaritas & cantus immodicus materiam peccantem multo ſanguine dilui ſignificant: iracundia, inquietudo, clamor, percuſſio, pallidus & flaueſcens faciei color,bilem flauam in vitio eſſe oſtendunt: inſania admodum furioſa, vt maniaci obuios impetant & aliquando interficiant, à flaua bile exuſta, quæ atra bilis dicitur, originem ducit: ſi atra bilis non ex flaua bile ſed à melancholia aſſata generetur,ægri truculento vultu præditi conſpiciuntur, interdum in diuturno ſilentio manent, quod nonnunquam in ſermonem importunum erumpit, pertinaces immiteſque ſunt, & aliquando ingenti mœrore ac luctu afficiuntur: prognoſis huius morbi in ſequentibus continetur: Mania grauiſſimus affectus eſt,qui non ſolùm per menſes ſed aliquando per annos & vſque ad mortem perſeuerat, præſertim ſi hæredataria ſit:nam cum omnes morbi ab atra bile curatu difficillimi ſint,iſte adhuc difficilior eſt, quòd ægri Medicis non obtemperent,& neceſſaria remedia vſurpare nolint: faciliùs

mania

mania curatur, quæ cum riſu & mitioribus ſymptomatibus quàm quæ cum furore copulata eſt: breui futuram morbi curationem oſtendunt euacuationes ex motu naturæ contingentes, per ſudores, alui fluxum, hæmorrhagiam per nares vel hæmorrhoides, aut ſi varices ſuperuenerint iuxta *Hippocrat. ſect. 6. aphoriſ. 21.*

Ad huius morbi curationem materia peccans euacuãda, reuellenda & repellenda eſt, calida intemperies corrigenda, cerebrum aliæque partes principes roborandæ ſunt: quæ omnia ſequentibus præſidiis adimplentur: Primò ſanguinis emiſſio *fiat in* vena cutanea maiori *&* apparente (verba ſunt *Plateri d.l.p.m. 122.*) *cum non tantùm ſanguinem ſed vna cũ ipſo morbi huius materiam in venis latentem euacuare poſſit*, primum *&* præcipuum *ad curationem horũ affectuum* remedium *erit: quod etſi pleroſque non docuiſſe, aliquos etiam improbaſſe ſciam, longa tamen obſeruatione, innumeros hac ratione ſanatos fuiſſe à Chirurgis quibuſdam, vel aliis, qui ex profeſſo hiſce morbis ſanandis operam dabant, cognoui: qui* vigeſies, ſexageſies, *quoque* venas tũdendo, inſanos *penitus vel* melancholicos *ita reſtituerunt, vt poſtea incolumes adhuc longam vitam vixerint: qui in* vena *certa aliqua* eligenda *nihil laborant, ſed nunc* brachij, *mox* pedis hanc illamue *nunc* alibi *ſine diſcrimine aperiebãt: quod idcirco* remedij *genus* nos *quoque ſed* maiori cura *&* prouidentia *quàm* illi, *qui non niſi tanquam deploratos curandos ſuſcipiunt*, methodicè præmiſſis *ſemper* alui elutionibus *&* intermixtis purgationibus, *vti dicetur, vſurpare minimeque negligere debemus*: Brachij *itaq;* vena *aliqua* magis patens *primùm*

aperienda

aperienda reiterandaq; dein & in manu ſaluatellam *præſertim* ſiniſtræ manus *venam,quæ priuatim lienis cauſa,cum quo conſentire cenſetur.ſecanda erit:&* in pedibus *quoq;* malleoli venam ſaphenam *dictã, eoq; citius,ſi menſes non rectè fluant;vel quæ ad* pollicẽ pedis *excurrit,quam Empirici imprimis in hoc caſu tundunt,quia cum capite communicare cenſetur :* frontis *etiam* vena , *ſi perſeueret malum &* cauſa *præcipuè* circa caput *latere deprehendat,tundenda erit.*

Frequentibus iſtis phlebotomiis materiæ peccantibus præparationes ac purgationes interiiciendæ, etiamque diu continuandæ ſunt:hinc omnia conferent , quæ ad bilis & melancholiæ præparationem atque expurgationem vſurpari ſolent,conſulatur excellentiſſimus *Sennertus practic. med. lib.* 1. *part.* 2. *c.*15. Nos pro conuenientibus purgationibus ſeqq. remedia præſcribimus *e.g. pro viro* 11.*annorum.* ℞. *Extr.catholic.gr.xv. extr. helleb. nigr.gr.vi. F.pillul. vii.deaur.ſumantur manè cum regimine diætæ:vel* ℞. *Croci metallor.gr. viii. vini alb. veter* ℥*ii. ſtent. per noct. manè filtrent.per chart. colat. eodem modo ſumatur:vel* ℞. *Rad. polypod. querc.cort.rad. cappar. ã.* ʒ*ii.herb.cuſcut. ceterach, fragar. ã M*ß.*fl.borrag. geniſt. ã. Pi.folior.ſenn. elect.* ℥*ii.radic.hellebor.nigr. præpar.* ʒ*iii. ſem. pœon.exc.*ʒ*i.*ß.*aniſ.fœnic.ã.*ʒ*ii. ſal. tartar.* ℥ß.*caryophyll.* ʒ*i. inciſa & contuſa dent. ad ſaccul. ex ſind. alb. cui menſura vna vini albi veteris affũdatur,de cuius colatura mane alternis diebus cũ regimine diætæ* ℥*vi.ſumantur:vel* ℞. *Radic.pœon. fragar.ã.*℥ß. *cort. tamaric.* ʒ*iii.herb.betonica,agrim. veronic.cichor.ã.Mi.flor.roſ.rubr.viol.ã.Pi. coq.in aq. font.q.ſ.in col.*℔*i.*ß.*infund.per noct,ſol.ſenn. elect.*℥*ij.*
radic

*radic.helleb.nig.præp.ʒiii.ſem.pœon.exc.ʒi.ß.aniſi fœnic.ā.ʒij.manè bulliant par.in col ſol.ſyr.aperit.magiſtr.*D.Mindereri *iuxta* celeberrimi Zuelferi *correct. ℥vi.fiat ſ.a.apozema,de quo alternis diebus mane cum regimine diatæ ℥iii.vſurpentur.* Antimonium in hoc morbo à Chymicis & Galenicis maximè commendatur,tum quod humorem atrabilarium è toto corpore euacuet, tum quia eo ægroti commodè falli poſſunt,remedia aliàs inſuauia renuentes: doſis varia eſt pro variis illius præparationibus, conſule experientiſſimum *Schrœderum lib.3. pharmacop.med. chym. c.* 17. Vſurpatis iſtis remediis ſequentia ordinamus:*♃. Aq.borrag.violar.ſcolopēdr.ā.℥ii.ſyr. acetos.citri.berber.ā.℥i.ß.ſpir.vitrioli q.ſ.ad grat.acid.F. iulepus pro tribus doſibus:vel ♃.Conſ.roſar.rubr.violar.ā.℥i.borrag.bugloſſ.ā. ℥ß.cort.citr. contr.lact.hiſpan.cond.ā.ʒii.confect.alkerm,& hyacinth. ā.ʒi. ſyr. cort.citr.q.ſ.F.mixt.de qua æger magnitudinem nuciſta ſumat: vel ♃.Confect.alkerm.& hyacinth. ā.ʒi. ſpec.de geminis frigid.diamargar fr.latific.Gal.ā.ʒß. ſacch.opt.aq.roſar.ſol.℥iv. F.ſ.a.rotulæ de quibus pro lubitu capiat.* Interim dum hæc vſurpantur, ſomnus etiam omni arte conciliandus eſt,vide *ſuprà cap.* 11. Capiti quoque topica medicamenta admoueantur, quæ furorem & æſtum vehementem demulcent,*e.g.* *♃. Aq.roſ.nymph.ā.℥iii. nitri præpar.ʒii. ſacch.ſaturn.ʒi. camph. ℈ß. Miſce, pro frontali, quod linteis complicatis tepidè admoueatur.* Singulis diebus libera aluus ſeruetur,quæ ſi ſponte officium non faciat, illa ordinentur, quæ in *exercitat. noſtra de apoplex.* §. 13. propoſuimus.

CAPVT

CAPVT XIV.

De Melancholia.

MElancholia eſt delirium ſine febre cum timore & mœſtitia: à phrenitide diſtinguitur per abſentiam febris, & à mania per timorem ac mœſtitiam, quia hæc eſt cum furore & audacia. Si dicatur, hunc affectum febre carere, illud ex propria illius natura intelligendum eſt; nihil enim impedit, quin febris continua vel intermittens ex accidenti cum melancholia jungi poſſit: dubitatur, quomode timor & mœſtitia ſint de eſſentia melancholiæ, cum in multis melancholicis gaudium & lætitia maximè vigeant: alij enim continuò rident, alij canunt, alij ſe Reges & Monarchas eſſe putant: *Autor noſter* reſpondet, varios eſſe melancholiæ gradus & varias humoris melancholici cum aliis humoribus permixtiones, indéque maximam deliriórum varietatem emergere; ita vt, qui multum ſanguinis cum humore melancholico permixtum habent, gaudio & lætitia affici poſſint, aſt tunc ille affectus non eſt vera melancholia, ſed potius ad fatuitatem accedit: Nam ex diuerſa humoris melancholici diſpoſitione máxima deliriorũ diuerſitas emergit: vnde alij ſe Reges, Principes, vates: alij ſe vitreos, teſtas fragiles, grana tritici à gallinis deuoranda, alij ceram igni liquabilem, alij ſe canes, feles, lupos, cuculos, luſcinias, gallos, eſſe putant, quorum animaliũ voces imitantur: alij ſe mortuos, nec quicquam edendum aut bibendum eſſe imaginantur:

F alij

alij mingere non audent, ne diluuium inde oriatur: alij ſe capite vel membris truncatos eſſe, vel orbem digito ſuſtinere, vel paſſeres in capite, aut ſerpentes, ranas, mures, aliaque animalia in ventre habere arbitrantur, quorum nonnulla exempla, vt veritas antedictorum magis eluceſcat, ex Autoribus fide dignis proponemus: *Alexander Trallianus lib.1.c.17.* mulierem vidit, quæ tali imaginatione vexabatur, vt medium manus ſuæ digitum conſtringeret, quaſi in ipſo totum orbem geſtaret, ſimúlque plorans verebatur, ne quando digitum inflecteret, totus orbis corrueret & vniuerſa ſtatim interirent: Vir Illuſtris apud *Lemnium lib.2. de complex. c.6.* in talem melancholiam incidit, vt mortem animo conciperet, ac iam à viuis exceſſiſſe ſibi perſuaſum haberet, hinc cum illum amici ad inſtaurandas vires collapſas, precibus, blandimentis, objurgationibus adhortarentur, omnia reſpuit: dum autem fame enecandus videretur ſeptimo inſtante die, familiares rationem aliquam excogitare cœperunt, quâ hic mentis error eximi poſſet: itaque inducti ſunt in conclaue obſcuratum perſonati hiſtriones faſcibus ſepulchralibus cincti, qui inſtructâ ferculorũ apparatu menſâ liberaliùs ſe cibo & potu reficiunt; æger hæc conſpicatus ſuſcitatur, quid moliantur & quod ſint hominum genus? reſponſum eſt, mortuos ſe eſſe, tum is, mortui ne edunt; illi, maximè, ſi libeat accumbere, id non vanum experietur, confeſtim melancholicus lecto exſiliit, atque vnà cum mortuis commentitiis cibo fruitur, peractà autem cœnâ ſomnus illi obrepit ex porrecto liquamine & conualuit: alium ridiculum melancholicum *Horat. li.2.epiſt.2.* proponit.

Fuit

——— Fuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor plauſorque theatro:
Hic vbi Cognatorum opibus curiſque refectus
Expulit helleboro morbum bilémque meraco,
Et redit ad ſeſe: pol me occidiſtis amici,
Nec ſeruaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas
Et demptus per vim mentis grauiſſimus error.

Seculi Archiater *Thom. Bartholin, cent.* 1 *hiſt. anat.* 79 lectu & annotatione dignas melãcholicorũ obſeruationes recenſet. *Plebeius apud nos Vir ſanguine melancholico turgens, naſum ſibi in eam magnitudinẽ excreuiſſe imaginabatur, vt publico abſtineret, ne naſus à tranſeuntibus concul caretur: Inſignis Amſtelodamenſiũ Poëta nates credidit ſibi eſſe vitreas, timuitque rupturam, ſi conſederet: alius ibidẽ primæ dignitatis Senior clauũ credebat ſe degluti uiſſe, quum amiſſum nuſquã reperiret, valdéq; infixo ſe torqueri, ad mẽtem rediit ſanã vomitorio exhibito, cui eructato clam Medicus clauus immiſit: in Anglia quidã meiere noluit, ne ſanguinẽ vniuerſum corporis cũ vrina excerneret, hinc penem arctè per dies aliquot cõſtrinxit, quo tumido parũ à morte abfuiſſet, niſi à fratre vi vinculũ fuiſſet ſolutum: vidit iſtum & familiarẽ nouit* Samuel Collinus *Anglus Medic. D. Amicus meus Monſpelij intimus: de Philodote veteri Medico notum, quòd capiti eius, qui caput amputatũ ſibi credebat, pileũ impoſuerit plumbeũ, cuius grauitatẽ ſentiens melancholicus caput ſe recepiſſe putauit:* qui plura exẽpla cupit, conſulat *Gal. lib. 3. de loc. affect. c. 6. Aëtium tetrab. 2. ſerm. 2. c. 9. Trallianum & Lemnium d. d. l. l. Marcellum Donatum lib. 2. de hiſtor. medic. mirab. cap. 1. Quercetanum diætet. polyhiſtor. ſect. 1. c. 9. Henricum*

ab Heer obſeruat. oppidò rarar. 27. *Tulpium lib.*1. *obſeruat. cap.*18.19.

Cauſa melancholiæ proxima eſt ſpiritus tenebricoſus colore nigro infectus: ſpiritus enim animales, quando puri, tenues, lucidi & perſpicui ſunt, actiones cerebri alacriter exercent, lætitiámque generant; ſin autem ab ea conſtitutione deflectant, & tenebricoſi fiant, mœſtitiam timorémque inducunt: vnde *Galen.lib.*2.*de ſympt.cauſ.c.*6. mutuato ab exterioribus tenebris exemplo in hæc verba erupit: ὁρῶμεν ἔξωθεν τοῦ σώματος οὐδὲν οὕτως ἡμῖν φοβερὸν, ὡς τὸ σκότος. ὅταν οὖν οἷον σκότος τι περιχυθῇ τῷ λογιστικῷ μορίῳ τῆς ψυχῆς, ἀναγκαῖον ἀεὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἂν ἀεὶ τὴν αἰτίαν τοῦ φόβου συμπαραφέροντα τῷ σώματι. *Videmus extra corpus nihil ita nobis terribilius quam tenebras; ergo cum tenebræ rationi offuſæ ſunt, neceſſe eſt ſemper hominem timere, vt qui ſemper cauſam timoris vnà cum corpore circumfert:* conſule eruditiſſimum commentarium *Bartholini de luce animalium lib.*1. *c.*14. Cauſa huius prauæ ſpirituum diſpoſitionis eſt humor melancholicus, qui craſſitie & colore nigro præditus, animales ſpiritus inficit, ac tenebricoſos reddit: & cum humor melancholicus frigida atque ſicca temperie donatus ſit, ad figendos & denſandos ſpiritus maximè conducit, vnde mœror ac triſtitia inducitur: Ergo cauſa proxima melancholiæ eſt ſpiritus animalis tenebricoſus, conditio autem neceſſaria vel cauſa ſine qua non eſt frigida & ſicca intemperies: ſi quis verò objecerit, quòd iuxta *Galen. lib.*3. *de loc. affect. cap.*7. in melancholia hypochondriaca ſit inflammatio hypochondriorum & hinc calida intemperies præualeat, tunc

Autor

Autor noſter reſpondet, illam inde fieri, eò quod ſanguis melancholicus propter obſtructiones in liene & venis meſaraicis diutius incaleſcat, vnde multi vapores ad cerebrum eleuantur, qui licèt calidi ſint, tamen à frigiditate cerebri vincuntur, & facilè ad temperiem humori melācholico propriam nempe frigidam & ſiccam reducuntur: ſi enim tantus ſit illorum vaporum calor, vt cerebri temperiem in calidam & ſiccam permutet, tum mania non melancholia generatur: ſic mania & melancholia in eo præſertim differunt, quod in illa ſit calida & ſicca intemperies, in hac autem frigida & ſicca reperiatur. Poſſet aliquis inſtare: quod tenebræ ſpiritibus animalibus inductæ & color niger humoris melancholici ſenſus internos afficere non poſſint, iuxta vulgatum illud axioma: nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu: & ſic, cùm niger ille color aut tenebræ interiores oculis non offerantur, à ſenſibus internis percipi non poſſint: ad hoc reſpōdet *Autor noſter*, quòd color niger humoris melancholici aut ſpiritus tenebricoſus internos ſenſus ſub ratione coloris non afficiat, ſed quatenus aliquid præter naturam in cerebro eſt, quod actiones illius lædit: ſpiritus enim animales ad cerebri actiones perfectè obeundas puri, tenues & perſpicui eſſe debent; ſi contra impuri, craſſi & tenebricoſi fuerint, actiones cerebri vitiant, quatenus ſpecies à ſenſoriis tranſmiſſas velut inficiunt, ſicut vitrum coloratum ſpecies obiectorum eodem modo infectas oculis repræſentat. Denique dubitatur, quomodo ſpiritus tenebricoſus ſit cauſa immediata delirij melancholici, cum omnis actio læſa de-

pendeat immediatè ab aliquo morbo ; hic autem ſpiritus ad nullum morbi genus referri poſſit : ad hoc *Autor noſter* reſpondet, ſpiritum tenebricoſum eſſe morbum in numero , cum illius acceſſu numerus eorum augeatur , quæ in cerebro ſunt : inſtantiam, quæ contra hanc reſponſionem affertur,quòd ſc. morbus ſit affectus veræ partis , in vertiginis capitis ad mentem *Autoris noſtri* reſoluimus.

Signa patognomonica in definitione propoſita ſunt, timor nempe & triſtitia ſine cauſa manifeſta, quæ in omni melancholia reperitur : at ſingulæ illius ſpecies propriis ſignis innoteſcunt : primariam in ſolo capite reſidentem melancholiam ſignificant cerebri vitioſa conſtitutio aut morbi calidi prægreſſi, vnde ſanguis exuſtus ac torrefactus, tandémque in humorem melancholicum conuerſus eſt , ſomni breues, interrupti, inſomnia turbulenta , vertigines & aurium tinnitus adſunt : à toto corpore hunc affectum prouenire oſtendit habitus totius corporis melancholicus , vel naturalis, qui ex colore nigro, macilentia aliiſque dignoſcitur ; vel aſcititius, ex curis , laboribus , vigiliis , victu craſſo & ſimilibus contractus : ab hypochondriis procedere hunc affectum teſtantur æſtus in præcordiis ſine ſiti , ſputum frequens, flatus per ſuperiora vel inferiora frequẽter emiſſi,ventris rugitus,compreſſio diaphragmatis, anxietas , nauſea, appetitus interdum inſatiabilis, palpitatio cordis, tumor in hypochondriis, & reliqua , quæ fuſiùs in affectione hypochondriaca exponemus:ab vtero affectũ procedere ea ſigna teſtantur,quæ hyſtericas affectiones cõſequi ſuo loco dicemus. Prognoſis huius affectus in hunc modum inſti

inſtituatur : chronicus eſt iſte morbus & contumaciſſimus, ſi ſemel altas in corpore radices egerit: humor enim melancholicus, præcipuè qui per aduſtionem genitus eſt, & ad atræ bilis naturam accedit, vim remediorum eludit, mitiora contemnit, & fortioribus efferatur : recens melancholia à cauſis procatarcticis oriunda faciliùs curatur, vide *Galenum lib.3. de l.affect. cap.7.* Melancholicis hæmorrhoidum fluxus ſuperueniens curationem interdum affert, ſi natura criticè humores ad illas partes detrudat, interdum enim ſymptomaticè contingit, & per epigeneſim multiplicatâ materiâ morbificâ nullam ſalutem portendit.

Quod curationem ſpectat, vndecúmque morbus originem traxerit, duo tamen perpetuò obſeruanda ſunt : primò vt totum corpus ab humore melancholico & omni aliorum humorum illuvie liberetur, rariſſimè enim contingit, vt vnica pars hoc humore obſideatur : ſecundò, vt ad hypochondria curatio præcipua dirigatur, quandoquidem circa hepar & lienem prima humoris melancholici generatio pro affectione hypochondriaca inferius proponenda reliquarum melancholiæ ſpecierum curationem abſoluet, vix enim hypochondria ab illius humoris congerie liberari poſſunt, quin totum corpus ab eodem immune fiat : pro omnium igitur melancholiæ ſpecierum curatione ea remedia ſufficient, quæ in affectione hypochondriaca propoſitúti ſumus.

CAPVT XV.
De Catarrho.

Catarrhus eſt humoris excrementitij è capite in ſubiectas partes præter naturalis effluxus. Subſtantia cerebri eximiâ mole prædita multo alimento indiget, vnde neceſſariò copioſa excrementa generantur, concurrente potiſſimùm frigida humidáque partis temperie: quæ ſi naturalem & modicam quantitatem ſeruauerint, in cerebri ventriculis recipiuntur, & per choanam ſeu infundibulum ad glandem pituitariam tranſmittuntur, ac per palatum quotidiè excernuntur; ſin autem paulò vberiùs in ſtatu naturali conſtituta redundauerint, circa cerebrum & meninges diſperguntur; commodè tamen non ſolùm per palatum ſed etiam per nares expurgantur: Cùm autem cerebrum intemperie atque imbecillitate affectum eſt, vel alimentum copioſius ſeu inconueniens recipere cogitur, quod ſufficienter concoquere nequeat, tunc magnus excrementorum prouentus oritur: adde quòd cerebrum iuxta notiſſimam *Hippocratis* ſententiam, vt cucurbitula corpori impoſita, humores & vapores à partibus inferioribus attrahere non deſinat; hinc cumulus excrementorum adaugetur, quæ quantitate & qualitate ſua facultatem expultricem ſtimulantia & retentricem ſuperantia, quà datâ portâ, cum magna corporis afflictione per vias & loca inconſueta immodicè ac inordinatè ruunt. Cum igitur fluxio ſit motus materiæ ab vna parte in aliam, in ea perpetuò (vt in omni

omni motu) quinque conſideranda ſunt: terminus à quo, terminus ad quem, mouens, mobile & viæ per quas ipſa mouetur; terminus à quo eſt cerebrum, terminus ad quem, partes cerebro ſubiectæ; mouens eſt facultas expultrix irritata vel retentrix debilitata, mobile eſt humor excrementitius, viæ per quas mouetur, ſunt ductus patentes, nempe palatum, nares, oculi, aures & meatus inſenſiles, tum etiam venæ, arteriæ & nerui: In termino à quo ſeu parte mandante duo cauſarum genera conſideranda ſunt, vnum eſt earum, quæ humoris pituitoſi copiam in corpore gignunt & cumulant; alterum earum, quæ fluxum eiuſdem excitant & promouent, illæ generantes, hæ impellentes, dici poſſunt. Generantes conſiſtunt in facultate concoctrice debilitata, quæ vel vitio ipſius facultatis vel vitio alimenti accidit: concoctrix cerebri facultas potiſſimùm ab intemperie frigida vel calida læditur: Frigida intemperies efficit, vt alimentum ad cerebrum delatum malè concoquatur, & in pituitam commutetur, tum etiam vt vapores à partibus inferioribus tranſlati ſufficienter non diſcutiantur, ſed in aqueum humorem condenſentur: Calida intemperies copioſius alimentum & copioſiores vapores allicit, vt ſufficienter à natura diſcuti ac reſolui non poſſint: vitio alimenti facultas concoctrix cerebri debilitatur, cum illud vel nimiâ copiâ cerebro ſuppeditatur, vel alienis qualitatibus infectum difficiliùs concoquitur, ſic frigida, craſſa & viſcida alimenta immoderatiùs ingeſta perfectè concoqui nequeunt, & crudum alimentum cerebro communicant, ſic alimenta acria

mu

multos vapores ad cerebrum tranſmittunt: his cauſæ externæ adjungantur, quæ ſuperflua humiditate caput replent, vt auſtrina conſtitutio, ſomnus longus præcipuè meridianus, vita deſes, &c. Licet autem cerebrum pars mandans præcipuè dici ſoleat, non eſt tamen perpetuò cauſa fluxionis præcipua, ſed plerúmque fluxionis materia aliunde ad cerebrum tranſmittitur: poſtquam enim vitioſi humores vel in toto venoſo genere, vel in aliqua parte peculiari, ventriculo nimirum, hepate, liene, meſenterio, vtero aliíſque, collecti ſunt, non ſolùm ab iis ad caput vapores multi aſcendunt, ſed etiam ipſi humores vitioſi ad caput feruntur, & inde rurſum ad ſubiectas partes deſcendunt; iſtorum autem viſcerum vitia præcipua, ſunt intemperies variæ & obſtructiones: Calida viſcerum intemperies copioſam anathymiaſin facit, ex qua velut in alembico deſtillationes generantur; frigida vero propter concoctionis defectum homines crudos generat, qui datâ occaſione ad caput transferuntur. Obſtructiones partium infimi ventris liberam excrementorum expurgationem impediunt, vnde fit, vt illa ſenſim cumulata, cùm liberum exitum non inueniant, per vias naturales & ordinarias ad ſuperiora refluant, & ad cerebrum transferantur: ad hoc autem perficiendum neceſſariò cerebri imbecillitas horum excrementorum receptioni idonea concurrit, quandoquidem partes robuſtiores ad debiliores ſeſe exonerent, frequentiſſimè autem contingit, vt cerebrum ſit debilius reliquis partibus propter ſubſtantiam ſuam mollem & laxam: Cauſæ impellentes ſunt nimia cerebri calefactio vel refri

refrigeratio, aut alia quæuis humorum commotio : nimia cerebri calefactio humores in eo contentos attenuat & fundit, meatúſque reſerat, per quos illi fluere conſueuerunt : talis eſt capitis calefactio à ſole, igne, nimio capitis tegumento, vſu aromatum calidiorum, irâ alióque animi pathemate excedente : Refrigeratio cerebrum comprimit, & humores in eo contentos exprimit, vt in ſpongia aquâ repleta & manu compreſſa contingit, talis alteratio in hyeme frequens eſt, ſed præcipuè accidit in ſubita aëris mutatione, quando ſcil. conſtitutio illius calida & humida in frigidam & ſiccam conuertur, vel quando aliquis è loco calido egrediens frigido aëri ſe ſubitò exponit : his annumeranda eſt pedum refrigeratio, quæ ſympathicè cerebro per neruos communicatur, de quibus eleganter ſcripſit celeberrimus *Riolanus lib. 5. anthroph. cap. 49. & lib. 5. enchirid. anatom. cap. 46.*

Prædictam cerebri compreſſionem à frigore factam nonnulli negant, quia frigus humores incraſſat, minúſque fluidos reddit, neque quadrare videtur exemplum ſpongiæ aquâ repletæ, quæ aëri expoſita nullo modo comprimitur : ad hoc reſpondet *Autor noſter*, quòd iſta humorem denſatio à frigore huic opinioni non contrarietur, cum illa locum habeat, quando totum corpus ſenſim & æqualiter refrigeratur ; at cum à frigore ſubitò irruente partes externæ offenduntur, tum illæ ſubitò coarctantur, & humores intus coërcitos exprimunt : nec obſtat, quod de ſpongia dicitur, eam nimirùm à frigore aëris non exprimi : alia enim eſt ratio partium viuentium, quarum calor & ſpiritus

ritus ad frigoris ſenſum refugiunt, & partes iis deſtitutæ coarctantur, quod in ſpongia aquâ repleta fieri non poteſt: attamen confiteri oportet, non hunc vnicum eſſe modum, vnde fluxio à frigore excitetur, etenim pedum refrigeratio catarrhum inducit, dum intemperies frigida cerebro communicatur, quæ refrigeratio internas cerebri partes petit, non externas, vt frigiditas aëris caput immediatè afficiens facere ſolet; ideo potius exiſtimandum eſt, in hoc caſu retentricem cerebri facultatem debilitari, vt humores ſuperfluos in eo contentos (quando illi copiâ luxuriant) amplius retinere non poſſit, ſed eos effluere patiatur. Superat adhuc alius modus admodum frequens, quo catarrhus à frigore generari conſueuit, nempe pororum externorum conſtipatio, eo præſertim tempore facta, quo maxima fieri ſolet per corporis habitum diapherefis, vnde excalefacti frigidum aërem ſubitò incurrentes catarrhis maximè afficiuntur: ſic præſertim in autumni frigoribus catarrhi generantur, quia per æſtatis decurſum habitu corporis rarefacto & poris valde apertis per tranſpirationem inſenſilem multa fit excrementorum diſſipatio, quæ ſi derepentè conſtricto corporis habitu cohibeatur, vapores humoréſque in centrum cerebri & corporis repercuſſi fluxionibus materiam ſuppeditant, ita vt circa autumni initium non ſolùm catarrhi contingant, ſed etiam in omnibus ferè hominibus copioſa ſeroſæ materiæ excretio fiat per vrinas, & in nonnullis per aluum, vnde alui fluxus in autumno frequentes eſſe conſueuerunt: ſi quis autem quærat, cur per totum hyemis decurſum catarrhi non perſeuerent? cum

perpetua externorum pororum conſtrictio à frigore ambientis fiat: *Autor noſter* reſpondet, hyemali tempore per alias vias magis, quàm per diapheresin, naturam ſuperfluitates expurgare, nempe per aluum, vrinas & ſputa: quàm copioſa autem ſit euacuatio,quæ per inſenſilem tranſpirationem fieri ſolet, iuxta *Autorem noſtrum* luculenter docet *Sanctorius in libello de Statica medicina*, vbi dicit,tranſpirationem inſenſilem eſſe longè pleniorem, quàm omnes euacuationes ſenſiles ſimul vnitas, ita vt ſi cibus & potus vnius diei ſit ponderis octo librarũ, tranſpiratio inſenſilis ad quinque circiter libras aſcendat: curioſa & laborioſa iſtius viri circa tranſpirationis menſuram ſpeculatio, quantam lucem in morborum cauſis introſpiciendis, eorúmque curationibus inſtituendis, afferre valeat, *Autor noſter* peritioribus quibuſque iudicandum relinquit. In parte recipiente conſideranda eſt imbecillitas vel alia quæuis diſpoſitio, fluxioni recipiendæ aut attrahendæ idonea: ratione imbecillitatis vulgatiſſimum axioma Medicorum eſt, partes robuſtiores in debiliores perpetuò onus ſuperfluum deponere: imbecillitas autem partium vel inſita eſt vel aduentitia: inſita imbecillitas pendet à mollitie & laxitate partium, vnde glandulæ & pulmo fluxiones facilè recipiunt; aduentitia verò imbecillitas fit ab intemperie vel ſolutione continui: frigida intemperies calorem natiuum debilitando facit, vt pars affecta faciliùs humorem influentem recipiat: ſolutio continui partem fluxioni recipiendæ magis idoneam reddit; hinc ortus eſt cauteriorum vſus,vt humores ab aliis partibus eò decurrant: ſic pulmo exulce-

exulceratus humores à cerebro & toto corpore influentes ſuſcipit. Inter alias diſpoſitiones fluxioni attrahendæ idoneas calor præcipuè annumerandus eſt, vnde partes inflammatas copioſos humores allicere videmus: ſic etiam in phthiſi non ſolùm propter vlcus, ſed etiam propter calidam pulmonis intemperiem humores copioſi à capite proliciuntur: Viæ, per quas à capite humores in partes ſubiectas deferuntur, duplices internæ & externæ ſtatuuntur: internæ ſunt, cum è partibus ſub caluaria contentis, potiſſimùm è ventriculis cerebri humor per vias interiores defluit, & pro natura partium, ad quas defertur, varios affectus producit, quorum nonnulli propria nomina iuxta vulgares *ſcholæ Salernitan. cap.*82. verſiculos ſortita ſunt:

Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus,
Si ad fauces bronchus, ſi ad nares eſto coryza.

Defluente in pectus humore affectus nomen generis retinet, ad fauces & aſperam arteriam bronchus ſeu raucedo generatur, ſi humor ad nares defluat; coryzam, ozenam & polypum efficere poteſt: in aliis partibus varios affectus producit, in neruis torporem, paralyſin, conuulſionem, tremorem; in auribus ſurditatem, tumorem; in oculis ophthalmiam, lacrymas, cæcitatem; in uvula tumorem, laxitatem, vlcus; in gutture anginam; in pectore & pulmone pleuritidem, peripneumoniam, tuſſim, aſthma, hæmoptoën, phthiſin; in ventriculo vomitum, inappetentiam; in inteſtinis diarrhœam & dyſenteriam; ita vt maxima morborum corpus humanum infeſtantium pars à capite ortum ducere iure meritò cenſeatur. Etiam in venas humor à cerebro

rebro defluit, vnde febris catarrhalis generatur, quando ſcilicet natura ad humoris ſuperflui expulſionem acriùs commouetur, vnde commoti vehementer ſpiritus accenduntur, & febrem ephemeram efficiunt, hinc catarrhus inter febris ephemeræ cauſas recenſetur: ſic ante inuaſionem arthritidis aut eryſipelatis eruptionem tales febres ſæpè contingunt. Externæ viæ, per quas humor à capite defluit, ſunt illæ, quæ caluariæ adjacent & ſub cute continentur, hinc *Fernelius lib. 5. de par. morb. & ſympt. c.* 4. ſequentem opinionem fouet: *Aliud præterea in externis partibus capitis excrementum colligitur, maximéque ſub cute verticis, quo venarum per faciem & tempora in caput irrepentiũ extrema deſinunt: quoties enim hæ vel ſero vel humore multo turgent, alimenti reliquias & ſuperuacua ſub cutem effundunt, quæ pro cutis craſſitie atq; denſitate vaporare foras vix queunt: horum coagmentatione aſſidua tantus interdum cumulus fit, vt tumor ceræ inſtar mollis promineat cutẽ condenſans eámque à calua plurimum disjungens: hic certè fons, hic fomes eſt omnis externæ deſtillationis, quem miror neminẽ omnium veterum animaduertiſſe: hinc in externas corporis partes fertur deſtillatio in oculos, in maxillas, in dentes, in ceruicẽ, in ſcapulas, in brachia, in latera, in dorſum & lumbos, in coxendicem, in crura, in omnes denique articulos; eáque tum omnis arthritidis tũ omnis ferè externi doloris cauſa eſſe deprehenditur.* Hactenus *ille*: ſed iuxta mentem *Autoris noſtri* etiam tum per continuitatẽ muſculorũ, membranarum & neruorum, tum per venas & arterias, in oculos, dentes, maxillas, ceruicem, ſcapulas, brachia, articulos & alias partes externas humor iſte

ema

emanat. Differentiæ catarrhi variæ ab Autoribus proponuntur,quarum præcipuæ ſunt,quòd alius ferinus, alius ſuffocans, alius epidemicus, dicatur. Catarrhus ferinus eſt, qui ſuâ acrimoniâ pulmonem exulcerat & tabem inducit, hic ab humore acri & ſalſo in hepate feruido genito ac in cerebrũ tranſlato oritur: ſuffocans catarrhus fit, quando in bronchia pulmonis fluxio confertur irruit, ac ſubinde renouatur, vnde ſuffocationis periculum impendet: Catarrhus epidemicus à vitio aëris dependens maligna qualitate præditus eſt & populariter graſſatur: Diagnoſis huius affectus ad tria dirigitur, ſubiectum, morbum & cauſam: ſubiectum vel corpus catarrhis obnoxium indicant: rara corporis & capitis diſpoſitio facilem aëri frigido vel calido penetrationem præbens: eadem conſtitutio nimis denſa liberam tranſpirationem impediens: cerebrum frigidum & debile vapores ad ſe tranſmiſſos diſcutere non valens vel proprium alimentum ſufficienter non concoquens: item cerebrum calidum vapores copioſos attrahens: ventriculi aut hepatis ἀντιπραξία, vt hocce calidum ille verò frigidus ſit: Signa morbum indicantia vel imminentem prænuntiant vel præſentem oſtendunt. Imminentem catarrhum cauſæ enumeratæ prænuntiant, ſed magis præcisè capitis grauitas, ſenſuum hebetudo, ſomni longiores, ſternutatio frequens, emunctio narium & exſpiratio copioſior, alui ſegnities: præſentis catarrhi indicia aperta ſunt, humor enim à cerebro defluens vel manifeſtè percipitur, vel tumoribus ac doloribus in partibus, quas inuadit, ſatis manifeſtatur. Signa cauſarum etiam conſpicua

ſpicua ſunt: ſi enim ab humore frigido catarrhus excitetur, frigoris ſenſus, faciei pallor, pituitæ dulcis ſapor, materia viſcoſa vel aquoſa & temperamentum corporis pituitoſum aderit. Calidum humorem deſtillantem oſtendunt; rubor faciei, ſitis, ſalſedinis vel acrimoniæ ſenſus in ore, inflammationes, & dolores in partibus affectis, ac temperamentum corporis bilioſum: Fluxio externa ab interna dignoſcitur, quòd in illa dolor magis externus ſit, in primis ſub cute verticis, vbi interdum tumor mollis percipitur; ſæpè etiam ægri humorum deſcenſum per partes exteriores cum dolore; calore aut frigore perſentiunt. Prognoſis huius affectus *à Cornel. Celſo lib. 4. de Medic. cap. 4.* ſeq. verbis eleganter proponitur: *diſtillat autem humor de capite interdum in nares quod leue eſt; interdum in fauces, quod pejus eſt: interdum etiam in pulmonem, quod peſſimum eſt.* Vbi magna humorum copia redundat, ſiue à plethora ſiue à cacochymia ſit, periculoſus catarrhus generatur, metuendum enim eſt, ne irruens affatim copioſus humor ſuffocationem aut graue aliud malum inducat.

Huius affectus curatio duplex eſt, vna quæ frigidum catarrhum, alter quæ calidum reſpicit: tota catarrhi frigidi curatio in hoc conſiſtit, vt materia peccans præparetur, euacuetur, & ſi ad pectus aliamve partem influat, reuellatur, illiúſque motus impediatur, & tandem cerebri intemperies corrigatur. Primò itaque ſi materia copioſa adſit, aut nimio impetu ruat, & metuatur, ne à reliquo etiã corpore affluat, præſertim dum hepar calidum eſt (ſæpè enim contingit; vt catarrhis obnoxij cerebrum

frigidum & hepar calidum habeant) parciori manu ſanguis mittendus eſt: quando autem ætas ſenilis, temperamentũ hepatis minimè calidum, aut materia pauca adeſt, illáque lentè mouetur, vt ſuſpicio nulla ſubſit, humorem aliunde cerebro ſuppeditari, tunc venæſectio omittatur: materia peccans vel per infuſionem aut pilulas euacuetur, quas ſuprà *cap.* 1. annotauimus. Interdum contingit, vt humores excrementitij à partibus inferioribus ad cerebrum ſublati catharrhum efficiant; qui obſtructis meatibus ordinariis motum illum præternaturalem nanciſcuntur, per quos antea expurgari ſolebant; tũc opportunè catarrhus apertione viarum & blanda, miti ac continua purgatione curatur, quia ſic humores ἀνάῤῥοντες ad partes inferiores reuelluntur, illorúmque motus naturalis ſenſim rurſus conciliatur: huiuſmodi purgationes blandæ per infuſiones commodè inſtituuntur, *e.g. pro viro XXX annorum:* *℞. Fol. ſen. el. ʒiij. agaric. rec. troch. ʒj. ſem. fœnic. aniſi ã. ʒß. aq. ſcabioſ betonic. cichor. ã. ℥ij. infund. per noct. mane bull. par. in col. ℥iij. ſolu. mann. calabr. el. ℥ß. aq. cinnam. ʒij. fiat potio purgans mane cum regimine diætæ ſumenda*: Ad revulſionem cucurbitulæ veſicatoria, cauteria, ſuis in locis conuenientibus admoueantur, errhina, ſternutatoria, apophlegmatiſmi vſurpentur, eâ tamen adhibitâ cautione, vt quando catarrhus in fauces, pulmones aut ventriculum decumbit, errhina & ſternutatoria tantùm, quando autem in oculos & nares influit, apophlegmatiſmi vſurpentur, quantum formulas *ſuprà c.* 1. propoſuimus: ſed animaduertas, quando materia tenuitatis cuiuſdam particeps eſt, ne fortius reſolventia

uentia capiantur; illis enim impetus humorum ad pectus & pulmonē aliáſq; partes adaugeri poterit; ſed nonnulla humoris impetū cohibētia admiſceā-tur,vt roſæ rubræ, maſtiche, coriandrum, nuciſta & alia in catharrho: calido mox proponenda. Tandem poſt conuenientes euacuationes cerebrum roborantia & exſiccantia tam interna quàm externa vtiliſſima ſunt; vt opiata, ſuffitus, cucupha, balſamum; quæ etiā *ſuprà c.* 1. indigitauimus: Rotulæ ſequentes egregiè conducunt: ℞. *Spec. diambra. diamoſchi dulc. ā* ʒj. *diair. ſimp.* ℈ij. *ſuccini alb. præp* ʒß. *ol. ſtill. aniſi gut. iij ſacch. opt. aq beton. ſol.* ℥iv *F. ſ. a. rotulæ; de quibus pro lubitu æger capiat:* Denique ſi affectus cōtumax permaneat, omnia remedia conueniūt, quorum *prædicto loc.* mentionem fecimus. Calidus catarrhus remediis materiam peccantem euacuantibus & reuellentibus, tum etiam partiū mandantium & recipientiū intemperiem corrigentibus curatur: in hunc finem primò phlebotomia inſtituenda eſt; ſi cætera conſentiant, quâ humor fluens reuellitur, eiuſq; acrimonia temperatur. Deinde humoris portio educenda eſt blando purgante, quod humores nequaquam commoueat: *e. g. pro viro XXX. annor.* ℞. *Fol. ſenn. elect.* ʒiij. *agaric. rec. troch. rhabarb. opt. ā.* ʒß. *ſemin. aniſi* ʒj *coriandr. præpar.* ℈j. *ſal. tartar.* ℈ij. *aq. acetoſ. fl. til. ā.* ℥iij. *infund. per noct. mane coq. par. in colat.* ℥iij. *ſol. mann. calabr. elect. aqu. ſcabioſ. ſol. & colat. ſyrup. roſar. ſol. ſimpl. ā.* ℥ß. *Fiat potio manè cum regimine diæta ſumenda & aliquoties pro neceſſitate reiteranda:* Dein julepis ac emulſionibus conuenientibus humor alterandus & incraſſandus eſt: ℞. *Aq. acetoſ.* ℥iij. *betonic.* ℥j *ſyrup. violar.*

purpur. ℥i.ß.*iulep.roſat.*℥ß. *ſpir. vitrioli rectiſ. gt.v. Fiat iulepus pro duabus doſibus.* ℞. *Amyg. dulc. rec. excort.* ʒiii. *ſem.cucum. melon. rec.exc.ā.*ʒi.ß.*papau. alb.* ʒi. *aq.acetoſ.* ℥iii. *cichor fl.til ā.* ℥i ß.*ſacch.roſ. tab.* ℥ß.*fiat. emulſio pro tribus doſibus.* His vſurpatis infuſum purgans reiteretur.Spiritus ſulphuris & vitrioli exhibitus cum liquore idoneo contra omnes fluxiones vtiliſſimus eſt,præſertim quæ à calida viſcerum intẽperie originem ducunt ; qui etiam potui miſcetur,quoniam cum eo venas omnes peruadit,& motus humorum cohibet : His nihil proficientibus neceſſitas narcoticis vti cogit : inter illa principatum obtinet laudanum opiatum, vel ſyrupus de papauere iuſta doſi exhibitus , quæ vſurpata ab initio morbi miranda præſtant : eandem vim habere theriacam recentem ad ℈j.vel ʒß.noctu exhibitam *Autor noſter* recenſet:etiam confert *diacodium in ſolido vſitatũ;in pharmacop. Auguſt. claſſ.*10.deſcriptum:ſi materia cum impetu fluat, per clyſteres, frictiones & cucurbitulas reuellenda eſt:veſicatoria poſteriori ceruicis parti vel denique cauterium brachio admotum quando catarrhus diuturnus permanet, potenter operantur : Quia verò huiuſmodi catarrhus plerumque à calida hepatis intemperie originem ducit. ideò remedia, quæ illius intemperiem emendant,etiam vſurpanda ſunt : vide infrà *lib.*10.*cap.*1. Denique hoc in primis notatu digniſſimũ eſt,quod etiam ſupra in catarrhi frigidi curatione propoſuimus : ſæpè humores excrementitij à partibus ad cerebrum ſublati catarrhos efficiunt , & obſtructis meatibus ordinariis per quos expurgari ſolent, motum præternaturalem acquirunt : tunc opportunè

tunè catarrhus apertione viarum ſimúlque blanda & continua purgatione ſuperius deſcripta & ad aliquot dies inſtituta tollitur: ſingulis diebus libera aluus ſeruetur,& ſi ſponte non cedat,paſſulæ,pruna vel pilulæ Benedictinæ vſurpentur, quarum formulas *in exercit.noſtra de apopl.*§.12. propoſuimus:qui pleniorem catarrhorum deſcriptionem deſiderat, illi elaboratiſſimos commentarios conſulimus, quos *Conradus Victor Schneiderus,Celſiſſimi Principis Anhaltini Medicus & Profeſſor Vvittembergenſis Excellentiſſimus* nuper in lucem edidit.

CAPVT XVI.

De dolore capitis.

CEphalalgiæ nomen pro omni capitis dolore generaliter vſurpatur, ſed in ſpecie & magis ſtrictè recentem capitis dolorem ſignificat: cephalæa inueteratum & hemicrania eum dolorem indicat, qui dimidiam capitis partem occupat. Eſt etiam dolor capitis, internus vel externus, idiopathicus vel ſympathicus, & ex iſtis denuo alius pungens, alius tendens, alius grauans, alius pulſans: dolor capitis internus in meningibus locum habet, profundus eſt, & ad radices oculorum manifeſtè pertingit: externus in pericranio ſitus pilos inuerti non ſinit, ad capitis compreſſionem exacerbatur, & ad radices oculorum ſaltem obtusè vergit: Idiopathicus dolor ſtabilis eſt & permanens, nec aliarum partium affectus ſequitur: ſympathicus verò ab alterius partis affectu dependet,

ita vt, dum ille incrementum ſuſcipit, dolor capitis intendatur, dum autem remittit, ſimul & ille leniatur: hic ſympathicus dolor generatur vel ex conſenſu totius corporis, ſicut in febribus contingit, vel determinatæ partis, ventriculi, hepatis, lienis, vteri: ſed quæ illa pars ſit dolorem capiti communicans, ex cuiúſque partis affectæ propriis indiciis facilè innoteſcet: dolor pungens ab acri & binoſo humore vel vapore membranas feriente excitatur: grauans à copioſo humore, craſſo, frigido, pituita ſcil. vel melancholia partes ſenſiles comprimente oritur: tendens fit à flatibus aut humoribus mitioribus intra membranas ſeſe inſinuantibus eáſque distendentibus: denique pulſans à tenui & bilioſo ſanguine vel ſpiritu redundantibus generatur, quo turgentes atteriæ vehementiùs pulſant & membranas concutiunt, ſicque partes vicinas percutiendo ſenſum pulſationis efficiunt: ex ſupra propoſitis cauſæ doloris capitis præcipuæ ſatis declarantur, quæ in vniuerſum ad ſolutionem continui tanquam ad cauſam proximam & immediatam referuntur: igitur quæcumque continui ſolutionem manifeſtam vel occultam inferunt, ea capitis dolorem inducere apta nata ſunt.

Signa diagnoſtica tum ſpecierum doloris capitis, tum cauſarum eas producentium ex ſuperioribus deſumuntur, vt prognoſtica tantum exponenda ſuperſunt. Dolor capitis externus interno facilior curatu eſt: dolor capitis in febre acuta cum vrina tenui & alba periculoſus, raptum enim materiæ bilioſæ ad cerebrum ſignificat, vnde phrenitidis periculum impendet: dolor capitis fortis ſubitò

bitò deliteſcens ſubſequente nulla euacuatione aut morbi imminutione lethalis: facultatis enim animalis abolitionem ſignificat, quæ objđum dolorificum amplius non ſentit: In vehementi capitis dolore extrema frigeſcere malum; nam ex vehementia doloris magna fit caloris retractio ad partem affectam, vnde inflammationis periculum imminet: quibus ex morbo partium inferiorum conualeſcentibus dolo capitis vehementis ſuperuenit, hic materiæ morbificæ tranſlationem ad cerebrum ſignificat: vtero gerentibus dolores ſoporoſi capitis periculoſi ſunt, humorem enim fluxum ad cerebrum indicant, qui cum copioſè in grauida muliere ob purgationis menſtruæ defectum colligantur, hinc grauius malum metuitur: Dolor capitis, qui à morbi principio non apparuit, perturbato corpore obortus, aliquando imminentem criſin per hemorrhagiam aut vomitum ſignificat.

Cum capitis dolor tum à frigida tum calida cauſa dependeat, ad vtriúſque ablationem curatio dirigenda eſt: An prioris curationem materia pituitoſa primùm conuenienter euacuanda eſt, dein intemperies frigida cerebri ac reliquiæ humorum diſcutiendæ ſunt; quorum vtiles formulas ſupra *c.* 1 *&* 2. propoſuimus. Pilulæ, quas *Autor noſter Euſtachium Rudiũ in Academ. Patau Profeſſ. pract. ordin. à Vveckero & Andernuco* mutuaſſe, & magno in precio ac ſecreto habuiſſe aſſerit nihil aliud ſunt, quàm extractum catholicum, cuius deſcriptio *in pharmac. Auguſt.* inuenitur: Etiam pilulas, quibus iuxta *Autorem noſtrum Fernelius* omnem hemicraniam & ce-

 phalal

phalalgiam curarit,cum nihil aliud ſint quàm extractum aloëticum ſimplex, annotare ſuperuacaneum eſſe judicamus,ſimúlque pilulas *Benedictinas* contra hunc affectum commendamus, quarum compoſitionem *in exerc.de apoplex.* §.13.protulimus. Thermæ ſulphureæ ac bituminoſæ in hoc affectu efficaciſſimæ ſunt,quas *in exercitat.de paralyſi* §.4.nominauimus: decocta ſudorifera in dolore inueterato plurimum etiam conferunt, quibus multos fuiſſe liberatos Autores fide digni atteſtantur; formulas *in exercit.de apoplex.d.*§.propoſuimus: His non conferentibus ad ſtibij vſum *Mercatus* confugere audet,quem cum elogio commendat *lib.1. de intern. morbor. curat. cap* 8. Nos in *croco metallorum* effectus aliquod laudabiles obſeruauimus, cuius formulam *in exercit.de paralyſ d.*§. inuenies:interim cum *Autore noſtro* non negamus,quod in dolore diuturno plùs præſtet caput frequenter roborare, quàm pertinaciter euacuationibus inſiſtere: Oleo ſuccini albi optumo vertex & tempora aliquoties inungantur: inter ſpecifica doloris capitis,à quacúmq; cauſa oriatur, principem locum obtinet verbena, cuius aqua deſtillatata & capiti admouetur & intus vtiliter aſſumitur, de qua digniſſimam annotatione obſeruationem adſcribere placet, quam *Foreſtus lib.9. obſeru.medic.cap.*53.proponit: *Nicaſius quidam famulus quondam Prætoris Delfenſis, cui caput ſupra modum dolebat, nullis remediis quantumvis optimis à me curari potuit, neque venæſectione, neque ſyrupis digerentibus,aut decoctis,neq; pilulis,neq; cucurbitulis ſcapulis admotis,aut aliis topicis remediis:dolor autē nocte cum tāta anguſtia inuadebat hominem,vt camiſiam*

miſiam exueret:mox per totum corpus præ anguſtia ſudore emanante , nudus in lecto reperiebatur, ſubinde camiſia exuta ſubinde eadem perrupta, mox quaſi furore percitus altè vociferabatur, ſe à muliere per incantationem hoc malo correptum eſſe:quod adeo vehemens erat,tanquam caput malleo percuteretur : dolor iſte tam atrox ſingulis noctibus per plures dies totum caput occupans inſtar maniæ torquebat, ſingulis pilis capitis ſudordeſtillantibus : cum autem nulla remedia iuuarent,tandem ad collum verbenam viridem aliquo modo tritam,vt ab adſtantibus non cognoſceretur.appendebam,idque nocte,dormiente & inſcio, antequam malum invaderet,& adſtantibus mandabam,ne æger à ſomno ſolutus herbam collo ſuſpenſam dimoueret:qua huius herbæ ſolius ſuſpenſione miraculi inſtar hic æger curatus eſt,qui ſe mortuuum potius optabat,quam hoc malo longius detineri. Videatur porrò *Scholia eiuſdē Foreſti*:Cauſa calida dolorem capitis primarium efficiens eſt ſanguis aut bilis : vtrique eadem remedia conueniunt ſed magis minuſue potentia,pro maiori vel minori cauſæ efficacia:Primò igitur à phlebotomia incipiendum eſt præmiſſo clyſtere:maior tamen ſanguinis copia educatur, cum dolor fit à ſanguine;minor,ſi bilis redundat,formula clyſteris ſeq. eſt *e.g.pro viro* 30.*annorum.*℞.*Rad.alth.*℥i. *herb.betonic.verben.meliſſ.malu.ā.M i.ſem.lini* ℥ß.*coq.in aq. font.q.ſ.in col.*℥x.*ſol.mell.violar.*℥iii. *elect.diacatholic.*℥i.ß. *F.clyſter*:deinde medicamentum cholagogon exhibendum eſt,non ſolùm,quando bilis rationem cauſæ principalis habet,ſed etiam,quando ſanguis luxuriat, cuius portio tenuior facilè in bilem vertitur:cuius formula ſeq.eſt.*e.g.pro viro eiuſd.ætatis*

ætatis. ℞. *Extr. catholic. gr. xv. cochiar. gr. v. gut. gamandr. gt. ii. ol. ſtillat. maior. gt. i. fiant pilul. xi. deaur, & ſumantur manè cum regimine diætæ*: ſi vnica iſta euacuatione peccans materia ſufficienter educta non fuerit, purgatio per debita interualla repetatur.] Poſtea ſequens frontale cum linteis calidis applicetur: ℞. *Aq. verbenæ* ℥iii. *ſambuci, betonic. ã,* ℥i. ß. *aceti roſat.* ℥i. *Miſce:* Apertio ſaphenæ præmiſsâ phlebotomiâ in brachio capitis dolorem in febribus ex iudicio *Autoris noſtri* ſæpè in momento fugat: interim reuulſiones per cucurbitulas & frictiones extremorum inſtituendæ ſunt: toto morbi decurſu, ſi aluus fluida non ſit, clyſter prædictus alternis diebus iniiciatur: Veſicatorium commodè ceruici applicatur: dum hæc fiunt, tota humorum maſſa iulepis, emulſionibus, conſeruis, aliiſque remediis ſupra *cap.* 11. propoſitis attemperetur: Denique ſi dolor vehementer vrgeat, ad narcotica tranſeundum eſt: exercitatiſſimus Chirurgus *Ambroſius Paræus lib.* 16. *cap.* 6. arteriotomiam ſummoperè ſequentibus verbis commendat: *Si doloris cauſa eſt à ſanguine feruido, tenui & vaporoſo, quæ nullis remediis vinci potuerit, ab arteriotomia in temporibus celebrata pernceſſarium, perutile & promptum habebit remedium, ſiue ab internis ſeu ab externis vaſis malum exiſtat: hinc enim ſemper materiæ coniunctæ & ſanguinis & ſpirituũ ſequitur euacuatio: id ego expertus ſum in permultis, ſed præcipuè in Principe à Rupe-Surionenſi: Huic atroci hemicrania diuexato Dominus Capellanus Regius & Caſtellanus Reginæ primarius Medicus, deniq; Ludouicus* Duretus *medicinã faciebãt, nec tamẽ phlebotomia, cucurbitulis, balneis*

neis frictionibus, diæta, vlloue remedy genere ſeu aſſumpto ſeu admoto quidquam opis afferebant: Vocatus ego dixi vnicam ſalutis ſpem reſtare, ſi ipſi arteria in temporibus phlebotomo diuideretur, qua parte dolor ſæuiret, mihi enim veriſimile fieri, doloris eius cauſam non venis ſed arteris concludi; quo in caſu nullum arteriotomiâ præſtantius eſſe remedium, veteribus proditum fuiſſe, cuius ego in me ipſo magno meo bono periculum feciſſem: meum iſtud Medici cum probaſſent conſilium, ad opus è veſtigio me accingo, arteriamque in tempore dolente ſeligo, quæ & tumentior eſſet, & vehementius cæteris pulſaret: hanc ego vnica inciſione, quemadmodum in phlebotomia fieri ſolet, aperio, ſanguiniſque magno cum impetu & ſaltu proſilientis pluſquam duo vaſcula elicio, quieuit ſtatim dolor, neque vnquam relapſum habuit: Adhuc hodie *Pariſiis* arterias frontis & temporum in cephalæa, phrenitide, inflammatione magna oculorum & aurium acerbiſſimis doloribus aperiri celeberrimus *Riolanus lib. 5. encheir. anatom. cap. 6.* aſſeuerat: Hinc quoque *Autor noſter* atrociſſimam hemicraniam arteriotomiâ curauit, & nullum ſubeſſe periculum animaduertit, vulneri emplaſtrum ex thure, maſtiche, bolo armena, cum albumine oui ſubactis apponendum, & faſciam conuenientem admouendam eſſe iubet, quæ per aliquot dies detineatur.

LIBER

LIBER II.

De Affectibus Oculorum.

PRÆFATIO.

Oculorum affectus tam varij ſunt atque multiplices, vt eos perſpicuè enarrare & inuicem diſtinguere difficillimum ſit: quod tamen vt Autor noſter *(quantum fieri poterit) aſſequatur, & praxeos vſui maximè accommodet, eos ita partitur, vt morbos, à quibus viſio immediatè læditur, primùm exponat, poſtea reliquos affectus explicet, qui partibus oculum componentibus aut illi adiicientibus citra vllam aut ſaltem perexiguam viſionis læſionem contingunt: læditur autem viſio abolitè, imminutè & deprauatè: abolita viſio* τυφλότης *Græcis, cæcitas Latinis nominatur: Imminuta verò pro variis imminutionis gradibus nomina ſortitur, quorum præcipua ſunt, amblyopia, myopia, nyctalopia, & acies veſpertina. Cæcitas vel à neruorum opticorum obſtructione abſoluta (& tunc amauroſis nominatur) vel à ſuffuſione integra, vel aliis humorum & tunicarum vitiis grauioribus exoritur: Amblyopia quæ Latinis viſus obſcuritas, hebitudo vel caligo dicitur, in qua non ſatis clarè*

clarè obiecta cernuntur, in quacumque diſtantia poſita ſint ab iiſdem cauſis ſed lenioribus producitur, in neruorum opticorum obſtructione imperfecta, ſuffuſione leui, ſpirituum inopia vel craſſitie, &c. Myopia Latinis luſcioſitas dicitur, in qua non niſi obiecta propinqua & ferè oculis admota cernuntur, diſſita verò minimè vel ſaltem imperfectè, vt ita affecti notos & amicos prætereuntes non agnoſcant: hæc iuxta vulgatam opinionem à paucitate & tenuitate ſpiritus viſorij generatur, qui à medij illuminati copia diſſipatur: contra verò, qui ſpiritus craſſos habent, remota melius vident, quia ſpiritus ille craſſus maiori colluſtratione indiget, quæ in maiore medij illuminati copia reperitur: ſed hæc doctrina iuxta mentem Autoris noſtri *falſiſſima eſt, & ex* Opticæ *ignorantia pullulat, cuius theorematibus apertè demonſtretur, quòd propter ſitum humoris cryſtallini diuerſum hæ viſionum diuerſitate emergant: cum enim ſpecies obiectorum per pyramidem in humore cryſtallino recipiantur, ad quem conus pyramidis protenditur, tunc ſi cryſtallinus ad anteriora & verſus pupillam magis vergat, obiecta remotiora meliùs videntur, quia vt conus pyramidis ad cryſtallinum perueniat & in eo terminetur, obiecta remotiora eſſe debent, quando autem ad oculum magis accedunt, conus pyramidis cryſtallinum tranſgreditur, & obiecta magis confuſa percipiuntur: Contra ſi cryſtallimus in profundo oculi magis ſitus & ab vuea tunica remotior ſit, obiecta oculis viciniora eſſe debent, vt conus pyramidis ad eum accedere valeat, vnde patet myopiam non aliter fieri quàm ex ſitu profundiore cryſtallini; hinc iſte affectus connatu-*

ralis

ralis nullo remedio ſuperatur. Affectus myopiæ contrarius, in quo obiecta remotiora melius videntur; plerumque ſenibus contingit, in quibus portio humoris aquei conſumpta eſt, vt cryſtallinus ad pupillam accedat: adde, quod à longa capitis inclinatione per vitæ decurſum in legendo, ſcribendo vel alia negotia tractando, humor cryſtallinus ſenſim ad anteriora vergat: Hæc ſpecillorum vſu demonſtrari Autor noſter *putat, ſiquidem myopiâ laborantes ſpecillis concauis iuuentur, à quibus radij ſpecierum viſibilium diſperguntur, & ſic efficiunt, vt conus pyramidis longiùs protendatur, atque res, quæ ob diſtantiam maiorem à myopicis percipi non poterat, poſtmodum percipiatur, protenſo nimirùm pyramidis cono vſque ad cryſtallinum, qui antè in pupilla vel humore aqueo deſinebat: ſenes è contra ſpecillis conuexis adiuuantur, quibus radij vniuntur, & conus pyramidis abbreuiatur, hinc res propinquæ melius cernuntur, quarum conus antea cryſtallinum pupillæ propiorem trangrediebatur: Nyctalopia ſeu nocturna cæcitas eſt, quando ægroti interdiu quidem ſatis, occidente ſole obſcurius, noctu autem nihil vident: hæc à ſpiritibus, humoribus, tunicis craſſioribus vel pupilla anguſtiore producitur: vnde maius lumen neceſſarium eſt ad rectè videndum, hinc ad ſolis occaſum vel noctu ad lucernam parum aut nihil vident. Veſpertina acies eſt, quando ægri obſcurius interdiu, ſed nocte melius vident: hæc oritur à tenuitate nimia ſpirituum, qui multo ſplendore diſgregantur, vel à pupillæ dilatatione, in qua nimium lumen interdiu oculum ingreditur, & viſionem lædit, noctu enim exiguum lumen magis illuſtrat, quàm in iis,*

qui

qui minus dilatatam pupillam ſortiti ſunt. Quomodo deprauatè, imminutè & abolitè viſio lædatur, diligenter exponemus, nam omnium oculi partium morbos ſigillatim cum Autore noſtro *explicabimus: dum enim omnes particulæ oculum conſtituentes ad viſionem conferunt, iiſdem partibus vitiatis etiam viſum male affici neceſſe eſt: componitur autem oculus ex tunicis, humoribus & neruo optico, ad quarum partium actionem ſpiritus animalis tanquam agens principale & vniuerſale concurrit. Hinc, vt earum partium morbos deſcribamus, à nerui optici vitiata conſtitutione ordimur, moxque ad humorum & tunicarum affectus progredimur: ſpirituum vitia vel à cerebro malè affecto dependent, & tunc alij ſenſus quoque læduntur, vel ab ipſius oculi morbis, quibus ſublatis ſpiritus debitam conſtitutionem recipiunt, vt peculiaris eorum tractatio neceſſaria non ſit: ſed in oculorum affectibus curandis, quibus viſio læditur, ea, quæ ſpiritus viſiuos reficiunt, & viſum confortant, perpetuò aliis remediis admiſcenda ſunt.*

Digitized by Google

CAPVT I.

De Gutta Serena.

SI viſio aboletur nullo ſenſibili vitio in oculis apparéte,amauroſis ſeu gutta ſerena affectus iſte nominatur:hæc generatur,quando ſpiritus animales è cerebro ad oculum tranſmeare nequeunt;cum autem illi à cerebro per neruos opticos in oculos influant,impedimentũ illius influxus in neruis opticis quærendum eſt:multis autem modis nerui optici afficiũtur, potiſſimùm autem obſtructione,adſtrictione & ſolutione continui:Obſtructio communiſſima eſt guttæ ſerenæ cauſa,quæ ab humore pituitoſo à cerebro in neruos illabente producitur,non ſecus ac alij nerui in paralyſi ab eodem humore ſæpius obſtruuntur,ita vt conſimiles affectus ratione illius obſtructionis dici poſſint:certum tamen eſt,hunc affectum ab adſtrictione & compreſſione neruorum opticorum etiam generari, quæ fieri poteſt tum ab humore pituitoſo circa neruos opticos collecto eoſque comprimente,tum etiam à ſanguine,pure, aliaue materia in eodem loco cumulata : vnde tumores quilibet in iis partibus geniti ſimilem affectum producere poſſunt ; experientia enim docet , cerebri inflammationi & phrenitidi in febribus malignis cæcitatem interdũ in vno oculo,interdum in ambobus ſuperuenire:hinc *Platerus l.1. obſeru. p. m.*108. refert,ſe cæcitatem obſeruaſſe,quæ *à tumore globoſo in cerebro neruos opticos cõprimente* ortum duxerat, quod per diſſectioné cadaueris poſt ægri obitum innotuit :

notuit: denique vulnera capiti inflicta, in quibus nerui optici præſcinduntur, ſine controuerſia efficiunt, vt ſpiritus animales ad oculos amplius influere nequeant.

Hic affectus inde dignoſcitur: oculi conſtituti in ſtatu naturali videntur, nullúmque vitium in iis conſpicitur, niſi quòd pupilla nigrior & amplior appareat: verùm in cauſarum differentiis diſtinguendis maxima difficultas eſt, etiamſi enim à ſanguine aut pure genitus affectus ex inflammatione, abſceſſu aut vulnere prægreſſo dignoſcatur; nullum ſignum tamen certum dari poteſt, per quod compreſſionem ab humore pituitoſo factam ab obſtructione dignoſcere poſſumus; coniecturâ tamen id aliquo modò aſſequi licet; quandoquidem in obſtructione ſolâ nervi optici ſolus oculus afficitur; ſi verò eiuſdem nervi compreſſio fiat ab humoribus pituitoſis circà oculorũ radices collectis, vtplurimum illa materia alias quoque cerebri partes occupat, & tunc reliqui ſenſus aut eorũ aliqui etiam lædũtur. Quod prognoſim ſpectat, ſi integra ſit viſus abolitio præſertim ab obſtructione nervi optici oriunda, plerũmq; immedicabilis eſt, quemadmodum etiam videmus obſtructiones aliorum nervorum, à quibus ſæpè paralyſis generatur, vix aut nunquam curari, præcipuè in iis, qui ætate prouecti ſunt: ſi autem imperfecta ſit obſtructio, quæ ſaltem viſus imminutionẽ efficiat, maior ſalutis ſpes apparet, licet ea non niſi magno cũ labore & longiſſimo remediorum vſu obtineatur: ſi affectus oriatur ab humoribus in anteriore cerebri parte collectis & nervos comprimentibus, tũc facilius curatur; digna annotatione hiſtoria eſt, quam

H expe

experientiſſimus *Fabricius Hildanus centur. V. obſeru.* 19.ſeq.verbis recenſet: *Dn.*Iacobus Maſſu, *Decanus ad S. Albanum in ditione Friburgenſium Helvetiorum homo* 34. *circiter annorum ætatis, obeſus & conſtitutione corporis pituitoſus, cum ante annos aliquot in cacochymiã incidiſſet, toto corpore, vti in Anaſarca fieri conſueuit, intumuiſſet & vomitorium validiſſimum ſumpſiſſet, eadem die imò & inter vomẽdum viſum planè amiſit, ſine dolore tamen & oculis manẽtibus claris: vitium enim circa exortum nervorũ opticorũ erat: manſit in hac cæcitate viginti quatuor circiter horas: ſequenti verò die poſt ſumptũ medicamentum, cum ſuperpurgatio per inferiora ſuperueniſſet, viſus in integrum reſtitutus fuit, vti egomet vidi cum Anno* 1623.4. *Martij apud S. Albanũ ipſius familiaritate vterer: Magnũ atq; excellentiſſimum vitrũ Dn.* Iohan.Sturmium, *p.m.ſolitum fuiſſe corpus per interualla vomitu expurgare, & proinde viſum in ſenectute amiſiſſe, ab iis, qui ipſum familiariter cognouerant, relatũ mihi fuit*: Hinc ſeq. ſeriâ admonitione ſuam obſeruationem concludit Tantus Vir. *Videant itaq; juniores Medici, ne temerè adhibeant vomitoria in corporibus pituitoſis & cacochymis præcipuè chymica propter ipſorũ violentiam: rariſſimè enim eos, quibus nervi optici obſtruũtur, viſum recuperaſſe obſeruatum eſt.* Etiam *Autor noſter* nonnullos ſubitò in maximam viſus imminutionem incidentes vidit, qui vacuationibus vniuerſalibus & revulſionibus intra quindecim dies ſanitati reſtituebantur: hinc è curationis facilitate coniecit, humorem non intra ſubſtantiam nervi impactum, ſed in cerebro tantùm circa eoſdem vernos congeſtum fuiſſe.

Ad

Ad huius morbi curationem materia nervis impacta vel adhærens; quæ obſtructionem efficit; euacuanda eſt, quòd fieri nequit, niſi prius vniuerſum corpus expurgetur: vt remedia methodo legitimâ præſcribantur, diæta huic morbo conueniens, moderatè ſiccans & attenuans primùm inſtituenda eſt: hinc aër ad caliditatem & ſiccitatem inclinet, è contra craſſus, frigidus, nebuloſus ac pluuioſus omninò vitandus eſt: cibi laudabiles boníque ſucci vſurpentur, ac illi omittantur, qui craſſum chylum generant, vide *exercit. de apoplex.* §. 3. ſedulò caueatur, ne tritico, vnde panis conficitur, lolium admixtum ſit, quod maximè viſui obeſſe tota antiquitas credidit, vnde apud *Comicum* ille, qui alteri viſum exprobrabat, *lolio*, inquit, *credo victitare te:* in ciborum condimentis præſertim nux moſchata vſurpetur, quæ viſum clarificat, cerebrúmque roborat: Ciborum quantitas moderata ſit, neque vnquam æger iis ſe immodicè repleat: cœna ſit parcior prandio, & in ſeptimana ſemel aut bis à cœna abſtinere vtiliſſimum eſt, menſâ finitâ æger puluerem aut tabulam poſt paſtum vſurpet, quas in *de exercit.* §. annotauimus: Vinum in hoc affectu non conuenit; quia ſpiritibus ſuis caput replet, & fluxionibus promouendis maximè idoneum eſt ideo ſeq. decoctum præſcribatur. ℞. *Rad chinæ.* ℥ß. *liquiriraſ.* ℥ij. *lig. ſaſſafr. rec.* ℥iij *ſem. aniſi* ʒj. *inciſa coq. in aq. font. ad menſuras duas*: ſed quia diuturnus eſt affectus & omnes tam longam vini abſtinentiam ferre nequeunt, ſi illud concedatur, tunc minùs generoſum eligatur: Nos tempore vindemiali ſeq. vinum medicamentoſum ex muſto recente parari jube-

mus: *♃. Rad. enulæ ℥vj. fœn. ℥iij. cort. arantior. ℥j. ß. herb. euphr. Mviij. beton. Miv. ſalu. chelid. major. roriſ. ã. Miij. cõciſa in xxx. menſur. muſti rec. infund. quod ſi deferbuerit, de illo cyathũ plenum & mane & apud prandiũ pro primo hauſtu euacuare conducit:* Somnus breuior ſit, meridianus fugiatur, exercitia moderata, ſint grauia animi pathemata intermittátur, & alvus libera ſeruetur, quæ ſi ſponte non cedat, ſeq. paſſulæ ordinentur: *♃. Fol. ſenn. el. ℥j ſem. fœnic. ʒiij. infund. per noct. in aq. euphraſ. ℥vj. beton. ℥iij. mane bull. par. cũ colat. coq. paſſul. minor. dilig. mundat. ℥iij. ſub finẽ adde ſacch. roſ. tabul. pulu. ℥ij. ol. ſtill. fœn. gt. xv. F. ſ. a. paſſulæ purgantes, de quibus cochlear plenũ horâ ante cœnã vſurpetur:* Inſtituta in hunc modum victus ratione curatio ab vniuerſali euacuatione incipienda eſt, ac primùm purgatio ſeq. medicamento inſtituatur: *e. g. pro viro XL. annor. ♃. Fol. ſenn. elect. ʒiij. ſem. fœnic. ʒj. ſal. tartar. ℈ij. aq. euphraſ. ℥iv. beton. ℥ij. infund. per noct. manè bulliant par. in colat. ℥iij. ſol. ſyr. roſ. ſimpl. ℥ß. aq cinnam. opt. ʒij. F. potio purgãs manè cũ regimine diætæ ſumẽda & aliquoties reiteradã:* Dein Medicus ſeriò perpendat, au phlebotomia inſtituenda ſit? quandoquidem ea ferè ab omnibus Practicis in hoc caſu reiiciatur, cum affectus ſit chronicus à frigida intemperie & materia pituitoſa oriundus, vnde metuunt, ne per ſanguinis euacuationem cerebrum magis refrigeretur, ſicque majorem pituitæ copiam generet, & ne cauſa morbi coniuncta magis incraſſetur, atque ita difficilius diſſipetur: verùm vt eorum ſententia in ſenibus & pituitoſo temperamento præditis locum habet, in iis tamen, qui aut juuenili ætate aut calido temperamento

mento prædití ſunt, admittenda non eſt, præſertim ſi notæ ſanguinis redundantis manifeſtæ appareant, tunc certè phlebotomia in brachio maturè inſtituta plurimùm conferet; ſi autem menſium ſuppreſſio hunc affectum fouerit, vena in pede apetiatur: Poſtea totum corpus ſequenti ſacculo euacuandum eſt. *℞. Rad. fœn. ℥iij. valerian. chelidon. maj. ã ℥j. ß. fol. euphraſ. cum floribus, Mß. beton. major. meliſſa. roriſ. ã. P j. fol. ſen. elect. ℥iij. turbeth. gummoſ. agar. rec. troch. ã. ℥iij. ſem. fœn. ℥iij. aniſi ℥j. ſal. tartar. ℥ß. cinnam. opt. ℥ij. ex inciſis & contuſis fiat ſacculus purgãs, cui menſura vini albi veter. affundatur, de qua cum regimine diæta alternis diebus manè jeiunus ager ℥vj. capeſſat:* Hoc finito ſequentes pilulæ purgantes etiam mane ſumantur: *℞. Extr. pilul. lucis maj. cathol. ã. ℈ß. magiſt. rag. jalap. gr. ij. ol. ſtillat. fœn. gt. ij. F. pilul. xiij. deaurentur*: Nos etiam *extract. pilul. cochiar. aurear. arabic. ſine quibus cum extr. cathol. mixtum* felici ſucceſſu vſurpauimus: *e. g. ℞. extr. pilul. aurear. cathol. ã. ℈ß. ol. ſtillat. fœn. gt. j. F. pil. xiij. deaur.* Reuulſionis & derſuationis cauſa cucurbitulæ cum & ſine ſcarificatione ſcapulis admoueantur: dein veſicatorium ceruici applicetur, poſtea fonticulus aut ſetaceum apponatur: Vſus tharmarum ſulphurearum & balneo & capitis irrigatione aliquando conducit, quoniam huiuſmodi aquæ ad frigidam humidamque capitis intemperiem corrigendam, pituitam abſumendam, & cerebrum corroberandum efficaciſſimæ ſunt; thermas conuenientes *in exercit. de paralyſi* § 4 nominauimus: præter vniuerſales euacuationes totius corporis, peculiares capitis etiam inſtitui poſſunt per apophlegmatiſmos, quibus pituita

ruita per palatum è cerebro elicitur: hi aut formą gargariſmatis aut maſticatorij præſcribuntur, vt *ſupra lib.* 1*.cap* 1. videre eſt. Errhina & ſternutatoria propemodum ad omnibus in hoc affectu damnantur, quia humores ad oculos attrahere putant; ſi tamen poſt exactam totiùs corporis & capitis euacuationem mitiora & benigniora per aliquot dies vſurpentur, illa iuxta *Autorem noſtrum* vtilia eſſe poterunt, ſiquidem materiam morbificam nervis opticis impactam ſenſim educere valent, neque ex profundioribus cerebri partibus quicquam ad partes anteriores eliciunt, alioquin in omni deriuatione, quæ eſt euacuatio per partem affectam aut ipſi vicinam, perpetuò metuendum eſſet, ne ad ipſam partem affectam attractio fieret, quæ tamen ab vniuerſalibus euacuationibus illam præcedentibus facilè impeditur. ℞. *Aq major.mell.roriſm.ã.℥j.ſucc.betæ rec. expr.℥ß.fiat errhinum.℞.Flor.lil.conuall.℈j.betonic. ℈ß.moſch.gr.j.fiat ſternut.* Neque ſufficit, purgatione vniuerſali totum corpus ab humoribus excrementitiis ſemel liberare, ſed ita toto curationis decurſu conſeruandum eſt, hinc congeſta excrementa purgationibus interpolatis educantur, quod nos pilulis ſequẽtibus vtiliter ſæpè præſtitimus: ℞. *Extr. pilul.lucis major.coch.cathol ã.℈j.arabic.ſine quibus aurear.n.℈ß.beton.euphr.ã.gr.v.ol.ſtillat.fœnic.gt.vj. F. maſſa ex ℈j. formetur pilul. xv. deaur.& addatur pulu cinnam.de quibus æger duabus ante prandiũ horis nouem ſumat cum regimine diætæ.* Dum hæc fiũt, cerebri & oculorum robori perpetuò inſiſtendum, variáq; medicamenta viciſſim vſurpanda ſunt, ne æger vnum aut idem continuè ſumendo faſtidiat,

ac

ac natura eidem remedio aſſueſcat: egregiè conducit *theriaca vetus*, cuius *drachma dimidia* bis aut ter in ſeptimana ad horam ſomni *cum aqua euphraſiæ* ſumatur. Etiam nux moſchata manè jeiuno ſtomacho dentibus diu attrita commendatur, vt vapor illius ad oculos deferatur: ſi propter viſcerum calorem illius deglutitio metuatur, illa poſt attritum rurſus expuatur. Sæpè de ſequenti electuario ad lubitum æger capiat: ℞ *Conſ. flor. euphr.* ℥ij *beton. roriſ. ã.* ℥j. *nuc. indic. cond.* ℥ß. *cort. arantior. condit.* ʒij. *ol. ſtillat. fœnic. gt. iv. cinnam. gt. ij. ſyr. poeon. q. ſ. F. electuarium*. Denique topica roborantia oculis admouenda paſſim proponuntur, quæ tamen nullius aut exiguæ efficaciæ ſunt, propterea quod eorum vires ad nervos opticos penetrare nequeant,

---

CAPVT II.

De humoris vitrei affectibus.

HVmor vitreus cryſtallino ſubjectus & ideo diaphanus à natura factus eſt, vt ſpecies limpidæ ad nervum opticum deferri poſſint, & ſi quid luminis cryſtallinum fugerit, in eo hebetetur, ne ab opaco & colorato vueæ corpore ad cryſtallinum reſiliat, nam hæc lucis repercuſſio viſionem interturbaret, quod *Riolanus lib.4. anthropogr. cap.4.* ante *nonneminem* monuit: quando igitur iſtius humoris vitrei perſpicuitas admixtione alterius humoris inquinatur, viſum imminui neceſſe eſt: Prætereà iſte humor ſitu vitiato laborare poteſt, ſi nimirùm quædam illius portio per ictum aut con-

ſuſionem ante cryſtallinum transferatur, tunc enim viſio obfuſcatur, quandoquidē humor vitreus aqueo craſſior eſt, atque ita ſpecies objectorum puræ ad cryſtallinum deferri nequeunt: Prior affectus nullis ſignis cognoſcitur, ſed ſola ratione judicatur, vitreus enim humor introſpici non poteſt. hinc Practici, cum in oculis nullum vitium apparet, eum cum gutta ſerena ſine vllo ægrotantium damno juxta *Autorem noſtrum* confundere coguntur, quoniam humores extranei in vitreum effuſi iiſdem remediis diſcutiuntur, quæ nos in *c. præced.* recenſuimus: Situs vitrei humoris vitiatus ex eo cognoſcitur, quod ille ſub pupilla albuminis inſtar appareat: à ſuffuſione tamen non facilè diſtinguitur, niſi cauſæ antecedentes diligenter aduertantur: ſuffuſio enim à ſimplici humorum influxu oritur; hæc autem humoris vitrei tranſpoſitio ab ictu & vulnere generari ſolet: Iſte affectus immedicabilis eſt, neque vitreus humor artis operâ ad priſtinum locum reducitur: id tamen forſan à natura fieri poteſt, cui totum negocium committendum erit.

CAPVT III.

De humoris cryſtallini affectibus.

CRyſtallinus humor, gemma oculi, præcipuum viſionis inſtrumentum præ cæteris oculi humoribus ſuam puritatem & perſpicuitatem retinere debet, vt viſio perfectè exerceatur: illum Natura totum pellucidum creauit, itavt ſi litteris ſcriptis

ptis imponatur ; ſpecilli modo maiores exhibeat, tantaquẽ huic vis ineſt ſpeculi, vt tam exiguum corpuſculum totam hominis imaginem reddat, quæ quamdiu in cryſtallino elucebit, non eſt augurium timendi mortem in ægritudine, inquit *Plinius*: cryſtallini figura rotunda quidem eſt non globoſa & anteriore parte plana, vt maiore ſpacio ſimulacra rerum omnium admittat, quibus excipiendis non eſt capax globoſa figura, vt *Galenus* docet, at poſteriore parte perfectam rotunditatem vitreo humori infixam habet, vt inter duos humores aqueum & vitreum cryſtallinus conſideat, ſed non propterea medium oculi locum occupat, nam extra centrum locatus pupillæ vicinus eſt, vt clarior & vberior viſio fiat, clarior, quia ſi profundius & altius ſimulacra penetrarent, obſcuriora viderentur, vt ea quæ aquis immerſa videmus ; vberior, quia ſi in centro ſtaret, maiorem partem eorum non cerneret, quæ intueri poteſt, vti hæc Summus ***Riolanus lib. 4. anthropogr. c.* 4.** ante *nonneminem* obſeruauit. Præcipuus cryſtallini affectus, quo illius puritas turbatur, eſt glaucoma, ſeu humoris cryſtallini in glaucum colorem mutatio : hic affectus oritur, quando humor cryſtallinus per exſiccationem condenſatur, quæ in ſenectute contingit concurrente tamen cauſa aliqua exſiccante & condenſante. Inde dignoſcitur, quod circa pupillam inſignis & profunda albedo appareat, omniaque tamen per fumum & nebulam videantur : difficilè à ſuffuſione diſtinguitur, quæ talem albedinem in pupilla etiam repræſentat, vnde nonnulli glaucoma cum ſuffuſione confundunt ; verùm diligenter introſpicientibus ex

eo iſti duo affectus diſcerni poſſunt,quod in ſuffuſione albedo in ipſa pupilla & ferè iuxta corneam, in glaucomate autem profundior appareat. Hic affectus immedicabilis eſt præcipuè in ſenibus, in quibus ſiccitas partium emendari nequit: ſi tamen non ſatis conſtet in cryſtallino affectum reſidere, ſed quædam ſuffuſionis coniectura adſit, tunc illius remedia *ſeq.cap.* notanda in vſum reuocentur.

Præterea humor cryſtallinus ſitu vitiato laborare poteſt, quando latiori ſua parte, quæ lentis inſtar compreſſa eſt, pupillæ foramini non rectà opponitur, ſed vel ſurſum vel deorſum inclinat; tunc enim res geminæ apparent, ſi vnus tantùm oculus hoc vitium patiatur, quia parallelus amittitur, qui in vtroque oculo idem eſſe debet, vt res à duobus oculis percepta eadem appareat: nam ſi in eadem planitie conſtituti non ſunt, tunc res geminæ videntur, quod facilè experitur, quicumque alterum oculum digito deprimit vel attollit, poſtea enim amiſſo parallelo res duplices apparent: hæc tamen viſionis deprauatio, per quam obiecta duplicia apparent, non ſolùm ex cauſa propoſita oritur, ſed etiam à vaporibus aut tenui pituita cryſtallinum inficientibus, à quibus dein ſpiritus viſiui diſcinduntur, vnde eiuſdem rei ſpecies in duobus locis recipiuntur, quod etiam ebriis contingere ſolet: ſecundò ſitus cryſtallini vitiatur, quando verſus anteriora aut poſteriora inclinat, ſi versùs anteriora & pupillam, tunc res propinquæ non rectè percipiuntur, meliùs verò diſſitæ, quod ſenibus plerumque contingit: ſi versùs poſteriora & neruum opticum, propinqua rectè videntur, diſſita minimè, & tunc

tunc fit myopia,quæ *in præfatione* explicata eſt, *ibidemque* dictum,hos affectus ſolis ſpecillis reparabiles eſſe : tertiò ſitus cryſtallini vitiatur, quando ille ad dextram vel ſiniſtram nimiùm inclinat , qui affectus ſtrabiſmus nominatur, cum pupilla rebus videndis non directè ſed obliquè opponitur, neque ipſa in medio oculi apparet, ſed ab eo declinat, ita vt in vna oculi parte plus albi quàm in altera appareat : hic affectus non ſolùm à cryſtallini ſitu vitiato ſed etiam ex praua muſculorum oculos mouentium diſpoſitione oritur,quæ vel naturalis eſt,vel à dictorum muſculorum paralyſi aut conuulſione producitur:ſed à quacumque cauſa efficiatur,ſi naturalis eſt, immedicabilis manet:ſi verò à prædictorum muſculorum paralyſi aut conuulſione fiat, medela horum affectuum ex *præcedentibus capitibus* deſumatur.

Denique ex maiore vel minore inuerſione humoris cryſtallini aliæ viſus deprauatione contingere poſſunt,quando nimirùm,quæ recta ſunt, curua videntur, vel quando obiecta quaſi inuerſa apparent, quod *Dn. Georgio Leuſchnero Sereniſſ. Elector. Saxonic. Archiatro* accidit, vti illud celeberr. *Sennertus lib.1.pract.medic.part.3.ſect.2. cap.45.* ſequentibus verbis refert. *Is cum forte ſcalam librum aliquem è forulis petiturus aſcenderet, oculoſque fortiùs ſurſum conuerteret,accidit,vt omnia ei poſtea inuerſa apparerent , & homines in platea in capite ambulare viderentur:adhibuit varia remedia, quæ tamẽ nihil profuerunt,durauitque hic affectus ferè quadrantem anni:poſtea cum fortè iterũ oculos ſurſũ conuertet,naturalis viſio rediit & omnia in recto ſitu vidit* : vnde patet, violento oculi motu cryſtallinum

è ſua

è ſua ſede deiectum, & poſtea ſimul motu ad eandem rurſus tranſmiſſum fuiſſe: ſed hanc cryſtallini mutationem ita contigiſſe *Autor noſter* exiſtimat, vt cryſtallinus humor ſic fuerit inuerſus, quòd pars illius anterior, quæ reliquis depreſſior eſt, pupillæ directè oppoſita non fuerit, ſed potius pars illius lateraria, quæ cum gibboſior & magis conuexa ſit, ſpecies obiectorum inuerſas repræſentare potuit, quemadmodum in ſpeculis rotundis obiecta inuerſa apparent: hoc etiam ex *opticæ* præceptis docet, quòd in medio conuexo & denſiore radij ſpecierum viſibilium ita refranguntur, vt ſeſe cruciatim interſecent, & qui à parte obiecti ſuperiore feruntur, eam vt inferiorem repræſentent: & vice verſa. Si minor humoris cryſtallini inuerſio fuerit, ita vt tum pars illius depreſſa tum cónuexa pupillæ aliquatenus opponatur, obiecta incurua apparere poſſunt; quamuis etiam alia ratione fieri queat illa viſus deprauatio, per quam obiecta incurua videntur; nempe ſi portio humoris cryſtallini pituitoſo humore ſuffundatur, tunc enim propter diuerſam cryſtallini tenuitatem & craſſitiem diuerſæ refractiones fiunt, quæ cauſæ ſunt illius deprauationis viſus, per quam obiecta incurua apparent; quod *Autor noſter* exemplo baculi demonſtrat, cuius media pars in aquam demerſa eſt, tunc enim incuruus apparet ex eo, quia portionis in aquam demerſæ ſpecies, quando ex aqua in aërem defertur, tanquam à medio denſiori ad tenuius, à perpendiculari refrangitur; portio autem, quæ eſt in aëre, non refrangitur, quemadmodum illa, quæ eſt in aqua, vnde fit, vt baculus incuruus appareat: eodem modo

do ſpecies obiecti, quæ in portionem cryſtallini denſiorem tranſit, magis refrangitur, quàm dum ad portionem illius tenuiorem fertur, quæ ſcil. in ſtatu naturali conſtituta & à pituitoſo humore nequaquam ſuffuſa eſt; atque ita propter varias refractiones obiecta incurua apparent: cum autem in horum affectuum curationibus remedia nihil conferant, fruſtra in illis inquirendis oleum & opera perditur.

CAPVT IV.

De humoris aquei affectibus ac imprimis de ſuffuſione.

HVmor aqueus in anteriori oculi parte poſitus eſt, vt inſtar propugnaculi obiectus cryſtallino ſplendorem externi luminis affatim irruentem obtundat & tanquam conſpicilium rerum ſimulacra cryſtallino maiora repræſentet, ſic videmus eos, qui in minutiſſimis operibus occupantur, ampullam vitream aquâ limpidiſſimâ plenam lumini obiicere, vt radiorum à tergo collectione res minimas diſtinctiùs accuratiuſque cernant, quod *Riolanus lib.4. anthropogr.c.4.* ante *non neminem* obſeruauit: Sunt, qui partem oculi viuentem & ſpermaticam, alij excrementum ex cryſtallini nutritione genitum eſſe volunt: *nonnemo* quid ſtatuendum ſit, diu hæſitauit, poſteaquam autem apud *Riolanum* legerit, quod humor aqueus in pullo punctione oculi extractus intra quindecim dies regeneretur, humorem excrementitium eſſe fateri oportuit:

portuit : ſic etiam in hominibus humorem albugineum renaſci ex *Galeno, Beniuenio, Langio & Varolio* Magnus *Riolanus ibidem* confirmat : Humor iſte aqueus à ſua naturali conſtitutione deiicitur, cum quantitate vel qualitate peccat:dum quantitate peccat,præter modum augetur vel imminuitur,& pupillæ dilatationem aut conſtrictionem efficit ; qui affectus ſuo loco exponentur ; ſi qualitate peccat ; craſſior euadit, quod ab humore extraneo ad eum affuſo accidit,& morbus ſuffuſio nominatur, de qua hîc ſermo noſter erit : Licet autem *Galenus lib.* 1. *de ſymptom. cauſ. c.* 2. ſuffuſionem ſine humoris excrementitij affluxu à ſola humoris aquei *denſatione* interdum fieri doceat, tamen quia hoc rariſſimè contingit, & imaginatione potiùs quàm artis vſu dignoſcitur,ac talis affectus immedicabilis eſt ; illâ omiſsâ, de ea, quæ fit ab humoris excrementitij affluxu,tantùm agemus. Hæc autem *Græcis* ὑπόχυμα, *Latinis* ſuffuſio, *Arabibus* aqua, vulgò cataracta nominatur : nonnulli hæc nomina diſtingunt,vt varios huius morbi gradus ſignificent : quippe incipientem affectum, in quo leuis quædam viſus caligo contingit,ſuffuſionem vocant:cum vlterius progreditur morbus, & aliquid in pupilla collectum aquæ inſtar apparet,aquam peculiariter nominant ; denique ſi materia in pupilla omnimodè concreta eſt & viſionem prorſus aufert, cataractam dicunt.

Suffuſio fit ex ſeroſi vel pituitoſi humoris collectione in illud ſpacium,quod inter corneam & cryſtallinum eſt ; cum autem in illo humor aqueus contineatur, hic affectus iuxta *Autorem noſtrum* aliquo modo inter morbos aquei humoris recenſeri poteſt,

poteſt. Sed hæc veræ ſuffuſionis cauſa eſt: alia tamen ſuffuſio ſpuria datur, quam vapores à ventriculo aliiſque partibus in oculos tranſlati producunt: à capite etiam vapores ad oculos tranſmitti & ſuffuſionem ſpuriam efficere *Galen.lib.4.de loc. affect. cap.* 1. docuit: quamuis autem hæ duæ ſuffuſionis differentiæ inter ſe diſtinctæ proponantur, vt plurimum tamen complicatæ ſunt nam legitimæ ſuffuſioni ſpuria complicari ſolet; quia vapores à partibus inferioribus ad cerebrum tranſlati facilè ad eas capitis partes deferuntur,quæ à morbo aliquo debilitatæ ſunt: quod inde patet, quia omnes ſuffuſione laborantes minùs læduntur, & peſpicaciùs vident matutinis horis quàm meridianis & veſpertinis; quia nimirùm à prandio & cœna multi vapores ex ventriculo ad oculos eleuantur, & viſum conturbant: imo experientia docet, in hiſce ægrotis viſum eſſe hebetiorem & caliginoſiorem ſtatim à paſtu,quàm paucis poſt horis ab ipſo: præterea omnes ſuffuſione laborantes referunt, ſibi in aëre corpuſcula quædam volitantia velut culices, muſcas,pilos,telas aranearum & ſimilia videri, quæ à vaporibus craſſis ad oculum tranſlatis & in eo ſeſe commouentibus fiunt: Licet enim exiſtimetur, huiuſmodi repræſentationes dependere à particulis craſſioribus pituitoſi humoris in oculo contenti & ſuffuſionem efficientis; hoc tamen *Autori noſtro* credibile non eſt, quia oporteret humorem illum pituitoſum ſuffuſionis cauſam perpetuò moueri in oculo, vt ſpecies illas corpuſculorum in aëre volitantium repræſentare poſſet, quod rationi penitus aduerſatur: potiùs veriſimile eſt, vapores in perpetuo

humor reſidet : Ratione craſſitiei maioris vel minoris maior vel minor viſionis læſio officitur; ſi enim tenuis & ſeroſus humor exiſtat (à quo ſuffuſionem fieri & *punctione diſcuti Galen. lib* 13. *method. meden. cap. vlt.* docuit) viſio parùm imminuitur ; & ſuffuſio incipiens nominatur; ſi craſſior paulò, viſionis obſcuritas maior, ſi verò craſſiſſima fuerit, cæcitas omnimoda emergit : Ratione quantitatis & loci, vel humor totam pupillam occupat, & tunc viſio æqualiter læditur, quocunque modo ad obiecta dirigatur : vel vnam partem pupillæ magis quàm alteram poſſidet, & tunc obiecta directo intuitu non integra nec vno tempore multa apparent; ſi humor perexiguus medium pupillæ occupet , obiecta feneſtrata cernuntur : ſi materia diuulſa & in varia corpuſcula varias pupillæ partes occupantia diſtincta fuerit , culicum ſpecies ante oculos verſantur, vide *Galenum lib.* 1. *de ſympt. c.* 2. Aliæ differentiæ etiam ratione loci vel ſitus materiæ deſumi poſſunt : quod ſcil. aliquando materia in ipſo uveæ foramine iuxta corneam tunicam ſita eſt, aliquando inter uveam & humorem aqueum, interdum ipſi aqueo humori permixta eſt, ac denique nonnunquam inter cryſtallinum & aqueum jacet. Poſſunt & quædam differentiæ à figura materiæ deſumi , etenim iuxta variam humoris pupillæ adjacentis figuram ægris in aëre volitantes culices, pili, telæ aranearum , circuli circa candelam & alia repræſentantur.

Diagnoſis huius affectus eò dirigenda eſt, vt primò legitima ſuffuſio à ſpuria diſtinguatur , & poſtea variæ ſuffuſionis differentiæ proponantur :

I. Vera ſuffuſio plerumque alterum oculum occupare ſolet, aut ſi vtrumque, non tamen ſimul nec ſimiliter; quod in ſpuria accidit. II. In legitima ſuffuſione tenebricoſum quid in pupilla apparet, quod in ſpuriæ non contingit: hoc tamen ſignum perpetuum non eſt, ſi enim à tenui & ſeroſo humore ſuffuſio generetur, cum ille aqueo ferè craſſior non ſit, in oculo nulla immutatio apparet: vnde nonnunquam decepti Medici ſuffuſionem non agnoſcentes guttam ſerenam adeſſe exiſtimant, cum nempe nullam in pupilla mutationem percipiant, ſed hæc ſuffuſio à gutta ſerena facilè diſtinguitur: Primò quod in gutta ſerena viſio vel abolita aut valde imminuta ſit, & in oculo nulla læſio appareat; contra in ſuffuſione, quæ ſenſui non patet, leuis eſt viſus imminutio, quia humor ſeroſus, à quo illa producitur, tenuis & διαφανὴς eſt, ita vt à ſpeciebus objectorum vitri inſtar penetrari poſſit: Secundò quòd vtplurimum in ſuffuſione viſio in omnibus pupillæ partib. non æqualiter lædatur, ſed objecta aliquando directè oculis oppoſita, aliquando versùs angulum collocata, meliùs videantur, quia nimirum maior eſt vtplurimùm humoris craſſities vel tenuitas in vna pupillæ parte quàm in altera: III. In vera ſuffuſione ſyptomata continua ſunt: in ſpuria autem per interualla augentur & remittuntur, prout vaporum ἀναθυμίασις maior vel minor ad cerebrum fertur: ſic ſtomacho ieiuno ſymptomata minora ſunt quàm eo cibis repleto, tunc enim maior vaporum copia ſurſùm attollitur, qui ad oculos tranſlati culices, muſcas, aranearum telas & alia huiuſmodi corpuſcula viſui per interualla

repræ

repræſentant, attamen quia ad eos, dum oculi à vera ſuffuſione debilitati ſunt, continua vaporum tranſmiſſio fit, ideo etiam propemodum huiuſmodi corpuſculorum in aëre volitantium apparitio continua eſt: præterea in vera ſuffuſione viſus caligo continua eſt,& ſemper eodem modo ſe habet, vt omnia obiecta velut per nebulam aut vitrum denſum conſpiciātur,quod huius affectus proprium & pathognomicum ſymptoma eſt: in ſpuria ſuffuſione nunc maior nunc minor & aliquando ferè nulla eſt viſus obſcuritas; prout vapores vel maiori vel minori copiâ vel nullo modo ad oculos transferuntur: Denique vera ſuffuſio breui tempore incrementum ſuſcipit, & plerumque intra ſex menſes confirmata euadit, interdum etiam paucis diebus creſcit, hinc refert *Fernelius lib. 5. de part. morb. & ſympt. cap. 5.* quod *interdum viderit omnino craſſam atque conſummatam ſuffuſionem vno die congeri:* hoc etiam *Autor noſter non ſemel* obſeruauit: ſpuria autem ſuffuſio per multos annos ſæpe ſine incremento perſeuerat. Veræ ſuffuſionis Differentiæ ſequentibus ſignis diſtinguuntur: In ſuffuſione incipiente corpuſcula quædam vt pili, culices, muſcæ volitantes, lanarum aut aranearum fragmenta oculis obuerſantur: ſi incrementum ſumit, aër nebuloſus videtur, & obiecta quaſi per vitrum denſum conſpiciuntur,color pupillæ immutatus eſt, quæ vel turbida vel nebuloſa aut vitro contaminato ſimilis aut colore cæruleo infectâ apparet: quando perfecta ſuffuſio eſt, viſus omnino perit, pupillæ color albus aut alio colore tinctus conſpicitur: etiam ex colore aliqua ſigna deſumuntur, color enim mar-

garitæ ſimilis pituitam adhuc fluidam & diaphanam, gypſeus craſſam & compactam ſignificat ; citrinus pituitam cum bile , niger cum humore melancholico mixtam indicat : Locus ſuffuſionis inde dignoſcitur, quòd pupilla, ſi materia inter uveam & corneam jacet, magis caliginoſa conſpiciatur , quoniam materia oculo intuentis propinquior eſt : deinde pupilla dilatata ab humore in ea contento diſtenditur : in affectu confirmato albæ & virides fibræ aut ſtriæ ſuprà iridem protenſæ conſpiciuntur, aut puncta quædam albicantia circa pupillam apparent : ſi materia inter cryſtallinum & uveam contineatur , contraria prædictis indicia adſunt ; pupilla anguſtior apparebit , ſi profundior materia ; amplior , ſi minus profunda erit : Prognoſis huius affectus pro variis illius temporibus variat : *ὑπόχυμα ἀρχόμενον incipiens ſuffuſio* , in qua ægri obiecta diſcernunt , & per nebulam conſpicere videntur, *nonnunquam certis obſeruationibus* diſcutitur : vide *Gal. lib.14. method.med. cap.vlt. & Celſum lib.6. medic. cap.6.* §.35. quæ tamen ſententia reſtrictione indiget, ſi nempe oculi non nimirùm debilitati fuerint, & æger in ætate florenti conſtitutus ſit ; in ſenibus enim hi affectus immedicabiles manent : *Autor noſter* in ſuffuſionis principio nonnullos etiam quinquageſimum annum prætergreſſos, ſola euacuatione uniuerſali , diæta ſudorifica & veſicatorio ſine vlla topicorum applicatione ſanitati reſtituit. Curatio feliciùs ſuccedit in aëre calido & tẽpore æſtiuo, quia pori tunc aperti ſunt, & materia morbifica obſequentior redditur : ſi ex febre acuta, peripneumonia, phrenitide aut intẽſo dolore capitis ſuffuſio

proue

proueniat, difficillimè tollitur: ſuffuſio confirmata, vt materia iam concreta ſit, ſola punctione curari poteſt, hæc tamen operatio, vbi ſuffuſio acu in oculum immiſſa ad inferiores illius partes deprimitur, iuxta *Autorem noſtrum* ſemper tuta nō eſt & ſæpius malè ſuccedit: vel enim uvea tunica laceratur, aut ex dolore & inflammatione fluxio noua in oculum iam diu debilitatum cauſatur, & alia incommoda contingunt, quibus viſio in perpetuum ſæpe aufertur: ſed cum nonnunquam hæc operatio ſuccedat, ab iis tentari poteſt, in quibus nulla alia curationis ſpes ſuperat, ſatius enim eſt, iuxta communem *Celſi* ſententiam, *anceps remedium quèm nullum experiri.* Οἷς εὐρυνέσθαι συμβαίνει τὴν κόρην μύσαντος θατέρου τῶν ὀφθαλμῶν, τούτοις μὲν ἐλπὶς ὄψεσθαι παρακεντηθέντας. Οἷς δὲ οὐκ εὐρύνεσθαι, τούτων οὐδεὶς οὐδεπώποτε εἶδεν, οὐδ' ἂν ἀνωδυνώτατά τε καὶ μάλιστα χειρουργηθῶσιν. *Quibus altero oculo clauſo pupillam dilatari contingit, illis adminiſtrata compunctione viſum recipiendi ſpes eſt, quibus autem non dilatatur, horum nemo vnquam viſum recepit, etiamſi illis minimo cum dolore & optimè compunctio adminiſtrata ſit*, verba ſunt *Galeni lib.1. de ſymptom. cauſ. cap.2.* quia neruus opticus obſtruitur, & ſpiritus ad pupillam peruenire nequit: licet autem altero oculo clauſo pupilla dilatetur, æger acu immiſſa viſum nihilominùs non acquiret, ſi lumen non percipiat, quia ſpiritus viſiuus, turbidus & obſcurus, ad viſionem ineptus eſt: Suffuſio nigra & omni ſplendore orbata nec medicamentis nec chirurgia tollitur. quia viſorij ſpiritus deſtructi ſunt: pellucida vero curationem admittit: plerūque etiam non curatur ſuffuſio viridis,

dura, obſcura, multùm citrina, & quæ hydrargyrum colore & mobilitate repræſentat: Suffuſio, quæ obiecta feneſtrata offert, non attingatur, cum enim materia in centro pupillæ conſiſtat, periculum eſt, ne acu immiſſa mox tota pupilla impleatur, & integra viſionis iactura fiat. Operatio, quæ per acus immiſſionem fit, feliciùs ſuccedit in oculo pleniore & naturalem magnitudinem ſeruante, ſi verò oculus minor & marcidus fuerit, illa omittatur: in ſenili & puerili ætate prædictam operationem exercere non licet; in illa morbus immedicabilis, in hac humor immaturus eſt: curationi aptiſſima ætas eſt iuuenilis & conſiſtens: Oculo digitis compreſſo ſi ſuffuſio nonnihil diffluat, & latior aliquantulum appareat, poſtea ad priſtinam magnitudinem & figuram reuertat, operatio Chirurgica non ſuccedit, quia ſuffuſio adhuc tenuis & cruda eſt, ſi verò digitis compreſſa nullam figuræ mutationem patiatur, tunc matura eſt & acu decutitur: Notandum tamen, iſtam ſuffuſionis, quam vocant, maturitatem ſeu concretionem moderatam eſſe debere, vt deponi facilè poſſit: hinc inſtar pelliculæ ſit, quæ acu circumuoluitur, & ad inferiora oculi deponitur: ſi enim craſſior ſit, decuti non poteſt; hoc inde dignoſcitur, quòd colore ſpeciem gypſi aut grandinis referat: econtra, quæ mediocrem maturitatem nacta eſt, colorem cœli, maris, ferri aut plumbi non admodum nigri repræſentare ſolet.

Suffuſionis curatio ad coniunctam & antecedentem cauſam dirigatur: primò totum corpus & præcipuè cerebrum exactè euacuandum, mox humor pupillam obſtruens diſcutiendus eſt: quas indica-

tiones

tiones cum fermè ad guttæ ſerenæ curationem propoſuerimus, eadem remedia, quæ victus rationem, totius corporis euacuationem, humoris peccantis reuulſionem, capitis & oculorum robur reſpiciunt, hic etiam adaptari poſſunt, vt fruſtranea repetitione opus non ſit: Quibus præmiſſis ad ea remedia veniendum eſt, quæ peculiarem materiæ iuxta pupillam contentæ eductionem concernunt: & quamuis topica remedia plus promittere quàm præſtare exiſtimetur, attamen legitimus eorum vſus reiiciendus non eſt, nam probatiſſimorum autorum experientia confirmat, quod ſuffuſiones incipientes præmiſſis præmittendis vſu topicorum aliquoties ſublatæ fuerint: Primò à mitioribus reſoluentibus incipiendum eſt, quæ non valdè exſiccant, ne materia ſuffuſionis induretur & reſolutioni inepta euadat: illis emollientia admiſceantur, vt prædicta induratio impediatur & reſolutio faciliùs perficiatur: in hunc finem fotus ſequens ab initio vſurpetur: ℞. *Herb. euphraſ. cum floribus, P ij. chelidon. min. verbenæ, ã. P j rutæ, flor. chamæm. melil. ã. P. ß. ſem fœnic. aniſi ã. ʒij. fœnigr. lini ã. ʒj. coquantur in vini albi veter. & aq. font. ã. ℥vj. cũ colat. oculi manè & ſerò ſpongiâ molli foueantur.* In ipſo morbi principio, dum fluxio incipit, & reuellentia remedia vſurpantur, oculos ſimpliciter vino rubro auſtero fouere conducit, quod adſtrictione ſua fluxionem impedit ac ſpiritibus ſuis reſoluit: Multa collyria vſurpare *Autor noſter* ſuperuacaneum eſſe putat, cum tota illorum virtus in cornea tunica ferè abſumatur, neque ad interiores partes penetret, niſi acrimoniâ inſigni prædita ſint, vnde dolores in oculis excitãtur, & fluxio ad

xio ad illos magis promouetur, hinc nonnulli iuxta relationem *Autoris noſtri* ex immodico collyriorum fortiorum vſu in omnimodam cæcitatem prolapſi ſunt: Nos in ſuffuſionis principio egregios effectus ſequenti collyrio præſtitimus. ℞. *Aq. euphraſ.* ℥j.ß. *verbenæ chelidon. fœnic. ã* ℥ß. *troch. alb. rhaſ. ſine opio* ℈j. *Miſce, vſurpetur tepide*: Clariſſimus *Quercetanus lib.* 1. *pharm. dogmat. reſt. c.* 7. *croci metallor.* ʒj. *aq. euphraſ. & fœnic. ã* ℥iij. mixtam ſummè commendat; cui *Roderic. à Fonſeca tom.* 1. *conſult. medic.* 19. ſubſcribit: Nos illo ita vtimur: ℞. *Croci metall* ℈j. *aq. euphr.* ℥j.ß. *fœnic. verbenæ chelidon ã.* ℥ß. *infund. per* 24. *horas, poſt filtr. per chart. in col ſol. troch. alb. rhaſ. ſ. o.* ℈j. *F. collyrium*: Nonnulli fella animalium cõmendant, quia potenter abſtergunt & diſcutiunt, ſed quoniam acrimoniâ ſuâ dolorem excitant, *Autor noſter* illa improbat. Quando nullis medicamentis cataracta diſſolui valet, vltimum remedium eſt Chirurgica operatio, per quam acu in oculum immiſsâ ſuffuſionem efficiens materia in pelliculam conuerſa ad inferiores oculi partes decutitur, apertáque veluti feneſtrâ viſus recuperatur: quæ operatio feliciter aliquando, pluries infeliciter ſuccedit, ita vt inde aliqui viſum totaliter amiſerint: quádo tamen nulla alia viſionis recuperandæ ſpes ſuperat, ſatius eſt, vt ſuprà cum *Celſo* diximus, anceps remedium quàm nullum experiri: hæc autem operatio propter incertum euentum à Chirurgis ordinariis non adminiſtratur, ſed ab Operatoribus vulgò dictis, qui frequentiùs ſeſe in illa exercitarunt, de cuius operationis methodo vide *Celſum lib.* 7. *medic. cap.* 7. §. 14. & *Fabricium ab Aqua pendente part.* 1. *oper. chirurgic. cap.* 16.

cap.16. Curata ſuffuſione ſiue reſoluentibus medicamentis ſiue operatione Chirurgica per longum tempus prophylaxi incumbendum eſt, quia periculum recidiuæ maximum imminet, oculi enim ex longo affectu debilitati ad fluxiones è cerebro recipiendas maximè diſpoſiti ſunt: idcirco purgationes frequentes inſtituantur, fonticuli ad fluxionis auerſionem continuò geſtentur, & oculos roborantia frequenter vſurpentur, qualia in *gutta ſerena cura* propoſuimus: Præterea viſus conſeruationi ſpecilla plurimùm conferunt, quæ obiecta, prout naturaliter ſe habent, neque maiora neque minora repræſentant: Tandem in fine huius capitis aquæ noſtræ ophthalmicæ compoſitionem ſubnectere non ſuperuacaneum erit, quæ ad viſionis corroboratione͂ intrinſecè & extrinſecè vſurpata non contemnendos effectus producit: ℞. *Spiritus euphraſ.* ℔iiij. *radic.valer.chelidon maior.fol.verben.roriſmar.omn. recent. nuciſtæ opt.cinnam.opt.ā.*℥ß. *fol.rutæ rec.ſem. aniſi fœnic.ā.*ʒij. *ſummit.cum florib.euphraſ.ſelectiſſ. recent.quant.infundi poſſunt,infund.per noct.vaſe bene perlut. mane per B. M. leui igne deſtillentur, & ſpiritus ſeruetur ad vſum.*

CAPVT V.

De dilatatione Pupillæ.

VVea tunica variis morbis obnoxia eſt, ac præcipuè ruptionem, diſtorſionem, dilatationem & conſtrictionem pati conſueuit. Ruptio fieri poteſt tum à cauſa externa vt percuſſione & contuſione,

lumen viſioni neceſſarium copiâ mediocri oculos ingredi & ad illius receptionem pupillæ latitudo moderata eſſe debeat.

Præternaturalis dilatatio pupillæ producitur, vel à primo ortu, quæ immedicabilis eſt, vel poſt ortum à cauſis aduentitiis, quæ vel internæ vel externæ ſunt: Internarum proxima eſt tenſio uveæ tunicæ; illa autem tenſio vel à ſiccitate vel à repletione fit: ſiccitas uveam tendit & foramen pupillæ amplius efficit, quemadmodum in coriis perforatis cum exſiccantur, patentiora foramina conſpiciuntur; oritur autem ſicca illa intemperies à vigiliis diuturnis, febribus, aliiſque cauſis exſiccantibus. Repletio uveæ tunicæ, dum eam omni ex parte diſtendit, ampliorem pupillam efficit, quæ producitur vel à flatibus & vaporibus in oculum tranſmiſſis, vel ab humoribus in eundem confluxis, vel ab aqueo humore ſupra modum aucto, vel denique à tunicæ ipſius uveæ tumore: His cauſis addere poſſumus conuulſionem uveæ tunicæ, quæ in paroxyſmis epilepticis præcipuè apparet, cum enim tunc omnes partes neruoſæ & membranoſæ diſtendantur, uvea etiam tunica ſuam diſtenſionem patitur, & hæc manifeſtò apparet in puerorum conuulſionibus epilepticis, in quibus ſæpè tanta fit pupillæ dilatatio, vt totam ferè iridem occupet, & inde aliquoties viſio prorſus aboleatur, quid autem per iridem intelligendum ſit, primus eleganter oſtendit *Riolanus lib. 4. anthropogr. cap. 4.* Cauſæ externæ ſunt percuſſio, caſus ab alto, vel ſpiritus retentio vt in parturientibus & tibicinibus: percuſſio & caſus fluxionem ad oculos promouent, vnde diſten

diſtenſio pupillæ; ſpiritus retentio ad oculos flatus & humores impellit, à quibus etiam diſtenſio producitur. Iuxta *Riolanum d.l.* pupilla derepente ſine maximo dolore contrahi & dilatari non poteſt, ſic per ſolem iter facientes ad tenebricoſum locum illico diuerſi cæcutiunt, nam pupilla ob ſolis feruorem coarctata repentino tenebrarum occurſu dilatari nequit, hinc *Dionyſius* Siciliæ Tyrannus, referente *Galeno lib.*10. *de vſu part.* domum ſplendidiſſimam calce incruſtatam ſuper carcere conſtruxit, vt homines, quos in carcere obſcuro diutiſſimè detinuerat, ex profunda caligine in ſplendidiorem locum protruſi obcæcarentur.

Diagnoſis huius affectus difficilis non eſt, ſiquidem pupillæ dilatatio oculis conſpiciatur, præſertim ſi ante morboſam conſtitutionem amplitudo naturalis pupillæ Medico innotuerit, tum etiam ſi cum latitudine pupillæ mediocritatem excedente viſionis læſio adfuerit: præterea naturalis amplitudo pupillæ dignoſcitur, ſi clauſo vno oculo alterius pupilla magis dilatetur, quod non fit in dilatatione morboſa, quoniam tunica uvea à cauſa præternaturali dilatata amplius diſtendi nequit: denique dilatatio pupillæ in vno tantùm oculo apparens vnicum ſolummodò oculum affici ſignificat. Quod ad prognoſim ſpectat: pupillæ dilatatio hæreditaria immedicabilis eſt, quæ autem poſt natiuitatem accidit, difficilè curatur, & inprimis illa, quæ à ſiccitate producitur, quæ verò ab aliis cauſis fit, ſi adhuc recens eſt, curam admittit; cum affectus oculorum recentes ex communi doctrina curationem recipiant, inueterati verò nunquam aut

aut ſaltē difficillimè tollantur. Curatio pro varietate cauſarum mutetur: ſi à ſiccitate oriatur, cum vix illud à cauſa interna contingat, niſi totum etiam corpus eadem intemperie afficiatur, ideo remediis & alimentis humectantibus atque analepticis totum corpus reficiendum eſt, qualia in febre hectica vſurpantur: peculiariter verò corpus balneo aquæ tepidæ & lactis recenter mulcti humectandum, atque lac muliebre in oculos frequenter inſtillandum eſt: ſi fiat ab humore oculum replente, cum ille à capite defluat, illud & totum corpus euacuandum, mox humor oculis impactus erit diſcutiendus, quæ remediis pro ſuffuſionis curatione propoſitis ſufficienter abſoluuntur, etiam ſequens collyrium optimè conducit: ℞. *Roſar.rubr.tutiæ præpar.ā.*℈j. *ſpodit* ℈ß. *F.puluis ſubtiliſſimus, vnde nodulus ex panno lineo raro conficiatur, & in aq.roſar.*℥iij. *infundatur, hæc aqua frequenter in oculum inſtilletur, & toties nodulus exprimatur, quoties aquam vſurpare velis.* Si fiat à flatibus, poſt vniuerſales euacuationes medicamenta vſurpentur, quæ in toto corpore & ipſis oculis flatus diſcutiunt: hinc oculi ſequente decocto foueantur: ℞. *Fl.roſar.rubr.P*j.*ſemin.fœnic.*ʒiij. *aneth.*ʒj.ß.*aq.peculi roſ.*℥iiij.*vini albi vet.*℥ij.*coq.ſ.a. vſque ad* ℥iiij.*colat.*detur ad vſum: ſi denique à percuſſione fiat, pro magnitudine contuſionis varianda curatio eſt: præſens inflammatio inſtar ophthalmiæ tractetur, aliàs *aq.flor.fabar.roſar. & plantagin.* vſurpetur. *Autor noſter* ſanguinem columbinum frequenter inſtillari iubet, quem omnibus oculorum vulneribus ac contuſionibus tanquam excellens remedium extollit.

CAPVT VI.

De Pupillæ Anguſtia.

PVpillæ anguſtia quemadmodum dilatatio viſui etiam officit, vt *cap. ſuperiori* diximus, quandoquidem moderata pupillæ amplitudo neceſſaria eſt ad ſpecies viſibiles perfectè recipiendas: ſic quando in ſtàtu naturali, dum oculus in loco ſplendidiori poſitus eſt, pupilla conſtringitur, ne lumen nimium recipiat, poſtea ſi ſubitò in obſcuriorem locum transferatur, propter dictam anguſtiam res in eo contentæ primo ingreſſu vix aut parùm videntur; dein quando pupilla dilatata eſt, omnia ritè percipiuntur: igitur in loco mediocri luminis capaci pupillæ latitudo mediocris eſſe debet, vt mediocre lumen ad viſionem rectè efficiendam recipiat: ſi verò pupilla debitò anguſtior ſit, ſufficiens lumen non recipit, ideo in iis, qui hoc vitio laborant, viſio imminuta eſt: illi tamen in loco valde lucido rectè viſionem exercent, quia tunc ſufficiens lumen per anguſtum foramen ingreditur, niſi alij oculorum morbi cum hoc affectu coniungantur.

Anguſtia pupillæ oritur vel à prima confirmatione & tunc parùm nocet, ſi enim ea affecti minus vidět in loco obſcuro aut mediocriter lucido, quàm debitâ pupillæ latitudine præditi; in loco tamen lucido meliùs & perſpicacius vident: hinc *Galen. lib.1. de ſympt. cauſ. cap.2.* dixit, eos, qui ἐκ γενετῆς, *à natiuitate* anguſtam pupillam habent ὁράσεως ὀξυτάτης *viſus acutiſſimi* eſſe: Vel ſit anguſtia pupillæ à cauſis præternaturalibus nempe nimia humiditate,

tate, ſiccitate, defectu humoris aquei, & ſpirituum inopia: ab humiditate fit anguſtia pupillæ, quando ab eadem tunica uvea relaxatur, & relaxata foramen anguſtius efficit: licet enim ab eadem humiditate fiat pupillæ dilatatio, non tamen contrarij effectus ab eadem cauſa fiunt, quia vt cauſa eadem dici poſſit, eodem modo ſe habere ad ſuum effectum debet; at humiditas non eodem modo ſe habet, quando dilatationem facit, hanc enim replendo & diſtendendo membranam afficit, ſed relaxando anguſtiam cauſatur: diſtendit, quando in illius capacitate continetur, relaxat, quando ſubſtantiæ illius imbibitur. Eadem difficultas naſcitur de ſiccitate, quam inter cauſas dilatationis pupillæ recenſuimus: ſed hæc eſt differentia, quando uvea tunica ab humoribus in debita quantitate permanentibus exſiccatur, tunc pupillæ dilatationem facit, cum tenſionem ſuam, quam antea habebat, non amittat, quemadmodum (vt *præcedenti capite* dictum eſt) in coriis perforatis, cum exſiccantur, potentiora foramina conſpiciuntur: ſin autem uvea tunica exſiccata corrugetur & concidat, vel propter defectum aut imminutionem humorum oculi priorem tenſionem amittat, tunc pupillæ foramen anguſtius efficitur: Hinc conſtrictio pupillæ à ſiccitate eadem ferme eſt, quæ à defectu humoris aquei contingit, quamuis hæc etiam ſine exſiccatione fieri poſſit, dum aqueo humore effuſo tunica uvea concidat: denique ex ſpirituum defectu anguſtia pupillæ producitur, quando propter obſtructionem nerui optici vel aliam cauſam ſpiritus viſorij ad oculum influere non poſſunt, qui illis repletus

pletus tunicarum ſuarum tenſionem conſeruat, è contra iiſdem deficientibus tunicæ relaxantur & concidunt, vnde pupillæ conſtrictio euenire ſolet; hoc in ſenibus apparet, in quibus propter ſpirituum defectus pupilla anguſtior efficitur.

Hic affectus ſatis manifeſtus eſt, ſi enim vnus tantùm oculus afficiatur, alterius comparatione anguſtia pupillæ dignoſcitur: ſin vterque oculus laboret, ſanorum hominum oculos inſpiciens pupillas ægroti anguſtiores mox comperiet: quod prognoſin ſpectat, pupillæ anguſtia, quæ ab humoris aquei jactura procedit, immedicabilis eſt, quandoquidem ille ſemel effuſus præcipuè in grandioribus regenerari nequit; qui tamen aliquando in pueris effuſus propter vulnus reparatur, vide *Riolanum d.l.* à ſiccitate conſtrictio pupillæ producta vix aut difficillimè ſaltem curari poteſt: illa verò, quæ ab humiditate oritur, ſi adhuc recens, facilè, ſi inueterata, difficulter ſanatur.

Curatio huius affectus à præcedente non variat, cum ab iiſdem cauſis producantur, nimirùm ſiccitate vel humiditate, quæ intemperies, quamuis contrarios effectus modo antè explicato pariant, iiſdem tamen remediis auferendæ ſunt.

CAPVT VII.

De Albugine ſeu macula & aliis corneæ coloribus mutatis.

NAturalis corneæ conſtitutio euertitur, quando perſpicuitatem ſuam amittit, vel colore alieno

alieno inficitur:Perſpicuitatem ſuam amittit, quando craſſior euadit: craſſeſcit autem cornea tunica vel per exſiccationem,vt in ſenibus,quæ affectio irreparabilis eſt; vel a b humoribus craſſis in eam impactis, quod frequenter in ophthalmia contingit, quando vel à nimio reſoluentium medicamẽtorum vſu tenuiores humorum partes diſcutiuntur,& craſſæ remanent, vel importuna refrigerantium vſurpatione humores denſantur, tunc non ſolùm craſſior euadit cornea tunica in ea parte, cui humor ille impactus eſt, ſed etiam album colorem contrahit, vnde leucoma ſeu albugo nominatur:fit etiam talis affectus à cicatrice relicta ex vlcere, vnde cornea denſior redditur,& perſpicuitatem ſuam amittit.

Variæ ſunt illius differentiæ, provt alia magis alia minùs craſſa eſt; alia corneæ ſuperficiem occupat, alia in profundo conſiſtit, & totam corneam penetrat; alia major eſt, & totam pupillam vel maximam illius partem obſidet, alia minor & exiguum pupillæ ſpatium comprehendit, ac tunc propriè macula nominatur: Cornea etiam alieno colore inficitur, quando ſanguis in eam effunditur, qui affectus ſigillatio nominatur, tunc omnim objecta rubra apparent; vel quando bilis in eam ſe inſinuat, quod Ictericis contingit, & tunc objecta flaua eſſe videntur, quod tamen de magna bilis in corneam effuſione intelligendum eſt, ſi enim tantùm leuiter cornea tincta fuerit,vti plerúmque contingit(major enim bilis receptio juxta *Autorem noſtrum* in tunica adnata quàm in cornea fit)tunc objecta colore flauo minimè infecta, ſed naturaliter ſe habentia cònſpiciuntur. Hi affectus peculiari dia-

gnoſi non indigent,quia viſum incurrunt;ſpeciatim albugo,quæ craſſior eſt, magis albicat,& viſum offendit,ſic etiam ſuperficiaria magis albeſcit,quæ autem profundior eſt, ad nigredinem declinat,vtpote propior vueæ tunicæ,quæ cum nigra ſit,aliquid coloris illi communicat : Cauſæ eam producentes ex antecedentibus facilè dignoſcuntur, ſi nempe ophthalmia,vulnus aut vlcus præceſſerit:quòd prognoſin ſpectat, albugo recens, quæ à pituita vel humore craſſo propter ophthalmiam relicto oritur,facilè curatur : ſed quæ à cicatrice relicta eſt, difficillimè tollitur,quandoquidem exquiſito ſenſu donata pars, remedia acriora ad tollendam cicatricem idonea,vix tolerare poteſt.

Curatio albuginis, quàm humor pituitoſus in cornea concretus produxit, emollientibus, attenuantibus & diſcutientibus remediis perficitur, præmiſſis tamen vniuerſalibus, quæ ſublationem cauſæ antecedentis reſpiciunt, & nouum humoris influxum ad oculos prohibent, qui facilè proritari poſſet à topicis remediis,præcipuè illis,quæ acrimoniam quandam aut nimiam calefaciendi vim poſſident : Hinc primùm vniuerſales euacuationes, reuulſiones & deriuationes inſtituendæ ſunt, quas in cura *ſuffuſionis & guttæ ſerenæ* annotauimus : Poſtea ad materiæ concretæ emollitionem fotus ex decocto ſequent.cum ſpongiis mollioribus admoueatur: *℞.Rad.alt.ʒij.fol.chelidon.euphr.ā.Mj.malvæ Mß. flor.melil.Pj.ſem.fœnigr.lini,fœn.ā.ʒij.aq.font.℥xiv. coq. ad reman. ℥x. colat. detur ad vſum* : mox diſcutientia remedia vſurpentur, qualia in *ſuffuſionis curatione* deſcripſimus, illa enim hic etiam plurimum

mum conferre poſſunt: collyria attenuantia & humorem oculo impactum reſoluentia inde deſumantur: aqua mellis deſtillata etiam ſola vſurpata multum præſtat ad omnes oculorum maculas extergendas; ſi illa aliquandiu continuetur, cuius diuerſas deſtillandi formulas vide apud experientiſſimum *Schroderum lib. 5. pharmac. medic. chym. claſſ. 4.* Alij admiſcent huic aquæ deſtillat. aquam euphr. chelid. fœnic. inde *Amatus Luſitanus centur. 5. medic. curat.* 53. ſeq. hiſtoriam proponit: *Puella annos nata duodecim, quæ concepta vtero materno fuerat eo tempore, quo pater morbo gallico laborabat, morboſa erat: cæterum hæc poſt ebibitum decoctum guajaci ligni, in oculorum nebulas craſſas, ob deſtillationem à capite, incidit: pro quibus delendis à repurgato corpore & rubi viticoſi decocto ad viginti dies ebibito, non admodum ſubtili victus ratione conſtituta hoc remedio vſi ſumus, & ſana euadit: ℞. Mellis ex ipſo fauo ℥vj ſummit. fœnic. flor. ſambuci, euphr. ā. P ß. ſacchar. cand. ℥j. in duplici vaſe vitreo fiat deſtillatio ſecundũ ordinem chymicũ, ex qua nebulæ ſæpius innungebãtur, & tandẽ ſanata eſt.* Albugo ſeu macula à cicatrice producta iis remediis curatur, quæ cicatricem emollire, attenuare, ac diſſoluere poſſunt: cum autem ea, quæ illam conterunt, acrimoniâ non careant, majori cura vniuerſales euacuationes ac revulſiones præmittendæ ſunt; ne fluxio humorum ad partem attrahatur: quibus vſurpatis fotum emollientem adhibere conuenit, quem ſupra propoſuimus, dein abſtergentia & diſcutientia remedia admoueantur, primò leniora, quæ etiam ſupra annotauimus, præſertim aqua mellis: poſtea ad fortiora

veniendum, qualia ſunt fella lucij, perdicis, galli, ſucci chelidonij maj.centaur.min.anagallid.&c.quæ melli permiſceantur, tum quòd mel abſtergendi & diſcutiendi vim poſſideat, tum etiam, quia liquores in oculum infuſi ad canthos diffluunt,nec in pupilla morantur, in qua eorum actio deſideratur; ſed melle inſpiſſati facilè pupillæ adhærent: Si tamen eorum mordacitas tolerari nequeat, dicta fella aut ſucci mucilagine gummi tragac. aut cydon. extract. cum aq.fœnic. euphraſ.aut alia opththalm. inſpiſſari poſſunt:ſugillationem ſeu colorem oculi rubeum ex ſanguine effuſo productum conuenienter tollit περιστερᾶς ἐνσταζόμενον αἷμα καὶ μάλιστα τὸ ἐκ τῶν ἁπαλῶν πτερῶν ἐκπιεζόμενον· καὶ τὸ λευκὸν τοῦ ᾠοῦ τὸν αὐτὸν τρόπον ποιεῖ εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἐγχεόμενον. ἔτι δὲ ἐρίῳ καθαρῷ προσαναλαμ βαιόμενον καὶ ἄνωθεν ἐπιτιθέμενον:*Columba inſtillatus ſanguis & maximè è teneris pennis expreſſus: etiam albumen oui eodem modo in oculum inſtillatum, quin etiam lanâ mundâ exceptum & supernè impoſitum*, teſte *Galeno lib.4. de compoſ medicam. ſec. loc. cap.*8. §.6. Alij quoque lac muliebre inſtillare jubent: ſi affectus contumax fuerit, decocto ſupra propoſito oculus foueatur: denique ea omnia,quæ pro ſuffuſionis medela indigitauimus, hic vſurpari poſſunt: *Galenus noſter*, quando rubor ad nigredinem inclinat,hyſſopum *dic.loc.*commendat: ὑσσώπου κόμην λείαν λαβὼν εἰς λινοῦν ῥάκος, καθεὶς εἰς ζέον ὕδωρ πρόσαγε τῷ ὀφθαλμῷ: ἀκολουθεῖ γὰρ τὸ αἷμα ὥστε ἐκ τοῦ ὀθονίου ἐκπιέζεσθαι ἐκ θλιβόμενον: *Hyſſopi ſummitates tritas illigatas lineo panniculo in feruentem aquam demittito oculóque admoneto:ſequitur enim cruor, ſicut ex linteolo compreſſo extundi poſſit:* Tandem

color

color flauo ictericorum, qui in oculis apparet, curato morbo ſponte diſcutitur, ſi tamen illius diſſipationem accelerare petis, *Autor noſter* ſuffitum aceti oculis excipere mandat.

CAPVT VIII.

De Opthalmia.

TVnica adnata ita corneæ conjuncta eſt, vt quamplurimi affectus vtramque tunicam occupent: ſic oculorum inflammatio, licet tunicæ adnatæ propria ſit, ad corneam tamen non rarò extenditur, in eáque varios affectus producit, vlcera, hypopion, albuginem, &c. Sic etiam puſtulæ, alij tumores, vulnera & vlcera vtrique tunicæ communia ſunt, ita vt omnes harum tunicam affectus ſeorſim tractari nequeant: ideo *Autor noſter* adnatæ tunicæ affectus aggreditur, priuſquam vlterius corneæ morbos examinet: Ab ophthalmia igitur incipiens dicit, illam ab omnibus Autoribus pro tunicæ adnatæ ſeu conjunctivæ inflammatione vſurpari, hæc Latinis lippitudo nominatur: vide *Cornel. Celſ. lib. 6. de medic. cap. 6.* & *Dan. Sennert. lib* 1. *Med. Pract part.* 3 *ſect.* 2. *cap.* 12. Hæc inflammatio, provt major vel minor eſt, triplicem differentiam ſortitur: prima *τάραξις* perturbatio oculi, opthalmia leuis dicitur, quæ à cauſa externa oritur, nempe ſole, fumo, puluere, &c. ſed nihil impedit, quin etiam à cauſa interna oriatur, vitio ſc. ventriculi poſt ingurgitationem vini aut alios errores, adeſt leuis inflammatio cum exiguo rubore & miti

dolore, quæ tamen in veram ophthalmiam vt ſecundam differentiam ſæpè degenerat: perfecta ophthalmia ſemper à cauſa interna generatur, quæ eſt inflammatio vera cum tumore, rubore & dolore; ſin autem tanta adeſt inflammatio, vt palpebræ ſimul afficiantur, & quaſi inuertantur, nec claudi poſſint, albúmque ſupra oculi nigrum intumeſcat, vel etiam illi obducatur, vt nigro ſubſidente & albo rubeſcente eminens velut hiatus in oculo appareat, χήμωσις dicitur, & hæc eſt tertia differentia, quæ pueris & oculos prominentes habentibus propter magnam plethoram & pituitoſos humores iuxta *Autorem noſtrum* ſæpius contingit: dein etiam ophthalmia diuiditur in humidam & ſiccam: de humida jam diximus, quæ cum lacrymarum effuſione coniungitur: Sicca, quæ ξηροφθαλμία nominatur, & in ſicciori æſtate vel autumno contingit, oritur à bile vel melancholia aduſta, & cuius pars humida conſumpta eſt, vnde nullas lacrymas emittit: hæc rurſus ab adiunctis diuiditur, ſi enim fit cum pruritu, ψωροφθαλμία dicitur, ſi cum duritie palpebræ, σκληροφθαλμία vocatur: Aliquando iuxta *Galen. lib. 2. de different febr. cap.* 11. ophthalmia periodica datur; huic valdè obnoxij ſunt, qui caput calidum & humidum oculóſque debiles fluxioni recipiendæ idoneos habent; in iſtis autem, poſtea quam frequenter per multos annos ophthalmiâ diſcruciati ſunt, oculi tandem contabeſcunt, & acies videndi prorſus deficit, vnde tabida ophthalmia nominatur, vel potius ophthalmia in oculi tabem degenerat: Denique deſumitur differentia à cauſa proxima & immediata, quæ eſt fluxio vel conge-

ſtio:

ſtio: per fluxionem vtplurimum ophthalmia fieri ſolet: aliquando tamen per congeſtionem generatur, ſi nimirum aliqua intemperies ſeu imbecillitas coniunctiuæ acciderit, ex qua ὁμοίωσις in parte non rectè exercetur, ſed multa excrementa congeruntur, à quibus pars ſe eximere ſufficienter non poteſt, vnde inflammatio ſuccedit.

Cauſa ophthalmiæ coniuncta eſt ſanguis bilioſus aut melancholicus in oculos defluens, vel in iis per congeſtionem cumulatus: Fluxionis cauſæ ſunt multiplices, tum externæ tum internæ, etiam vulgo notiſſimæ: Congeſtionis cauſæ ſunt illæ omnes, quæ oculos intemperie aut imbecillitate afficiunt, ita vt ophthalmia, quæ à ſola fluxione initium duxit, ſucceſſu temporis partem debilitans illius coctionem vitiet, ac dein partim à fluxione partim à congeſtione generetur, quod in chronica ophthalmia plerumque contingit: Cum autem ophthalmia per viam fluxionis generatur, illa vtplurimum à capite deriuatur: quamvis etiam experientia doceat, contumaces ophthalmias ab hepate non rarò exoriri, humoribus ab eo in oculos confluentibus, ita vt tunc cauteria occipitio admota morbum foueant, quæ alioquin fluxioni à capite oriundæ cōducerent, tunc enim humorum motus ad caput magis promouetur: Hinc *Autor noſter* vidit, ſæpè veteres ophthalmias nullis remediis cedentes clauſo fonticulo, qui diu in occipitio geſtatus fuit, breui & ſponte deſiiſſe: Fluxio, quæ à capite oritur, illa vel à partibus interioribus ad oculos defertur, nempe per venas & arterias, quæ ſub cranio exiſtunt; vel à partibus exterioribus, quod

frequentiùs contingit, per venas & arterias ſcilicet, quæ à pericranio per frontem & tempora ad coniunctiuam deferuntur.

Diagnoſis ophthalmiæ faciliima eſt, quoniam ſanguis in coniunctiuam effuſus oculis ſubiicitur: quando rubor ſine tumore apparet, & ab externa cauſa gignitur, ταραξις dicitur: ſi præter ruborem tumor & calor cum lacrymis adfuerit, vera ophthalmia nuncupatur: tandem quando hæc omnia ingraueſcunt, vt palpebræ quaſi inuertantur, χήμωσις appellatur: Signa cauſarum ſequentia notamus: ſi à phletora affectus producatur, tunc & in adnata tunica & in tota facie rubor apparet, dolor adeo vehemens non ſentitur, venæ amplæ nec lacrymæ adeo mordaces ſunt. Si à ſanguine biliofo oriatur, acrimonia lacrymarum adeſt, vt oculi quaſi vri videantur, dolor pungens & ferè intolerabilis ſentitur, tumor parvus cum rubore ad citrinum colorem vergente conſpicitur, ac exercitationes immodicæ, ira, bilis effuſio, & acrium eſus præceſſerunt. Si ab humore pituitoſo malum generetur, rubor, calor, dolor cum ſenſu grauitatis eſt remiſſior, nec lacrymæ mordent, niſi pituita ſalſa commiſceatur, & palpebræ noctu inſtar viſci conglutinentur, vt vix aperiri poſſint. Si ab humore melancholico originem trahat, noctu non adeo palpebræ conglutinantur, lacrymæ adſunt paucæ, tumor parvus, morbus contumax & temperamentum melancholicum obſeruatur: Si per vaſa & membranas internas humor affluat, dolor profundior vehementiórque capitis ad oculorum radices pertingit: ſin per vaſa exteriora fluxus irruat, dolor

lor externus, diſtenſio venarum frontis & pulſatio in temporibus ſentitur: Prognoſis reſpicit ophthalmiam imminentem vel præſentem: Imminens lippitudo inde cognoſcitur, quòd pruritus aut punctura in oculis cum calore percipiantur: adde diſpoſitionem oculorum ad fluxiones recipiendas, ſic qui oculos prominentes habent, huic affectui magis ſubiiciuntur: his conſtitutio temporum accedit, vt *Hippocr. ſect.* 3. *aphor.* 11. docet: Ophthalmia in vno oculo incipiens ad alterum ſæpius tranſire conſueuit. Dolor oculorum valde diuturnus malus eſt, cauſæ enim contumaciam & periculum arguit, ne ſuppuratio aut exulceratio ſuccedat: Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν: *Lippitudine laborantem alui profluuio corripi, bonum.* iuxta *ſect. 6. aphor.* 17. Nam cauſa mali antecedens deorſum retrahitur & euacuatur, ideo Medicus per catarctica hunc affectum curare debet: plura vide apud *Cornel. Celſ. l. c.*

Ad ophthalmiæ curationem cauſæ externæ primùm remoueantur: tum antecedens euacuetur, reuellatur, repellatur, coniuncta deriuetur ac diſcutiatur, & pars affecta corroboretur: quibus adimplendis indicationibus tria medica inſtrumenta more ſolito adaptanda ſunt. Aër ſit temperatus ac purus, expers fumi, pulueris ac ventorum, obſcurior etiam & tenebricoſior, ne oculi ſplendore offendantur, ſpiritibuſque agitatis fluxio concitetur: linteolum nigrum, viride aut cœruleum oculo obducatur, quem æger cum ſano clauſum habeat, quia ſanus oculus, dum ad obiecta mouetur, ægrum etiam commouet, vnde doloris incrementum:

Victus ſit refrigerans & humectans, ex alimentis euchymis, elixis potiùs quàm aſſis, ſorbilibus potius quàm ſolidis, ne per inciſionem dentium oculi exagitentur: vide *exercitat. noſtr. de apoplex.* §. 13. Vitentur acria, ſalſa, multis aromatibus condita & vapida, quæ caput replent; tum quæ in bilem facilè conuertuntur, vt lac, ſaccharum, mel & omnia dulcia ad nimiam quantitatem ſumpta: vinum in principio non conuenit, cuius loco decoctum refrigerans vſurpetur: *e.g.* ♃. *Rad. acetoſ. fragar. liquir. raſ. ā. ℥ii. inciſa coq. in aq. font. q. ſ. ad me menſuras duas.* Somnus valde vtilis eſt, quia oculus à motu quieſcit, qui dolorem & fluxionem irritat; tum ſomno dolor ſedatur, & materia morbifica concoquitur, æger capite eleuato dormiat, & in latus magis ſanum inclinet: Omnis motus corporis prohibendus & quies imperanda eſt, quæ tantoperè vtilis, vt *Celſus d. l.* etiam *primo die à ſermone* abſtinere iubeat: aluus aperta ſeruetur, quæ ſi ſponte ſingulis diebus non cedat, pruna noſtra vel pilulæ *Benedictinæ* ordinentur, quarum compoſitionem *in exercit. de apoplexia d.* §. attulimus: tandem vehementia animi pathemata & præſertim exacerbationes intermittantur. Victus ratione hoc modo inſtitutâ Taraxeos curatio primùm exponenda eſt: cum illa à cauſis externis plerumque oriatur, iſtæ ſtatim ſubmouendæ ſunt, ne morbum foueant & in ophthalmiam conuertant: mox paretur *collyrium ex aq. roſar. & plantag.* quod ſæpe in oculum inſtilletur, & panniculus lineus in eo madefactus applicetur: eodem tempore æger ſomno indulgeat, qui ad materiam morbificam concoquendam & diſcutiendam

dam præſtat: ſi his affectus non tollatur, ad veræ ophthalmiæ remedia confugiendum eſt, quæ ad ſequentis methodi normam vſurpentur: Præmiſſo, ſi placet, clyſtere ſtatim ab initio morbi è directo partis affectæ venæſectio inſtituenda & repetenda eſt, donec ſufficiens euacuatio & reuulſio facta fuerit: Hinc *Auicenna* apud *Autorem noſtrum* monet, quòd in vera ophthalmia ſanguinem vſque ad lypothymiam mittere liceat, & *Galen. lib. de curand. rat. per ſanguin. miſſion. c. 16. cuiuſdam* διοικοῦντος τὰ πράγματα *Oeconomi* hiſtoriam refert, qui à grauiſſima ophthalmia liberatus eſt, poſteaquam *Galen.* primùm *αἵματος λίτρας γ ſanguinis libras tres*, & quatuor horis elapſis adhuc libram vnam ipſi educere demandauerit: hinc eſt, quòd *idem Galenus* in præced. *cap.* 14. dixerit: ὀδύνας τε πολλάκις ὀφθαλμῶν ἰσχυροτάτας ἐντὸς ὥρας μιᾶς ἔπαυσεν ἡ καθ' εὐθὺ φλεβοτομία τῆς ὠμιαίας καλουμένης φλεβὸς τεμνομένης: *dolores oculorum grauiſſimos ſæpè intra vnicam horam compeſcuit venæſectio è directo, quam humeralem vocant*: hoc certè vix contingere potuit, niſi magna ſanguinis copia detracta fuerit, nam illo tempore venæſectiones *μέχρι λειποθυμίας vſque ad animi deliquium* inſtituebantur, vt ex fine *huius capitis* colligere licet: ſed hæc ſanguinis miſſio moderanda eſt iuxta temperaméti, ætatis, ſexus, virium & ſpeciei ophthalmiæ rationem: Si ſanguis in toto corpore redundet, primùm baſilica vel mediana; dein cephalica aperiatur: ſin autem ſanguis minori copia peccet, ſtatim cephalica tundatur, quamuis in electione venarum, ſi vna vel altera vena Chirurgo manifeſtè non appareat, non anxiè deliberandum ſit: vide

quæ

quæ *ſuprà lib.1. c.11.* annotauimus. In illis autem, quibus aliqua conſueta per hæmorrhoidas aut mẽſtrua ſanguinis euacuatio ſuppreſſa eſt, venæ inferiores aperiantur, aut hirudines hæmorrhoidibus affigantur: poſteaquam ſufficiens ſanguinis copia per venæſectionem detracta fuit, vlterius reuulſio per cucurbitulas ſcapulis affixas molienda eſt. Quando θερμὸν αἷμα καὶ ἀτμῶν μεστὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρεται, καὶ πληθύνῃ μάλιστα κατὰ τὰς ἀρτηρίας, *calidus ſanguis & vaporum plenus in caput transfertur, ac maximè in arteriis redundat*, atque ibi ophthalmiam excitat, χρησιμώτατον εὕρηται βοήθημα τοῖς ἰατροῖς ἡ ἀρτηριοτομία *vtiliſſimum remedium Medicis inuentum eſt arteriæ ſectio*: verba ſunt *Galen. lib.13. M. M. c.22.* videantur annotata ſuperius *lib.1. ſub finem cap.16.* Veſicatoria poſteriori ceruicis parti admota etiam in hoc affectu excellenter conducunt: ſi ſanguinem ſufficienter detraxeris, blandæ purgationes inſtituẽdæ ſunt, vt humores præſertim bilioſi euacuentur, qui ſanguini feruorem & impetum cõciliarunt: *e.g. pro viro 30. annorum. ℞. Tamarindor. ℥ß. aq. euphraſ. cichor. ā ℥iv.ß. coq. vſq; ad remanent. ℥vi. in quar. colat. infūd. folior. ſenn. elect. ʒiii. ſem. fœnic. ʒi. agar. rec. troch. ℈ii. rhabarb. opt. ʒi. ſtent infuſa per noct. mane exprimãtur ad. aq. cinnam. opt ʒii. F. potio ad diatæ regimen ſumenda.* In ophthalmia pituitoſa pilulæ ſæpius præſcribuntur, nempe *extr. pilul. luc. mai. aurear. cochiar. arabic.* quæ licet in ſtatu morbi magnam vtilitatẽ præſtent, in principio tamen illis abſtinere ſatius eſt, ne vehemente medicamento humores commoti partẽ affectã magis irruant: *e.g. pro viro eodem ℞. Extr. pilul. luc. maior. aurear. catholic. ā gr. vii. ol.*

ſtillat.

ſtillat.fœnic.gt.i.F.pilul.vii.deaur.ſumant. mane cum regimine diætæ. Vel ℞. *Extr.pilul.cochiar.arabic.catholic. ã.gr.vii.ol.ſtillat.fœnic.gt.i. F.pilul.vii.deaur. & mane eod.modo ſumantur:* Vnica purgatio nō ſufficit, ſed ea ſæpius repetatur; ſi morbus chronicus fiat, tunc etiā humores peccantes iulepis conuenientibus præparentur, imprimis ab initio morbi humorū feruores iulepis & emulſionibus refrigerantibus attemperare conducit: iulepus & emulſio talis eſſe poteſt: ℞. *Aq.cichor.euphraſ.ã.℥iii.ſyr.berber.citri ã. ℥i.ß. F.iulepus pro duabus doſibus:* ℞. *Amygd.dulc. rec. exc. ℥ß. ſem. cucum. melon. ã. ʒii aq.acetoſ.euphraſ.ã ℥iv.ſacchar.roſ tab. ℥ß.F.amulſio pro tribus doſibus.* Præmiſſis vniuerſalibus iſtis euacuationibus & reuulſionibus ad topica veniēdū eſt: ſed cautiores Practici monent, ne primis ſtatim diebus collyria repellentia oculis admoueantur, quoniā plerumque humorē in oculos impetu ruentē retinent, & dolorem cum inflammatione adaugent: Hinc *Galenus comment.ſect.6. aphor. 31.* τῶν ὀφθαλμικῶν ἰατρῶν τινὰ τῶν τότε ὄντων ἐν ῥώμῃ τὸν δοκιμώτατον *quendam ex Ocularibus Medicis tunc in vrbe Roma ſpectatiſſimum* reprehendit, cui ab initio ſtatim κολλυρίῳ τῶν ἐμπλαστικῶν τε ἅμα καὶ ἀνωδύνων χρῆσθαι *collyrio meatus obducente & dolorem ſedente vtendum eſſe* videbatur, οἷα τότε διὰ ψιμμυθίου πεπλυμμένου καὶ ἀμύλου καὶ μήκωνος συντιθέμενα· μάλιστα γὰρ ἂν οὕτως ἀνασταλήσεσθαι τὸ ἐπιῤῥέον ἤλπιζε διὰ τῶν ἐμπλαστικῶν· ναρκωθήσεσθαι τε ἅμα διὰ τῶν ναρκωτικῶν τὴν αἴσθησιν, ἐγὼ δὲ ἐξ ἀρχῆς ὑπόπτως ἔσχηκα πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν φαρμάκων, ὅτε γὰρ ἀναστέλλει τὰ σφοδρὰ τῶν ῥευμάτων, ἀλλ' ἐκκρίνεσθαι κωλύει· καὶ διὰ τοῦτο δριμέων μὲν ὄντων αὐτῶν, ἑλκοῦσθαι συμβαίνει τὸν

κερατοει

κερατοειδῆ· πολλῶν δὲ διατείνεσθαί τε καὶ παροξύνεσθαι σφοδρῶς, ὥσπερ ῥηγνυμένου· ἐφ᾽ οἷς εἰ μὴ καὶ μεγάλως εἴη ναρκωτικὸν τὸ φάρμακον, ἀφορήτους συμβαίνει εἶναι τὰς ὀδύνας. εἰ δ᾽ οὕτως εἴη ναρκωτικὸν, ὡς καὶ τῆς μεγίστης φλεγμονῆς ἀναισθήτους, ἐργάζεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀναγκαῖον ἐστὶν ἅμα κακοῦσθαι τὴν ὀπτικὴν δύναμιν, ὡς κατὰ τὸ παύσασθαι τὴν ὀφθαλμίαν, ἢ παντελῶς ἀμυδρὸν, ἢ μηδ᾽ ὅλως αὐτοὺς ὁρᾶν, ἅμα δ᾽ ὑπολείπεσθαί τινα σκιῤῥώδη διάθεσιν ἐν τοῖς χιτῶσι δυσίατον. *Quæ ex ceruſſa lota amylo & papauere componũtur: ſic enim maxime per emplaſtica* Ocularius iſte Medicus *ſperabat inhibere, quod influebat, & ſimul ſenſum torpeſcere per ſtupefactoria: ego autem ab initio* (dixit *Galenus*) *talia medicamenta ſuſpecta habui, neque enim vehementes fluxiones reprimunt, ſed excerni impediunt, hinc ſi humores acres fuerint, corneam exulcerari contingit, ſi verò multi* abſque acrimonia humores influant, cornea *extenditur ac vehementer irritatur, quaſi illa rumperetur: è quibus niſi medicamentum fuerit maximè ſtupefaciens, intolerabiles dolores accidunt; ſin autem fuerit adeo ſtupefaciens, vt inde oculi maximam inflammationem non ſentiant, neceſſe eſt, ſimul facultatem viſoriam damno affici, vt* ægroti *ceſſante inflammatione aut prorſus debiliter aut omninò nibil videant, ſimulque pradurum aliquem affectum difficulter medicabilem* in oculorum *tunicis relinqui.* Huic *Auicenna lib. 3. fen. 3. tract. 1. cap. 9.* ſeq. verbis ſuffragatur: *Oportet in quantum poſſibile eſt, vt retardetur in ophthalmia collyriorum adminiſtratio vſque ad tres dies:* & paulò poſt. *Oportet vt in principio non adminiſtrentur inſpiſſatiua fortia, & quæ ſunt vehementer ſtiptica, quoniam inſpiſſant tunicas & prohibent reſolu*

reſolutionem & magnificant dolorẽ,& propriè quũ dolor fuerit fortis. Non tamen iuxta *Autorem noſtrum* ita exactè dierum numerus præfiniendus eſt,cũ morborũ tempora in quibuſdã breuiora in aliis longiora eſſe conſueuerunt : hinc ſi dolor ita vehementer vrgeat, vt etiam ad oculos magis magiſque fluxionẽ promoueat,tunc anodyna leniora oculo admoueantur,inter quæ lac recens præſertim muliebre ſanum primas tenet,quod ſæpè mutetur,acidum enim oculo infenſum eſt:Huic oui albumen agitatũ ſuccedit, quod dolorem ſiſtit & fluxionem leniter cohibet : cum *mucilagines ſemin.pſillij,cydonior.fœnigr.* quàm facillimè acorem contrahant, illas magni non facimus:quod ſi dolor quaſi intolerabilis fiat,ad narcoticã fugiendũ eſt, quæ tamen Medicus accurata cautione præſcribat,ne præpoſtero illorum vſu ſpiritus viſorij humores & tunicæ condenſentur, ſicque viſus magis hebetetur. Nos collyriis *trochiſcos albos Rhaſis cũ & ſine opio* admixtis maximè cõmẽdamus. ℞. *Aq roſar.*℥*ii.trochiſc.alb.rhaſ.cũ opio* ℈*i. M.pro collyrio*: Aliquantùm ſedato dolore ad repellentia deueniatur,quæ tamen mitiora & anodynis permiſta ſint:℞. *Aq.roſar.plantag.ã* ℥.*tutiæ præpar.* ℈ß. *trochiſ.alb.rhaſ ſine opio* ℈*i.F.collyr.freq.oculo inſtillandũ.*Ita etiã *Saccharũ ſaturni cũ aq.roſar.vel vnguent. nihil mixt.*inflãmationes oculorũ efficaciter tollit:in augmẽto morbi digerentia cũ repellentibus vſurpẽtur,hinc collyriis præſcriptis *aq.euphraſ.verben chelidon.& fœnic.*addatur:quãdo morbus ad ſtatũ vergit, imò in ſtatu eſt, *aquæ prædictæ cum infuſ.croci metall.ſup.c.*4. ordinatæ præſcribantur : Cl.*Crollius baſil. chym.p.m.*269. *Sacchar. ſaturni cum aq. euphr.*

&

& roſar.mixt.pro optumo remedio extollit, quod etiã nos multiuariis ægrotis cum fructu ordinauimus, *e.g.* ♃. *Aq.euphraſ.roſar.ã.* ℥i.ß. *ſacchar.ſaturn.gr.xv. F.collyrium tepidè vſurpandum*: Vnguenta quamplurima etiam adhiberi ſolent, ſed *vnguentum nihili* omnibus palmam eripit, quod tum in ſtatutum in declinatione, imò vſque ad perfectam curationem egregiè conducit. Ophthalmia inuetera longiorem curandi rationem poſtulat, hinc illa ſæpè magnum negotium Medico faceſſit, vt vix impedire poſſit, ne oculus longo tempore debilitatus fluxionem recipiat: adde, quòd ſæpenumero per congeſtionem affectus foueatur, qui difficillimè corrigitur: vnde ante omnia animaduertendum eſt, num à calidiore hepatis intemperie, quod non raro fit, affectus foueatur tunc remedia calidam intemperiem emendantia primùm adminiſtrentur, hinc poſt phlebotomias & purgationes idoneas, balnea dulcia, ſerum lactis caprini, & aquæ minerales refrigerantes maximè conducunt, vide *infra lib.* 11. *c.*1. Sin materia ophthalmiæ à ſolo cerebro deriuetur, vt humores pituitoſi cum aliqua ſanguinis portione mixti ad oculos defluant, tunc pilulis (poſteaquam blandæ euacuationes vniuerſales præmiſſæ fuerint) 2.3. aut quater in menſe vſurpandis cerebrum euacuetur: *e.g.pro viro eodem*: ♃. *Extr.pilul.luc.mai.aurear.catholic.ã.* ℈*i.cochiar.*℈ß.*betonic.euphraſ.ã gr.v. F. pilul. dimid.piſ. magnit.deaur.& add.pulu.cinnam. doſ. ſunt pilul. nouem aut xi.hora ante cœnam ſumendæ*: Vt humor influens reuellatur, veſicatorium, fonticulus aut ſetaceum poſteriori ceruicis partis applicetur.

CAPVT

CAPVT IX.

De hypopyo ſeu pure ſub cornea.

OCulorum inflammationes, quãdo in magnum tumorem eleuatæ ſunt, aliquando per reſolutionem terminari nequeunt, ſed in ſuppurationem tendunt, quod maximè metuendum & omni ratione auertendum eſt: inde enim vlcera ſuccedunt, & aliquando pus ſub cornea colligitur, qui affectus ὑπόπυον dicitur, contuſionibus etiam oculorum non rarò ſuccedit & ſigillationibus inde ortis: interdum totam pupillam cõtegit & viſionem impedit, interdum verò iridis circuitum amplectitur, & vnguis reſecti figurã refert, vnde ὄνυξ ſeu vnguis nominatur.

Cognoſcitur hic affectus non ſolùm ex colore albicante puris naturam referente, ſed etiam ex præcedenti inflammatione aut ſugillatione: commoto oculo pus ſub cornea commoueri videtur: adeſt color oculi rubeus & dolor pulſans aut ſaltem præceſſit.

Quoad curationem: præmiſſis vniuerſalibus remediis, ſi reliquiæ inflammationis adſint, illæ formulis *in praced. c.* deſcriptis auferantur, dein leuiter diſcutientia emollientibus mixta admoueantur, inde ſequens collyrium præſcribatur: ℞. *Aq. fænic. roſar olb. verbena, chelidon. ã. ℥ ß. ſacch. cand. alb ʒ iij. tut. præpar. ℈ j. Miſce*: Denique ea remedia, quæ in declinatione ophthalmiæ, oculorum maculis, & ſuffuſione præcripta ſunt, hîc etiam conueniunt: ſi reſoluentibus medicamentis materia diſcuti nequeat,

queat, ad alia remedia confugiendum eſt: Noſter *Galenus lib.14. M. M. cap. vlt.* refert, ætate ſua ocularium quendam nomine Iuſtum, διὰ κατασείσεως τῆς κεφαλῆς πολλοὺς τῶν ὑποπύων *concuſſione capitis multos hypopyos ſanaſſe*, καθίζων μὲν αὐτοὺς ὀρθίους ἐπὶ δίφρου, περιλαμβάνων δὲ τὴν κεφαλὴν ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν πλαγίων, εἶτα διασείων οὕτως ὥσθ' ὁρᾶν ἡμᾶς ἐναργῶς κάτω χωροῦν τὸ πύον. *collocauit enim eos rectos in ſella, ac capita eorum vtrinque à lateribus apprehendens vehementer concutiebat, adeo vt euidenter pus deſcendere ipſi videremus:* ſi nec hac ratione pus viſum impediens dimoueri poſſit, *Galenus hoc loco* ad chirurgicam operationem progreditur, quem *Aëtius tetrab. 2. ſerm. 3. c. 28.* ſequitur, dum ait: *oculum ſub pure perpungere oportet, acu obliquè circa iridem & coronam appellatam immiſſo & pus excernere:* Aſt cum hæc operatio noſtris temporibus inuſitata ſit, ac ſimul peritiſſimi Chirurgi manum deſideret, maximè verendum eſt, ne apertâ corneâ cum pure humor aqueus effluat, quod eſſet deplorandum.

CAPVT X.

De Phlyctanis.

IN cornea & adnata tunica, quemadmodum in reliquis corporis partibus generari ſolent veſicæ parvæ aquâ repletæ, bullis ſeu veſiculis ſimiles, quæ à combuſtione aquæ feruentis excitantur, φλύκταιναι Græcis, Bothar Arabibus nominantur: hæc ſunt tumores parui inſtar milij granorum ab acri aut ſeroſo humore oriundi.

Harum

Harum puſtularum cognitio facillima eſt, cum ſenſibus pateant: quæ in adnata oriuntur, rubrum colorem referunt, quæ autem in corneæ ſuperficie excitantur, ſubnigrum colorem indicant, ſin vero in parte corneæ profundiore conſiſtant, album colorem repræſentant: Quod ad prognoſim ſpectat, phlyctenæ in adnata minùs periculoſæ quàm in cornea ſunt: ſuperficiariæ puſtulæ minùs, profundiores majus periculum habent, metuendum enim eſt, ne tota cornea erodatur & humor aqueus effluat, vel vueæ procidentia contingat.

Curatio tota in materiæ conjunctæ reſolutione & cauſæ antecedentis auerſione conſiſtit: cum puſtularum ſuppuratio in vlcus degeneret, illa omnibus modis prohibenda eſt: igitur vniuerſales euacuationes, revulſiones, deriuationes, quas *in opthalmiæ curatione* propoſuimus, hîc etiam celebrandæ ſunt, poſtmodùm topica adminiſtranda, quæ leniter repellunt & duſcutiunt, qualia *ibidem* annotauimus: hæc magis conuenient, quando puſtulas inflammatio comitatur, quod plerúmque fieri conſueuit.

CAPVT VI.

De Corneæ & Adnatæ vlceribus.

Corneæ & adnatæ tunicæ vlcera ophthalmiam ſuppuratam & phlyctænas diſruptas comitantur, quæ etiam ab humoribus acribus & ardentibus in oculos confluentibus oriuntur: diuerſæ eorum differentiæ ex variis circumſtantiis deſumun-

ſumuntur, provt vel ſuperficialia vel profunda, vel lata vel anguſta ſunt, variáſque figuras habent: ſic vlcus cavum, anguſtum & durum βόθριον nominetur, latum ac minùs profundum κοίλωμα dicitur, quod in iridis circulo ſitum eſt, ἄργεμον appellatur, denique profundum, ſolidum, aſperum & quaſi cruſtoſum ἐπίκαυμα & ἔγκαυμα vocatur: vlcera oculorum curatu difficilia ſunt, magis tamen in cornea quàm adnata: vlcus è regione pupillæ magis periculoſum eſt, quoniam illo ſublato cicatrix relinquitur, quæ corneæ perſpicuitatem aufert, ac ita viſionem lædit, & ſi tota tunica eroditur, effluxus humoris aquei ac procidentia vueæ exoritur.

Curatio huius affectus ſicut reliquorum vlcerum detergentibus & exſiccantibus perficitur, quæ tamen mitiſſima eſſe debent propter partis mollitiem ac exquiſitum ſenſum, præmittenda tamen ea, quæ fluxionem ab oculis reuellunt ac reprimunt, qualia *in ophthalmiæ curâ* propoſuimus: ſi inflammatio vlceri coniuncta eſt, remedia illam reſpicientia prædictis admiſceantur: quibus etiam dolorem lenientia addere conuenit, quoties ille partem infeſtat. Detergentia & exſiccantia moderata vſurpentur, vt eſt ſaccharum, mel, crocus, thus, ſarcocolla, tutia, &c. è quibus formulæ variæ componi poſſunt: *e.g.* ℞. *Aq. verbenæ, roſar. albar. plantag. mellis in B.M. deſtill. ā.* ℥j. *tutiæ præp.* ℈j. *croci* ℈ß. *F. collyrium:* Etiam *Autor noſter* ſequens remedium proponit, ſumatur ovum coctione induratum & à putamine mundatum, diuidatur in duas partes & detracto vitello fouea repleatur ſaccharo cando albo, ligetur optimè & ponatur in cellam vinariam, exſtillabit liquor, qui

qui detergendis vlceribus ſine morſu valde idoneus eſt: aſt ſi potentius remedium deſideres, myrrhæ pulvis cum ſaccharo cando admiſceatur: *Motanus* apud *Autorem noſtrum* valdè pulverem ſequentem commendat, ſumantur albumina ovorum XX. ponantur ad ſolem in vaſe ſtanneo, donec exſiccentur, poſtea cum æquali pondere ſacchari in pulverem redigantur, pulvíſque oculo immittatur, qui ſine eroſione plurimum adjuuet: ſi potentius in progreſſu morbi detergendum & exſiccandum eſt, adde collyriis trochiſcos albos Rhaſis, thus, aloën, myrrham, ſarcocollam in parua doſi, ne oculos exaſperare poſſint: nos tutiam præ cæteris laudamus, quia ſine morſu ſiccat, ac cicatricem inducit, ideo collyria & linimenta inde parata vtiliſſima ſunt: Collyrij valde detergentis, exſiccantis ac cicatricem inducentis formula talis eſſe poteſt: ℞. *Sarcocoll. aq. roſar. nutr. tutiæ præparat.* ā ℥ß. *myrrhæ* ℈ß. *ſacch. cand alb.* ℥j. *mucilag. gum. tragac. aq. roſar. extr. q. ſ. F. collyrium, quo palpebræ illinantur.*

CAPVT VII.

De corneæ cancro

VT multis corporis partibus cancer accidere ſolet, ſic etiam in oculis aliquando contingit: & cum ea, quæ communem cancri theoriam ac praxim reſpiciunt, à morborum externorum tractatibus deſumenda ſint, nos hic tantùm illa, quæ ad oculum peculiariter tali morbo affectum pertinent, paucis attingemus. Cancer vel occultus

eſt vel vlceratus: occultus ad tumorum genera refertur,& in oculo tumor cancroſus ſeu cancer oculi nominatur: vlceratus verò vlcus cancroſum oculi dicitur: in vtroque tamen adeſt durities inæqualis & renitens, color plumbeus ac liueſcens, dolor intenſus & pungens caput ac tempora præſertim occupans, venæ liuidæ & varicoſæ in tumore ac partibus vicinis apparent,ſanguis acerrimus & aduſtus à parte affecta ſæpè effluit, quanflo cancer vlceratus eſt,denique à medicamentis calefacientibus dolor admodum exaſperatur: inſanabilis eſt affectus in oculo, quemadmodum in reliquis corporis partibus, quando jam radices egit, niſi operatione chirurgica radicitus extirpetur.

Curatio duplex proponitur vera & palliatiua in *Scholis* dicta: vera in cancro, qui altas radices egit, ſolà chirurgiâ obtinetur: recens tamen cancer ac ferè incipiens tollitur frequentibus euacuationibus humoris atrabilarij ac venæſectionibus præmiſſis,vti *Galen. lib. 2. de curat. ad Glaucon. cap. 11. &* 12.docuit,qui refert,ſe remediis prædictis vſurpatis, *ὅσης διαίτης εὐχύμου & adhibita victus ratione optima* hunc morbum *per ſui initia* ſanaſſe. Curatio palliatiua, quæ ad ſymptomatum mitigationem dirigitur, non ſolùm per dictas euacuationes ſed etiam topica conuenientia abſoluitur, Primùm igitur victus ratio refrigerans & humectans, qualis humori atrabilario debetur, inſtituenda eſt: poſtea ſanguis detrahatur è directo oculi affecti, cucurbitulæ ſcapulis admoueantur, & reliqua revulſionum genera celebrentur: præparationes & purgationes humoris atrabilarij fiant per pilulas, ſacculos,

los,apozemata,vide *ſuprà lib.1.c.13*.ſed præ cæteris multum confert ad humorem atrabilarium euacuandum helleborus niger ritè præparatus,cuius extracto bis aut ter exhibito *Autor noſter* cancrum incipientem aliquando ſuſtulit. Hæc remedia humoris affluxum ad oculos, dolores & reliqua ſymptomata vehementia valde imminuunt; etiam non parùm topica remedia conferunt, qualia in ophthalmia ad dolorem leniendum præſcripſimus,præcipuè autem *collyria è trochiſcis albis Rhaſis tutia præparat. aq. roſar. ſolani, plantagin.* conueniunt : Aquam ſequentem, quâ oculus affectus ſæpè abluatur, præſtantiſſimam eſſe *Autor noſter ex Fabricio Hildano infra citando* iudicat: ℞. *Rad ſcrophular.maj. geranij Robertian ā. Mij. ſolani,horrag. bugloſ. portul.euphr. beton.ā.Mj. ranar. virid.& alb.ouor.ā.num.xij. ſem. fœnigr.cydon ā ℥j.rad.& ſem.contund & fol.incidantur,dein affund.aq. roſ.& euphr.ā.℔j.Miſc.omnia & deſtill.in alemb.plumbeo.* Pullorum caro ad ſedationem doloris plurimùm iuuat, & aliquando morbum iſtum hoc ſolo remedio curatum fuiſſe creditur:Sic *Mauritius Cordæus comment.7.in lib.1.Hippocr.de morbis mulier.* refert hiſtoriam nobilis cuiuſdam fœminæ,cui tota faciei pars dextra cancro vlceroſo diutiſſimè obſeſſa fuit;hæc cum variis à Medicis Italis, Gallis, Germanis, Hiſpanis, vſa eſſet, tandem vulgari hoc Tonſoris remedio ſanata eſt: Pullos gallicaneos in partes tenues & latas concidebat, quas ſæpius commutando interdiu affectæ parti admouebat : nonnulli carnes pullorum columbinorum ſectas & adhuc tepidas applicant: denique curatio cancri confirmati ſola exſtirpatione

obtineri poteſt, quæ fit omnimoda oculi extractione, quam tutò & ſalutariter fi[illegible]i poſſe judicat experientiſſimus *Fabricius Hildanus*, qui extractionis modum omnéſque circumſtantias *cent.1. obſeru.1.* fuſiſſimè deſcribit.

CAPVT XIII.

De ruptura Corneæ.

CORnea tunica tãtam aliquando continui ſolutionem patitur, vt inde humor aqueus è tunica vuea profluat, quem affectum *Autor noſter* corneæ rupturam vocat: huius cauſa eſt vlcus, vulnus vel magnus humorum affluxus, vnde *tanta nonnunquam fit oculi diſtentio* (verba ſunt Cl. *Ambroſ. Parei lib 15.c.13.*) *vt oculus crepet medius, humores ipſius effundantur, cæcitáſque conſequatur, ve contigiſſe memini ſorori Ludouici Belliaci mercatoris Lutetiæ ad pontem D. Michaelis commorantis.* Plerumque immedicabilis eſt hic affectus, qui priuationem viſus poſt ſe relinquit, quandoquidem oculi humores effuſi regenerari nequeant: ſi tamen vulnus ſit exiguum, vnde ſaltem portio humoris aquei effluat, curationem ſuſcipere poteſt, quoniam iſte humor interdum regeneratur, vide *ſuprà c.4.*

Curatio huius affectus remediis glutinantibus tentanda eſt: præmiſſis vniuerſalibus euacuationibus venæſectione & purgatione, ſi neceſſariæ ſint, aſtringentia & glutinantia oculo admoueantur, atque in oculum inſtilletur *albumen ovi*, cui *trochiſci albi Rhaſis* admiſceatur. Eadem pars foueatur

decocto

*decocto roſar.rub. fol. polygon.mai.rubi.burſa paſt. & plantag.*in vino aſtring.parato, ſi nulla adſit inflammatio, alioquin in aqua ſimplici paretur; Vel ℞. *Carn.cydonior ℥iii.flor.roſ.rub.P i.ß.acaciar ʒi. croci ℈i. coq. in vino aſtring. ad cataplaſm. conſiſt. de quo parti dolenti applicetur*: ad integram conſolidationem ſequens collyrium adhibeatur. ℞. *Aloes lotæ, tutiæ præpar. ſarcocoll. in lacte nutr. ℈ß. croci gr. v. mucilag.gum.tragac.q.ſ.F.collyrium.*

CAPVT XIV.
De vuea procidentia.

NOn rarò corneæ rupturæ procidentia vueæ ſuccedit, quæ Græcis *πρόπτωσις τοῦ ῥαγοειδοῦς χιτῶνος* nominatur, huius differentias quatuor *Paulus Ægineta lib.3. de re medic. cap. 22.* proponitur. Prima *μυοκέφαλον* nominatur, quod formam capitis muſcæ habeat, quoniam exigua ſaltem portio vueæ egreditur: Secunda *σταφύλωμα* dicitur, in qua maior portio vueæ excidit, vt figuram acini vueæ repræſentet: Tertia *μῆλον* vocatur, quando tanta eſt vueæ eruptio, vt pomi magnitudinem adæquet: Denique quarta *ἧλος* clauus appellatur, ſi procidentia vueæ inueterata & calloſa facta fuerit.

Curatio huius affectus difficillima eſt, eoque difficilior, quó maior vueæ procidentia: Myocephalon curationem admittit, quæ adſtringentibus moderatis perficitur, qualia *in præcedenti capite* propoſuimus: antiqui *Paulus Ægineta lib.6. de re medic. cap. 19. Cornelius Celſus lib.7. cap.7.* ad chirurgam

opera

operationem deſcendunt, quæ tamen noſtris temporibus propter ſummam illius difficultatem & ancipitem euentum abſoleta eſt: conſule *Hieron. Fabric.ab aqua pend.part.* 1*.operat.chirurg.cap.*17.

CAPVT XV.

De Ægylope & fiſtula lacrymali.

HActenus oculorum affectus,qui in humoribus & tunicis eorum contingunt,expoſiti ſunt,iam ſupereſt, vt angulorum & palpebrarum morbi explicentur: Ac primò ſe offert tumor inter maiorem angulum & naſi radicem apparens, qui αἰγίλωψ & ἀγχίλωψ nominatur:anchylops quidem, ſi nondum ſit ruptus;ægylops verò, poſteaquam ruptus fuerit: tumor iſte ſeu potius tuberculum eſt vel cum vel ſine inflammatione: quando inflammationem habet comitem,eſt veluti phlegmone parua,rubore in ambitu perfuſa,cum dolore lancinante;oritur à ſanguine tenui & billioſo per temporum frontis & faciei venas aut arterias in partem delato:vnde in abſceſſum plerumque degenerat, qui apertus producit vlcus,quod ſinuoſum breui efficitur, inde fiſtula lacrymalis nominatur:ſi autem fiſtula per annum duret,cariem in oſſe producit iuxta *ſect.6.aphor.*45 Inſuper caries facta deprehenditur ex cauitate,quæ digiti compreſſione & ſaniei ex vlcere manantis fœrore dignoſcitur: ſine inflammatione etiam dictum tuberculum oritur,tunc ab humore craſſo & viſcido pultis aut mellis ſimilitudinem exprimente generatur

neratur. Curatio ægylopis valdè difficilis eſt, tum quod medicamenta propter oculi viciniam difficile admoueri poſſunt, tum quia ob partium mollitiem abſceſſus facilè in vlcus ſinuoſum degenerat: ſed multò adhuc difficilius curatur, quando abſceſſus ad nares rumpitur, & pus per illas effluit, quia ſubiectorum oſſium corruptio vt plurimum conſequitur. Aliquando ægylops ad cancri naturam accedit, quod dignoſcitur ex dolore pungente, venarum tenſione, cutis duritie atque liuiditate, tunc ſatius eſt illum omninò non attingere, qui remediis magis efferatur, doleresque acerbiores excitantur: Fiſtula lacrymalis recenter genita, quæ orificium extrinſecum ac manifeſtum habet; medicabilis eſt, quæ autem profunda, inueterata & cum oſſis carie coniuncta vix ſine cauterio tollitur.

Varia horum affectuum tempora variam remediorum adminiſtrationem deſiderant: primùm ægylope incipiente fluxio ad partem affectâ reuellenda eſt phlebotomiâ & purgatione, ſimulque repellentia fronti admouenda ſunt, quibus aliquando morbi progreſſus inhibetur, & ſuppuratio impeditur, vnde ſeq. remed. ordinetur: ℞. *Cort. granator. acaciar. fl. balauſtior. gallar. nuc. cupreſ. alumin. boli armen. ã. ℨi. cera alb q ſ. F. ceratum*: Poſt vſum repercutientis remedij per aliquod tempus reſoluentia parti affectæ admouēda ſunt: ℞ *Mell. pur. ℥ii. aloei ℨi. myrrh. ℥ß. croci ℈i. aq. font. ℥vi. coq. lento igne ad med. part. cōſumpt. hoc decocto imbuatur fruſtulū ſpōgia mollioris mediocriter exprimatur, ac parti calidè applicetur, & ſæpius iteretur.* Sequēs ceratū *Amatus Luſitanus cētur. 5. cur.* 68. contra ægylopas deſcribit & multis

laudi

laudibus effert: ℞. *Puluer. teſtar. cochlear. ʒii. myrrh. aloes lotæ, thuris. ā. ʒß. ſarcocol. ſanguin. dracon. ceruſſæ. ā. ʒiii. opoponac. aceto diſſol. lapid. hæmatit. ver. ā. ʒi. ß. croci ℈ii. ceræ. reſinæ ā. ʒiii. M. ad ignem ſ. a. paretur ceratum & angulo oculi admoueatur.* Si prædictis remediis tumor reſolui nequeat, ſed ad ſuppurationem tendat, illa iuuetur emplaſtro dyrachyli ſimplicis, aut ſi dolor & inflammatio vrgeat, cataplaſma de mica panis vtiliter admouetur: ſi ſpontè abſceſſus non rumpitur, ferro aperiendus eſt, idque quamprimùm, ſi enim apertio differatur, pus partes vicinas erodit & fiſtulam immedicabilem ſæpè producit: aperto abſceſſu more aliorum vlcus detergendum & ad cicatricem perducendum eſt: ſi verò vlcus in fiſtulam abeat, curatio ſequens adhibeatur: Primùm vacuatio vniuerſalis per phlebotomiam & purgationem repetatur: fluxio à capite auertatur per cucurbitulas & veſicatoria idoneis locis appoſita, quibus ſuccedere poterit decoctum chinæ vel ſalſæ parillæ per plures dies exhibitum: eodem tempore cerebrum conuenientibus remediis exſiccandum eſt, conſule *exercit. noſtr. de apoplex.* §. 12. & 13. Cauterij loco ſetaceum ceruici vtiliter admouetur, quo ſolo curatam fuiſſe fiſtulam lacrymalem *Fabricius Hildanus* refert: vide *centur.* 1. *obſer.* 40. & 41. *exempl.* 4. Si iecoris intemperies calida fluxionis cauſa antecedens (vt ſæpè fit) eſſe videatur, illi peculiariter remediis idoneis prouidendum eſt, vide *infrà lib.* 11. *cap.* 1. Ad topica veniendo orificium vlceris aperiendum & dilatandum eſt lentè ac paulatim cum penicillo radicis gentianæ, quo ſatis aperto ſequens medicamentum *à Foreſto* commendatum, &

lib. 11.

lib. 11. *obſeru.* 15. propoſitum apponatur : *℞. Mellis commun.opt.℥ii.virid.æris ʒi. aq. rutæ ℥iv. æs viride pulueriſetur, & cum aliis lento igne ad tertiæ partis conſumptionem decoquatur, ac colatura tepide ac ſuauiter vſurpetur :* Sin acrius medicamentum videtur, omni die vlcus cum aq.rutæ abluatur, dein exiguum vnguen. apoſtol. admoueatur: hæc remedia per tres ſeptimanas continuentur, emplaſtrum conueniens imponendo & oculũ aq. roſar defendendo : quando vlcus ſatis purgatum eſt, ſequens collyriũ ad carnis & cicatricis productionem ordinetur: *℞. Thuris, ſarcocoll. aloes, ſanguinis draconis ã. ʒi. alumin. vſti ʒß. virid. æris gr. v omnia in ſubtilẽ puluerẽ redigantur, & cum aq. rutæ fiat collyriũ liquidũ, de quo ter indies in oculum inſtilletur:* turunda in eo madefacta immittatur, & emplaſtrum diapalmæ imponatur, dein turunda paulatim minuatur, & circa finem omninò auferatur, ac tantùm pars affecta collyrio hocce abluatur, diapalmaque rurſus imponatur, hac methodo fiſtulas recentes ab *inſigni quodam ſui tẽporis Cirurgo* ſublatas fuiſſe *Foreſtus l.c.* refert: Si os carie affectum manifeſtè appareat, ſolo cauterio actuali tollitur, cuius adhibendi modum exactè deſcribit *Paræus l.* 16. *c.* 15. *Fallopius part.* 2. *c.* 50. *Fabricius ab aquapend. p.* 1. *c.* 21. At *Fabricius Hildanus centur. V. obſeru.* 22. fiſtulam lacrymalem cum oſſis carie ſolis medicamentis feliciter ſuſtulit, hinc obſeruatio digna eſt, vt annotetur : *Superiori menſe Iulio Solodorum ad puerum tredecim circiter annorum ætatis & ex nobili familia natum,* Hans Iacob à Veuis, *nomine vocatus fuit Is ab annis quatuor fiſtula lacrymali ex ſiniſtra parte, quæ pro deplorata habebatur, laborauit; nomen enim*

os ſolummodo carioſum, verùm etiam glandula ita eroſa erat, & quotieſcumque puer ploraret, lacrymæ per ipſam fiſtulam copiosè exſtillarent, eſt præterea puer adeo moroſus & impatiens, vt cauterium actuale, quod ſummum optimumque cenſetur eſſe remedium fiſtularũ lacrymalium: nunquam ipſi applicare potuiſſemus, quapropter de aliis remediis nobis cogitandũ fuit: itaq; inſtituta optima victus ratione, corpus ſecundùm humoris prædominãtis naturã & ægri tolerãtiã expurgauimus, deinde ſetaceum nuchæ applicauimus: poſt dies aliquot optimè fluẽte ſetaceo manũ fiſtulæ adhibuimus hoc modo: primò, quia anguſtiſſima, nõnihil de cauſtico meo, quod abſq; dolore, vti tu ipſemet vidiſti, erodit, applicuimus: poſt caſum eſcharæ fiſtulã vnguẽto eſcharotico & ſpõgiis præparatis vſq; ad ipsũ os dilatauimus: tandẽ euphorbiũ per ſe fiſtulæ inſperſimus & quidẽ in copia; dein emplaſtrum ex ſolo gummi elemi applicuimus his ea quâ fieri potuit diligentia per ſeptimanas aliquod adhibitis remediis ſquãmula oſſis ſeſe obtulit, quã D D. Scharandeus *me abſẽte ipſemet extrahit, & poſtquã per paucos dies ſemiguttulam balſami Tolutani ſemel in die cum filamentis vlceri impoſuiſſemus, breui pleniſſimè conſolidata fuit fiſtula, quæ hucuſque clauſa eſt oculo & viſu planè illæſis: ſetaceum quoque nõ diu poſt conſolidatã fiſtulam cicatrice obduximus.*

CAPVT XVI.

De Rhyade & Encanthide.

FIſtulis lacrymalibus vtplurimùm ſuccedit alius affectus, qui Rhyas nominatur, & eſt carunculæ anguli

anguli maioris abſumptio vel imminutio, à qua angulus latior euadit,fit tamen ab aliis cauſis nempè humoribus acribus & erodentibus in eam partem decumbentibus, vel à medicamentis cathæreticis pro fiſtulæ curatione adhibitis: Rhyadi opponitur Encanthis,quæ eſt ipſius carunculæ immodica excretio & eminentia, hæc generatur à ſanguine redundante ad partem tranſlato & vlcere eiuſdem partis non ſatis maturè exſiccato. Rhyadis curatio ſarcoticis & conſolidantibus medicamentis perficitur,qualia ſunt,quæ ſequuntur: *℞. Fl. roſar. rubr. Pinucum cupreſſ. myrtill. ā. ℥ii. aloes ℥i. vini alb. veter. ℥x. coq ad quarta partis conſumptionem, hoc decocto pers affecta frequenter abluatur. Vel ℞. Aloes, thur. ā. ℥i. ſanguin. dracon. ʒß. flor. roſar. rubr. ſem. ſumach, ℈i. aq. roſar. ℥x. bulliant. ad quarta partis conſumptionem, colatura inſtar collyris vſurpetur.* Encāthis tollitur ablatione carnis ſuperfluæ in oculi angulo adnatæ, quæ perficitur exedentibus medicamētis à mitioribus ad potētiora progrediendo: igitur alumen vſtum priùs admoueatur, quòd ſi non ſufficiat, ad vnguen. Apoſtolor. vel ægyptiacum progrediatur: quando autē nec iſtis malum aufertur, caruncula ferro abſcindenda vel cauterio actuali abſumenda eſt, antequam autem hæc fiant, corpus præparandum erit euacuationibus conuenientibus, ne noua fluxio ad partem affectam trahatur: in exciſione autem & cauterij adminiſtratione, vel in abſumptione carunculæ hoc diligenter obſeruandum eſt, ne tota caruncula abſumatur, ſed tantùm ſuperfluum auferatur, aliàs in Rhyadem ægrotus facilè prolabetur.

CAPVT

CAPVT XVII.

De Epiphora.

EPiphoræ nomen humoris fluxum generatim ſignificat,in quamcumque partem irruat:vſus tamen obtinuit,vt pro tenuis humoris per oculos effluxu ſpeciatim accipiatur,vnde lacrymæ inuoluntariæ etiam nominantur, quæ per oculorum angulos aſſiduè defluere conſueuerunt:ad harum autem lacrymarum præternaturaliter effluentium generationem concurrunt prauæ partis mandātis & recipientis diſpoſitiones:pars mandans eſt cerebrum, quod frigidiori aut calidiori intemperie præditum ſeroſos humores congerit, eoſque ad partes inferiores & fluxioni recipiendæ idoneas tranſmittit:pars recipiēs eſt glandula iuxta oculi angulum maiorem conſtituta & caruncula eidem angulo ſuperpoſita : quarum partium raritas aut denſitas vel alia quæuis imbecillitas efficit, vt humorum influentium decubitum facilè recipiant : ideo ſæpè ſolet contingere epiphorain ægylope,fiſtula lacrymali rhyade & encanthide,quod nimirùm humores ſuperflui ad partes affectas facilè tranſmittantur.

Iſte humor fertur à cerebro in oculòrum angulos interdum per venas internas & interdum per externas, vt propriis ſignis paulò inferius diſtinguemus : Ille autem humor epiphoram efficiens aliquando frigidus eſt & præter moleſtiam fluxionis nullum aliud incommodum ægrotanti adfert : aliquando autem acrimoniæ & ſalſedinis particeps dolo

dolorem, ardorem, ruborem vel exulcerationem palpebris afferre ſolet.

Signa præſentium lacrymarum nulla ſunt, cum ipſa ſatis per ſe pateant: apparet etiam ex prædictis, cum lacrymæ frigiditatis an caliditatis & acrimoniæ ſint participes, ſupereſt tantùm diſtinguere, an per interna vel externa vaſa deferantur: cum per interna humores defluunt, dolores in intimo capitis perſentiuntur, & acres ſternutationes nonnumquam excitantur: ſi verò per externa, quæ extra caluariam poſita ſunt, humores profluant, vaſa in fronte & temporibus diſtenta apparent, ac caput veluti reuinctum ſentitur, & ab adſtringentibus remediis exteriùs applicatis ægri iuvantur: quod ad prognoſim ſpectat, recentes epiphoræ & à cauſis externis oriundæ facilè curantur, maximè autem in iuuenili ætate, ſed antiquæ præſertim in ſenibus difficillimè curationem recipiunt: quæ verò ex aliis morbis vt ægylope, fiſtula lacrymali, &c. procedunt, ab illorum affectuum curationibus dependent.

Curatio huius affectus in fluxionis ablatione & partis recipientis robore conſiſtit: Fluxio auferenda eſt humoris peccantis euacuatione, reuulſione, deriuatione & partis mandantis robore: Humor peccans in cerebro redundans euacuabitur venæſectione & purgatione: Venæſectio in frigida cerebri intemperie non conuenit, niſi manifeſta plethoræ ſigna adfuerint: in calida autem intemperie, quando humores acrimoniâ præditi ſunt, maximè conducit, quæ bis aut ter, ſi opus videatur, iterari poterit: Purgatio fiat per potiones & pilulas, vide *ſuprà cap.* 1. *&* 4. quæ ægrotantis naturæ aptentur:

Reuulſio inſtituatur per cucurbitulas ſcapulis frequẽter admotas,veſicatoria poſteriori ceruicis parti & cauteria occipiti aut brachiis apposita cõſule *Foreſtum lib.*11.*obſeru.*12. Ad deriuationem conferũt trochiſci maſticatorij, quos *in exercitat.de apoplex.* §.13.*num.*5. annotauimus: ne verò humores ſemel euacuati de nouo generentur,cerebrum roborandũ atque exſiccandum eſt, & quidem, ſi frigida fuerit illius intemperies, omnia remedia, quæ *ſuprà lib.*1. *c.*1. propoſuimus,vſurpari poſſunt: in calidiori autem ea, quæ in calidi catarrhi curatione *ſuprà eod. lib.cap.*15. præſcripſimus. Dum prædicta remedia vſurpantur, parti recipienti prouidendum eſt topicis remediis: ac primùm, ſi humor fluat per venas externas, aſtringentia fronti & temporibus admouenda ſũnt, quòd ſi fluxio fiat ab humore calido & acri, ſequens cataplaſma admoueatur: ℞. *Boli armen.ſanguin. dracon.balauſt. myrtyll.* ā.℈ij. *hypociſt. acaciæ* ā. ʒß. *thuris, maſtic.* ā.℈j. *flor.roſar.rubr.*Pß. *puluer.& excip.album.oui cum pauco aceto,& fiat cataplaſma,quod linteo inductum dictis partibus applicetur, & quoties exſiccatum renouetur.* Si fiat ab humore frigido, ceratum ſequens admoueatur: ℞. *Thur.maſtich.*ā.ʒj. *gummi animæ, tacamach. lap.hæmatb* ā.℈ij.*gummi iuniper.*℈j.*ceræ q.ſ.F.ceratum.*Aſt ipſi affectæ parti ſeq. collyrium aſtringens & exſiccans admoueatur: ℞.*Tut.præpar.*ʒß.*ſarcocoll.nutrit. gr.xv.maſtich.thur.*ā.*gr.v.ſpicæ nard.gr* iij. *F.trochiſci,qui oui albumine vel ſucco cydoniorũ excepti cantho oculi applicentur:vel tutia præpar.linteo raro excipiatur,& in vinum auſterum immergatur,quo oculus ſæpe abluatur: Vel.* ℞. *Nuc.cupreſſ. aloes, thur. maſtich,*

maſtich. myrh. ſarcocol. nutr. tut. prapar. ā. ℈ ß. ſanguin. draconis, berber. roſar. rubr. ſem. ſumach. ā. gr. v. F. pulvis ſubtiliſſimus & cum aq. fœniculi collyrium. In calida fluxione ſeq. collyrium maximè conuenit : ℞. *Troch. albor. Rhaſ.* ℈ j. *corallor. rubr. alb. prapar. ā.* ℈ ß. *matris perlar. prapar. gr. v. aq. euphraſ.* ℥ iij, *F. collyr.* Si rubor oculorum epiphoræ coniunctus ſit, ſequens ordinetur : ℞. *Sem. ſumach* ℈ ij. *aq. plantagin. euphraſ. roſar. ā.* ℥ j. *bulliant. par. & colat. admiſce ſacch. candi alb.* ʒ ß. *F. collyrium.* Denique ea collyria, quæ ſuperius pro *ophthalmia cura* præſcripſimus, hîc etiam aptari poſſunt.

CAPVT XVIII.

De Pterygio ſeu vngue oculorum.

VNguis oculi eſt membranula dura & neruoſa, quæ ex angulo oculi maiore prodiens album oculi primùm contegit, mox & ſucceſſu temporis ad nigrum extenditur, & pupillam tegendo viſionem impedit : aliquando tenuis eſt hæc tunica colore albicante prædita, interdum carnoſa euadit venis multis cruentis contexta: *Sennertus lib. . part. 3. ſect. 1. cap.* 14. pterygium à Sebel ita diſtinguit : Pterygium ipſi eſt membranula neruoſa & fibroſa ; Sebel autem membranulam è venulis turgentibus complicatam denotat.

Oritur hic affectus ab exulceratione carnis, quæ eſt in angulo oculi aut tunicæ adnatæ, vnde ſcabrities partis & inæqualitas emergit, quod dum facultas nutriens adæquare nititur, copioſiorem ſanguinem affundit, eíque incrementum præternaturale

producit, aut quoddam velut tegumentum ingenerat: quia tamen in oculum malè affectum quamplurima excrementa confluunt, ideo non ex ſanguine puro ſed pluribus excrementis permixto vnguis generatur: hinc variæ illius differentiæ exſurgunt, alius, durus, alius mollis, alius albo, alius citrino, alius rubro, alius fuſco colore præditus, alius facilè ſeparabilis ab adnatâ & cornea; alius tenaciter adhærens, alius ſimplex & prauæ qualitatis expers, alius putridus & cancroſus eſt.

Diagnoſis huius affectus è dictis facilè colligitur: cauſæ illum producentes ſcil. humores, vnde generatur, ex colore cognoſci poſſunt, rubra enim vngula fit à ſanguine puro, citrina à bile, alba à pituita, fuſca ac nigricans à melancholia. Quod ad prognoſim attinet, malum hoc difficilè & non niſi longiſſimo tempore curatur, ſiquidem remedia acria ad vngulam tollendam neceſſaria propter exquiſitum oculorum ſenſum ſenſim & paulatim vſurpari debent: ſi oculus affectus minor euaſerit, malum eſt ſignum, partis enim debilitatem arguit: Recens vngula & parua pharmaceuticis remediis curari poteſt, quæ verò inueteratâ & ad nigrum oculi ſe extendit, ſolâ chirurgica operatione tollitur. Vngula craſſa, eminens, indurata & nigricans curari non poteſt, cancroſam enim naturam obtinet.

Curatio ad cauſam morbi antecedentem & coniunctam dirigenda eſt: ratione antecedētis primùm victus ratio idonea præſcribenda eſt, qualem in aliis oculorum affectibus à fluxione oriundis *ſuprà* propoſuimus: ſimulque euacuationes ac reuulſiones in dictorum affectuum curationibus præſcriptæ etiam

hîc

hic vſurpari poſſunt: nempe purgationes, phlebotomiæ, cucurbitulæ, veſicatoria, &c. Corpore ſufficienter purgato ad topica veniendum, quæ vngulam abſumere valent, ſed à mitioribus incipiatur, qualia pro macularum curatione *ſuprà* propoſuimus: hæc ſi non ſufficiant, ad fortiora veniendum eſt, quæ ab Auctoribus Practicis paſſim deſcribuntur. Cl. *Foreſtus lib.*11.*de morbis oculor.& palpebr. obſeru.*6. collyrium ſequens ſequentibus verbis proponit,& maximè commendat: ℞. *Succi fœnic.*℥iiij. *ſucc.chelidon.*℥iij. *ſucc.rutæ* ℥ij. *ſuc.malu.*℥ij.ß. *aloes* ʒj. *vitriol.*℈ij. *ærugin. æris* ℈j. *zingib. cinnam.*ā.℈ß. *fell. anguil.*℥ß. *fel. tauri (vel eius loco ſi haberi non poſſit) fellis bubuli aut porci* ʒij.*ſacch candi* ℈ij.*mell. opt.*℥ß. *ebulliant ſucci addendo reliqua, & depurentur, & fiat collyrium ſecundùm artem: quæ cum ſæpiùs bis in die in oculum ſtillarentur, licet cæcus per integrum ferè annum paulatim viſum recepit,& tandem à pterygio liberatus eſt, magno cum noſtro honore & Dei benignitate.*In ſcholia huiuſce obſeruationis addit adhuc *Foreſtus aliud collyrium, quo quidam graphiarius(præmiſſis particularibus euacuationibus& purgationibus)fuit curatus à panno ſeu ſebel totā coniunctiuam cooperiente cum carnoſitate ſatis craſſa, vt aſpectu abominabile idē malum fuerit.*℞.*Lap.hæmatit.*ʒij. *vitrioli albi, virid.æris vſtorum* ā.ʒiij. *myrrh. croci* ā.ʒj.*piperis long.*ʒß.*ſacch.cand.*℥ß.*pulueriſentur ſubtiliſſimè vt alcohol.& cribrentur,ac pyxidi ad vſum reponantur, de iſto puluere* ʒj. *accipiatur, & diſſoluatur in* ʒj. *vel* ʒij.*aq.raphani, & applicetur bis terue in die, prout æger tolerare poſſit ad momentum vel tempus exiguum, quibus tandem curatus fuit.*

 Ante

CAPVT I.

De Surditate & graui auditu.

SVrditatem & grauem auditum in eodem capite cum *Autore noſtro* complectimur, quia ab iiſdem cauſis ſecundùm magis & minùs tantùm differentibus oriuntur, ita vt valdè excedentes auditum prorſus auferant, remiſſiores verò ſaltem imminuant: imò vterque affectus vulgo ſurditas nominatur, qui enim alios audire nequeunt niſi alta voce loquentes, ſurdi eſſe dicuntur: Surditas autem propriè dicta Græcis κώφωσις nominatur, cum nempe auditus omnino aboletur, adeò vt ea affecti vel nullum penitus ſonum percipiant, vel ſi ſonum aliquem auribus excipiant, illius tamen differentias percipere nequeant: hi etiam muti ſunt, quando nempe ſurdi naſcuntur, quod propter maximum conſenſum inter auditus & loquelæ inſtrumenta per quintam neruorum coniugationem euenit, quam *Riolanus lib. 4. anthropogr. cap. 2.* eleganter proponit: Quinta neruorum coniugatio in maiorem & minorem ſurculum dirimitur, maior foramen auditorium ſeu cochleæ extremum ſubit, ibique terminatur, alter per aquæductum *Fallopij* deuectus per foramen inter ſtyloidem & maſtoidem latitans in fauces delabitur, obiter in nares & buccas tranſmiſſis ſurculis, ſed maiori ſui parte radici dentium, linguæ & laryngi diſtribuitur, hinc ſurdaſtris vox rauca redditur, & qui ab ortu ſurdi ſunt, muti euadunt. Grauis auditus βαρυκοΐα, δυσηκοΐα, ὑποκώφωσις Græcis appellatur, quo affecti diffi-

culter

culter ſonum percipiunt, nec loquentes intelligunt, niſi altâ voce clamauerint : alij ne ſic quidem audire ſatis poſſunt, niſi confabulantes in aures ipſorum vociferentur.

Vterque affectus à cerebri vel auris vitio exoritur : Cerebri intemperies frigida aut repletio, imbecillitas, aut alia quæuis læſio in ea præſertim parte, quæ nerui auditorij exortum aut progreſſum occupat, ſurditatem vel grauem auditum efficere poteſt. Auris affectus vel in exteriore vel interiore auris parte verſantur : In exteriore cauitate defectum auditus efficit obturatio perfecta vel imperfecta, à tumore, abſceſſu, ſanguine, pure, pituita, aliiſque rebus intrinſecè tum extrinſecè incidentibus : aduertendum tamen eſt, obturationem meatus exterioris integram & abſolutam ſurditatem non poſſe efficere, ſed tantùm grauem auditum, quandoquidem per os etiam ſoni ad aures deferri poſſunt : etenim meatus patens eſt ab auris interna cauitate ad palatum, per quem ſoni facilè ingrediuntur, & ad aures ſeſe inſinuant, qui etiam meatus aurium expurgationi dicatus eſt : nam per os apertum excipi ſonum multa experimenta oſtendunt, ſic videmus ſurdaſtros, vt loquentes melius audiant, aperto ore ſermones excipere : In parte auris interiore ſurditatem aut grauem auditum efficiunt humores collecti in cauitate interiori & à capite præſertim defluentes, qui plerumque pituitoſi ſunt, nonnunquam tamen bilioſi, vt ex *aphor.* 28. *ſect.* 4. apparet, vbi *Hippocrates* ſurdis bilioſas dejectiones prodeſſe aſſerit : interdum etiam humores ſanguinei hunc affectum producunt, ſiquidem ſurditas, quæ

crisim

criſim comitatur, ex ſanguinis fluxu per aures oriatur : iſti autem humores à toto corpore interdum ad aures tranſmittuntur, vt in febribus continuis & præcipuè malignis contingit : idem efficit mala auditus organorum confirmatio, qualis eſt, ſi tympanum nimis laxum euaſerit à ſono violento vel humectatione, hinc ſurdaſtri quamplurimi in conſtitutione auſtrina auditum grauiorem patiuntur, quoniam membrana ab aëris humiditate relaxatur : tympanum nimis tenſum exſiccatúmque poſt morbos acutos, vigilias & ieiunia, aut diſruptum, vel eroſum à pure talem quoque morbum efficit : huc etiam refertur, ſi reliquæ auris particulæ ab ortu aut aliqua cauſa externa, vt ictu, caſu aliíſque, à debito naturali ſtatu dejectæ ſint : denique intemperies frigida ab aëre frigidiore vel aqua frigidiſſima in aurem immiſſa vel narcoticorum aliorúmque medicamentorum vſu nimio, hunc affectum efficere conſueuit.

Has omnes cauſas per propria ſigna diagnoſtica ſigillatim diſtinguere difficillimum eſt, arte tamen & coniectura in hunc modum elucidari poſſunt : ſi à cerebri vitio ſurditas contingat, aut alij etiam ſenſus læduntur, aut aliquis affectus peculiaris in cerebro apparuit, vt dolor capitis vel grauitas, apoplexia, lethargus aut alij. Obturatio cauitatis aurium externæ oculis ipſis dignoſcitur, an nempe tumor aut materia craſſa vel alia quæpiam ſubſtantia heterogenea cauitatem illam repleat : tum etiam ſi aliquid in aurem extrinſecùs illapſum ſit, hoc ægrotus ipſe referet : ſi cauitas interior aliquo humore repleatur, pituitam eſſe iudicabimus,

ſi flu

ſi fluxio pituitoſa ægrotantem priùs occupauerit, aut ſi ille huiuſmodi fluxionibus frequenter obnoxius fuerit : quòd bilioſus humor hunc affectum producat, indicabit febris bilioſa prægreſſa aut iam ægrotantem detinens, acutiſſimíque doloris præſentia : à ſanguine illum fieri dolor grauans ac plethora in toto corpore oſtendit, & hæc in mutationibus criticis præcipuè contingit. Tympani laxitas & humectatio dignoſcitur ex cauſis prægreſſis humectátibus & humida intemperie aliquam aliam partem affligente, vix enim fieri poteſt, vt cauſæ humectantes hanc vnicam particulam affecerint. Eiuſdem tympani tenſio & exſiccatio nimia ex totiùs corporis ſiccitate & cauſis exſiccantibus prægreſſis dignoſcenda erit. Tympani diſruptionem aut eroſionem coniicere poſſumus, ſi cauſæ vehementes rumpentéſque aut erodentes præceſſerint. Prognoſis huius affectus ſeq. modo inſtituitur. Surditas à natiuitate, longo tempore perſeuerans, integra & abſoluta, immedicabilis eſt, quæ verò non abſoluta ſed diuturna, difficillimè & vtplurimum nunquam curatur. Surditas à bile aut ſanguine oriunda, quæ in febribus continuis & acutis contingit, cum illarum ſublatione tollitur: grauis auditus, ſi breui tempore non curetur, *κωφότητα τελείαν ἀπεργάζεται ſurditatem perfectam inducit Galen. lib. 3. de compoſ. medic. ſec. loc. cap. 1. ſect. 23.* Membrana tympani rupta vel cicatrix ibidem relicta immedicabilem ſurditatem efficit : Surditas per interualla creſcens & decreſcens curari poteſt, ab humore enim mobili, qui interdum minuitur augetúrque, eam produci ſignificatur. Surditas à vitio cerebri excitata

facili

facilius curatur, quam quæ à proprio auris affectu producitur.

Curatio huius morbi ſequentibus comprehenditur: illa ſurditas, quæ ab aliquo cerebri affectu dependet, non aliam medendi methodum requirit, quàm quæ dictis affectibus conuenit, & ſuprà propriis in capitibus annotata reperitur: Surditas à tumore duro & inueterato orta medelam non recipit, ſin tumor calidus & inflammatorius eſt, illius curationem *proximo in capite tertio* proponemus: quando autem ſurditas à pure in auribus collecto efficitur, illius medelam *ſubſequenti capite quarto* annotabimus. Si à ſiccitate hic affectus oriatur, curandus eſt victu humectante,inde humectátia in aurem immittantur, vt *oleum amygdal.dulc. & amar. &c.* Si ab aliqua re extrinſecùs in aurem illapſa ſurditas vel grauis auditus producatur,ea protinus auferenda eſt eluendo aut excutiendo vel extrahendo, quando animalcula quædam auris cauitatem ſubierint,illa alliciendo aut enecando: eluuntur infundendo,quæ viam hanc lubricam reddunt & humectant dilatantque vt *lac, oleum amygd. dulc. vel decoctum aliquod emolliens & relaxans:* excutiuntur impetu quodam vt ſternutatione, ſic enim ſpiritus impulſu commotis illis partibus, quod in meatu auris latet, ſæpè excluditur, idque citiùs, quando priùs via dilatata & lubrica facta fuerit: ſi hoc non ſuccedat, extractio molienda eſt auriſcalpio, cauendo tamen,ne dum intromittitur, illud quod inhæret, vlteriùs propellatur, ideò auriſcalpij cochleare admodum tenue ſit, vt faciliùs in aure contentis poſtponatur: vel forcipe accommodata vtrimque

trimque acuta & aſpera contentum apprehendatur & eximatur: Animalcula ex aure alliciuntur admotis remediis gratis, vt illa extrorſum repant: ſic lac cum ſaccharo in ſpongiola auri adhibetur vel leuiter intruditur, & ficus inuerſa vel pomi dulcis pulpa applicatur; caſu ingreſſæ hirudines ſanguine auribus immiſſo, pulices pilis caninis eliciuntur: animalia viua enecentur, mortua enim non ampliùs auditui obſtrepunt, faciliuſque extrahuntur, hinc amara conducunt, vt *ſuccus centaurei min. abſinth. capar. decoctum aloës:* ac cum frequentiſſima ſurditatis cauſa ſit frigida intemperies & humoris pituitoſi influxus in aurem, ad illius oppugnationem præcipua curatio dirigenda eſt. Quia verò huiuſmodi pituitæ influxus à cerebro originem ducit, illi methodo medendi *ſuperiùs lib.* 1. *cap.*1. annotata proſpiciatur: ſumma huius curationis erit, vt primùm victus attenuans, modicè calefaciens & exſiccans inſtituatur, qualem *in exerc. noſtr. de apoplex.* §. 13. propoſuimus, inprimis vitentur auſtrini venti & alimenta cacochymica, præſertim allium & cæpe, quæ auditui nocent, poſtea euacuatio vniuerſalis inſtituatur per pilulas, potiones, ſacculum, apozema, quæ *ibidem ac ſuprà lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. annotauimus, tum etiam phlebotomia celebretur, ſi illius indicationes adfuerint, quibus in affectu contumaci diæta ſudorifera ſubnectatur, & particularia remedia fluxionem reuellentia ſubſequantur, vt cauteria, veſicatoria, errhina, ſternutatoria, apophlegmatiſmi, peculiariter maſticatoria conueniunt propter meatum, qui ab interna aure ad palatum defertur, auriumque excrementa deponit: denique

in

in morbo hocce chronico ad opiatam & tragæam cephalicam, cucupham, &c. tranſeundum eſt, quæ omnia *dictis locis* fideliter indicauimus: Inprimis laudantur thermæ ſulphureæ & bituminoſæ tum balneo tum lotione capitis, vide ***exercitat. de paral.*** §.4. balneo ſudores copioſi prouocantur & materia fluxionis antecedens educitur: capitis lotione cerebrum roboratur, exſiccatur & humores in ipsã aurem impacti diſcutiuntur: tandem ad topica materiam auri impactam diſcutientia veniendum eſt, quæ in hunc modum adminiſtrantur. ℞. ***Folior. origan. abſinth. puleg. ſerpil. ſalu. menth. centaur. min. malu. alth. ã*** Mß. ***flor. chamæm. melil. ſtœchad. anth. ã.*** Pj. ***cinnam. & caryophyll. ã.*** ℥ß. ***coq. in aquis partibus aq. font. & vini alb. colat. foueatur auris affecta cum ſpongia calidè matutino & veſpertino tempore***: Ex eodem decocto ſuffitus in aurem per infundibulum paratur, qui maximè prodeſt, quoniam vapor ex decocto calente eleuatus penitiſſimas auris partes facilè penetrat: Fomenti loco etiam vſurpatur panis cum ſemine carui ſubactus, & calens è furno per medium ſectus: vel panis ordinarius è clibano ſumptus cruſtâ inferiori ſublatâ ſpiritui vini immergitur, & calidè, quantùm æger ferre poterit, auri applicatur. Efficacior erit panis è farina vulgari factus, & antequam coquatur, cum ſemine carui, baccis juniperi, ac nuce moſchata ſubactus, dein poſt leuem cocturam, dum adhuc calet, diſruptus & auri laboranti impoſitus. Pro ſuffitu etiam vtiliter excipitur in aurem fumus caryophyllorum: poſt fotum & ſuffitum liquor aliquis conueniens auri inſtilletur, illáque poſtea cotone moſchato obturetur: *e.g.*

℞. Ol.

℞. Ol. amygd. amar. rutæ ã. ℥ij. M. vel ℞. Ol. amygd. amar. rutac. ã. ℥ß. caſtor. ʒij. radic. helleb. alb. gr. xv. ſpiritus vini ℥ß. bulliant lento igne ad ſpiritus vini conſumptionem & colatura ſeruetur ad vſum prædictum: Vel ℞. Radic. cyper. ſemin. cumini, aniſi, bacc. iuniper. ã. ʒj. F. pulu. quo impleatur cæpe magnum excauatum, quod poſtea ſuprà prunas coquatur, ſuccúſque in aurem inſtillandus exprimatur. Olea chymica efficaciter operantur, qualia ſunt *deſtillat. oleum roſmar. maior. ſalu. fœnic. carui, cinnam. caryophyll.* quæ tamen propter nimiam vehementiam non vſurpentur, ſed prædictis in parua quantitate admiſceantur: *e. g. ℞. Ol. amygd. amar. ℥iij. rutac. ʒj. ß. ol. ſtillat. maior. ſalu. fœnic. caryophyll. ã. gt.* viij. *M.* In topicorum remediorum adminiſtratione hoc perpetuò obſeruandum eſt, vt non frigida ſed ſemper tepida auri immittantur: poſt inſtillationem medicamenti auris cotone moſchato obturetur, ille enim ſolus ſurditati maximè conducit quod *Foreſtus lib.* 12. *obſeru.* 15. confirmat: *Mulier Delphenſis vidua, cum ex diuturno morbo conualuiſſet, incidit in ſurditatem ſatis diuturnam, quæ cum ſatis purgata eſſet, & deinde à medicamentis abſtineret, & longo tempore adhuc ſurditate laboraret, vetula quædam eidem conſuluit, vt granum vnum vel alterum moſchi optimi in bombice miſceret, & auri perpetuò imponeret: hoc remedio præter omnem ſpem ab omni ſurditate liberata eſt: ego multos quidem, quibus auris ſanie longo tempore maduerat, curaui ſola impoſita bombice vel cotone, in quo moſchus reſeruatur, quod & aurem exſiccaret & ſimul ſurditatem tolleret.*

Reuulſio inſtituatur per cucurbitulas ſcapulis frequēter admotas, veſicatoria poſteriori ceruicis parti & cauteria occipiti aut brachiis appoſita cōſule *Foreſtum lib.* 11.*obſeru.* 12. Ad deriuationem conferūt trochiſci maſticatorij, quos *in exercitat. de apoplex.* §. 13.*num.* 5. annotauimus: ne verò humores ſemel euacuati de nouo generentur, cerebrum roborandū atque exſiccandum eſt, & quidem, ſi frigida fuerit illius intemperies, omnia remedia, quæ *ſuprà lib.* 1. *c.* 1. propoſuimus, vſurpari poſſunt: in calidiori autem ea, quæ in calidi catarrhi curatione *ſuprà eod. lib. cap.* 15. præſcripſimus. Dum prædicta remedia vſurpantur, parti recipienti prouidendum eſt topicis remediis: ac primùm, ſi humor fluat per venas externas, aſtringentia fronti & temporibus admouenda ſunt, quòd ſi fluxio fiat ab humore calido & acri, ſequens cataplaſma admoueatur: ℞. *Boli armen. ſanguin. dracon. balauſt. myrtyll.* ā. ℈ij. *hypociſt. acaciæ* ā. ʒß. *thuris, maſtic.* ā. ℈j. *flor. roſar. rubr.* P ß. *puluer. & excip. album. oui cum pauco aceto, & fiat cataplaſma, quod linteo inductum dictis partibus applicetur, & quoties exſiccatum renouetur.* Si fiat ab humore frigido, ceratum ſequens admoueatur: ℞. *Thur. maſtich.* ā. ʒj. *gummi animæ, tacamach. lap. hæmatit.* ā. ℈ij. *gummi iuniper.* ℈j. *ceræ q. ſ. F. ceratum.* Aſt ipſi affectæ parti ſeq. collyrium aſtringens & exſiccans admoueatur: ℞. *Tut. præpar.* ʒß. *ſarcocoll. nutrit. gr.* xv. *maſtich. thur.* ā. *gr.* v. *ſpicæ nard. gr.* iij. *F. trochiſci, qui oui albumine vel ſucco cydoniorū excepti cantho oculi applicentur: vel tutia præpar. linteo raro excipiatur, & in vinum auſterum immergatur, quo oculus ſæpe abluatur: Vel.* ℞. *Nuc. cupreſſ. aloes, thur. maſtich.*

maſtich. myrh. ſarcocol. nutr. tut. præpar. ã. ℈ ß. *ſanguin. draconis, berber. roſar. rubr. ſem. ſumach. ã. gr. v. F. pulvis ſubtiliſſimus & cum aq. fœniculi collyrium.* In calida fluxione ſeq. collyrium maximè conuenit : ℞. *Troch. albor. Rhaſ.* ℈ j. *corallor. rubr. alb præpar. ã.* ℈ ß. *matris perlar. præpar. gr. v. aq. euphraſ.* ℥ iij, *F. collyr.* Si rubor oculorum epiphoræ coniunctus ſit, ſequens ordinetur : ℞. *Sem. ſumach* ℈ ij. *aq. plantagin. euphraſ. roſar. ã.* ℥ j. *bulliant. par. & colat. admiſce ſacch. candi alb.* ℥ ß. *F. collyrium.* Denique ea collyria, quæ ſuperius pro *ophthalmiæ cura* præſcripſimus, hîc etiam aptari poſſunt.

CAPVT XVIII.

De Pterygio ſeu vngue oculorum.

VNguis oculi eſt membranula dura & neruoſa, quæ ex angulo oculi maiore prodiens album oculi primùm contegit, mox & ſucceſſu temporis ad nigrum extenditur, & pupillam tegendo viſionem impedit : aliquando tenuis eſt hæc tunica colore albicante prædita, interdum carnoſa euadit venis multis cruentis contexta: *Sennertus lib. . part. 3. ſect. 2. cap.* 14. pterygium à Sebel ita diſtinguit : Pterygium ipſi eſt membranula neruoſa & fibroſa : Sebel autem membranulam è venulis turgentibus complicatam denotat.

Oritur hic affectus ab exulceratione carnis, quæ eſt in angulo oculi aut tunicæ adnatæ, vnde ſcabrities partis & inæqualitas emergit, quod dum facultas nutriens adæquare nititur, copioſiorem ſanguinem affundit, eſque incrementum præternaturale

producit, aut quoddam velut tegumentum ingenerat: quia tamen in oculum malè affectum quamplurima excrementa confluunt, ideo non ex ſanguine puro ſed pluribus excrementis permixto vnguis generatur: hinc variæ illius differentiæ exſurgunt, alius, durus, alius mollis, alius albo, alius citrino, alius rubro, alius fuſco colore præditus, alius facilè ſeparabilis ab adnatâ & cornea; alius tenaciter adhærens, alius ſimplex & prauæ qualitatis expers, alius putridus & cancroſus eſt.

Diagnoſis huius affectus è dictis facilè colligitur: cauſæ illum producentes ſcil. humores, vnde generatur, ex colore cognoſci poſſunt, rubra enim vngula fit à ſanguine puro, citrina à bile, alba à pituita, fuſca ac nigricans à melancholia. Quod ad prognoſim attinet, malum hoc difficilè & non niſi longiſſimo tempore curatur, ſiquidem remedia acria ad vngulam tollendam neceſſaria propter exquiſitum oculorum ſenſum ſenſim & paulatim vſurpari debent: ſi oculus affectus minor euaſerit, malum eſt ſignum, partis enim debilitatem arguit: Recens vngula & parua pharmaceuticis remediis curari poteſt, quæ verò inueteratâ & ad nigrum oculi ſe extendit, ſolâ chirurgica operatione tollitur. Vngula craſſa, eminens, indurata & nigricans curari non poteſt, cancroſam enim naturam obtinet.

Curatio ad cauſam morbi antecedentem & coniunctam dirigenda eſt: ratione antecedẽtis primùm victus ratio idonea præſcribenda eſt, qualem in aliis oculorum affectibus à fluxione oriundis *ſuprà* propoſuimus: ſimúlque euacuationes ac reuulſiones in dictorum affectuum curationibus præſcriptæ etiam

hîc

hic vſurpari poſſunt: nempe purgationes, phlebotomiæ, cucurbitulæ, veſicatoria, &c. Corpore ſufficienter purgato ad topica veniendum, quæ vngulam abſumere valent, ſed à mitioribus incipiatur, qualia pro macularum curatione *ſuprà* propoſuimus: hæc ſi non ſufficiant, ad fortiora veniendum eſt, quæ ab Auctoribus Practicis paſſim deſcribuntur. Cl. *Foreſtus lib.*11.*de morbis oculor.& palpebr. obſeru.*6. collyrium ſequens ſequentibus verbis proponit,& maximè commendat: ℞. *Succi fœnic.*℥iiij. *ſucc.chelidon.*℥iij. *ſucc.rutæ* ℥ij. *ſuc.malu.*℥ij.ß. *aloes* ʒj. *vitriol.*℈ij. *ærugin. æris* ℈j. *zingib. cinnam.ã.*℈ß. *fell. anguil.*℥ß. *fel. tauri* (*vel eius loco ſi haberi non poſſit*) *fellis bubuli aut porci* ʒij.*ſacch candi* ℈ij.*mell. opt.*℥ß. *ebulliant ſucci addendo reliqua, & depurentur, & fiat collyrium ſecundùm artem: quæ cum ſæpiùs bis in die in oculum ſtillarentur, licet cœcus per integrum ferè annum paulatim viſum recepit,& tandem à pterygio liberatus eſt, magno cum noſtro honore & Dei benignitate.* In ſcholia huiuſce obſeruationis addit adhuc *Foreſtus aliud collyrium, quo quidam graphiarius*(*præmiſſis particularibus euacuationibus& purgationibus*)*fuit curatus à panno ſeu ſebel totã coniunctiuam cooperiente cum carnoſitate ſatis craſſa, vt aſpectu abominabile idẽ malum fuerit.*℞.*Lap.hæmatit.*ʒij. *vitrioli albi, virid.æris vſtorum ã.*ʒiij. *myrrh. croci ã.*ʒj.*piperis long.*ʒß.*ſacch.cand.*℥ß.*puluериſentur ſubtiliſſimè vt alcohol.& cribrentur,ac pyxidi ad vſum reponantur, de iſto puluere* ʒj. *accipiatur, & diſſoluatur in* ʒj. *vel* ʒij.*aq.raphani, & applicetur bis terue in die, prout æger tolerare poſſit ad momentum vel tempus exiguum, quibus tandem curatus fuit.*

Ante vſum horum remediorum pars affecta deco-cto emolliente foueatur , quod etiam poſt eorum applicationem,vt dolor leniatur,iterandum erit.Inter remedia minùs vehementia etiam ſeq. vſurpari poterit : ℞. *Sacch.candi* ʒj. *Tut. præpar.* ʒß. *oſſ. ſapiæ* ℈j.*vitriol. alb.*℈ß. *F. puluis ſubtiliſſimus vngulæ inſpergendus :* Si topicis iſtis remediis vngula abſumi nequeat,ad chirurgicam operationem tranſeundum eſt,de qua conſule *Sennertum a.l.Celſum lib.7. cap.7. Æginetam lib.6. cap.18. Aëtium tetrabib.2. ſerm.3. cap.60. Fabricium ab Aquapendente part.1. operat.chirurg.cap.18.*

LIBER III.

De affectibus Aurium.

PRÆFATIO.

AVRES *pluribus morbis conflictari ſolent, ſimilaribus, organicis & communibus, qui cum non niſi per ſymptomata cognoſcantur, illos ad ſymptomatum ſeriem reducere* Autori noſtro *placet: ſymptomata verò, quæ in auribus contingunt, ad actiones læſas aut vitia excretorum referuntur: Actio læſa vel eſt auri propria vel communis omnibus ſenſoriis: actio auri propria nimirùm auditus læditur abolitè, imminutè & deprauatè: abolitè in ſurditate, imminutè in graui auditu, deprauatè in ſonitu aurium: Actio communis omnibus ſenſoriis eſt ſenſus tactus, cuius ratione doloribus obnoxia ſunt: vitia in excretis ea omnia continent, quæ ab auribus præternaturaliter egrediuntur: inde liber iſte quatuor capitibus abſoluitur: Primum de ſurditate & graui auditu, ſecundum de tinnitu aurium, tertium de dolore aurium, quartum de exeuntibus præter naturam per aurium cauitates tractat.*

CAPVT I.

De Surditate & graui auditu.

SVrditatem & grauem auditum in eodem capite cum *Autore noſtro* complectimur, quia ab iiſdem cauſis ſecundùm magis & minùs tantùm differentibus oriuntur, ita vt valdè excedentes auditum prorſus auferant, remiſſiores verò ſaltem imminuant: imò vterque affectus vulgo ſurditas nominatur, qui enim alios audire nequeunt niſi alta voce loquentes, ſurdi eſſe dicuntur: Surditas autem propriè dicta Græcis κώφωσις nominatur, cum nempe auditus omnino aboletur, adeò vt ea affecti vel nullum penitus ſonum percipiant, vel ſi ſonum aliquem auribus excipiant, illius tamen differentias percipere nequeant: hi etiam muti ſunt, quando nempe ſurdi naſcuntur, quod propter maximum conſenſum inter auditus & loquelæ inſtrumenta per quintam neruorum coniugationem euenit, quam *Riolanus lib.4. anthropogr. cap. 2.* eleganter proponit: Quinta neruorum coniugatio in maiorem & minorem ſurculum dirimitur, maior foramen auditorium ſeu cochleæ extremum ſubit, ibique terminatur, alter per aquæductum *Fallopij* deuectus per foramen inter ſtyloidem & maſtoidem latitans in fauces delabitur, obiter in nares & buccas tranſmiſſis ſurculis, ſed maiori ſui parte radici dentium, linguæ & laryngi diſtribuitur, hinc ſurdaſtris vox rauca redditur, & qui ab ortu ſurdi ſunt, muti euadunt. Grauis auditus *βαρυηκοΐα, δυσηκοΐα, ὑποκώφωσις* Græcis appellatur, quo affecti difficulter

culter ſonum percipiunt, nec loquentes intelligunt, niſi altâ voce clamauerint: alij ne ſic quidem audire ſatis poſſunt, niſi confabulantes in aures ipſorum vociferentur.

Vterque affectus à cerebri vel auris vitio exoritur: Cerebri intemperies frigida aut repletio, imbecillitas, aut alia quæuis læſio in ea præſertim parte, quæ nerui auditorij exortum aut progreſſum occupat, ſurditatem vel grauem auditum efficere poteſt. Auris affectus vel in exteriore vel interiore auris parte verſantur: In exteriore cauitate defectum auditus efficit obturatio perfecta vel imperfecta, à tumore, abſceſſu, ſanguine, pure, pituita, aliiſque rebus intrinſecè tum extrinſecè incidentibus: aduertendum tamen eſt, obturationem meatus exterioris integram & abſolutam ſurditatem non poſſe efficere, ſed tantùm grauem auditum, quandoquidem per os etiam ſoni ad aures deferri poſſunt: etenim meatus patens eſt ab auris interna cauitate ad palatum, per quem ſoni facilè ingrediuntur, & ad aures ſeſe inſinuant, qui etiam meatus aurium expurgationi dicatus eſt: nam per os apertum excipi ſonum multa experimenta oſtendunt, ſic videmus ſurdaſtros, vt loquentes melius audiant, aperto ore ſermones excipere: In parte auris interiore ſurditatem aut grauem auditum efficiunt humores collecti in cauitate interiori & à capite præſertim defluentes, qui plerumque pituitoſi ſunt, nonnunquam tamen bilioſi, vt ex *aphor.* 28. *ſect.* 4. apparet, vbi *Hippocrates* ſurdis bilioſas dejectiones prodeſſe aſſerit: interdum etiam humores ſanguinei hunc affectum producunt, ſiquidem ſurditas, quæ criſim

criſin comitatur, ex ſanguinis fluxu per aures oriatur: iſti autem humores à toto corpore interdum ad aures tranſmittuntur, vt in febribus continuis & præcipuè malignis contingit: idem efficit mala auditus organorum confirmatio, qualis eſt, ſi tympanum nimis laxum euaſerit à ſono violento vel humectatione, hinc ſurdaſtri quamplurimi in conſtitutione auſtrina auditum grauiorem patiuntur, quoniam membrana ab aëris humiditate relaxatur: tympanum nimis tenſum exſiccatúmque poſt morbos acutos, vigilias & ieiunia, aut diſruptum, vel eroſum à pure talem quoque morbum efficit: huc etiam refertur, ſi reliquæ auris particulæ ab ortu aut aliqua cauſa externa, vt ictu, caſu aliíſque, à debito naturali ſtatu dejectæ ſint: denique intemperies frigida ab aëre frigidiore vel aqua frigidiſſima in aurem immiſſa vel narcoticorum aliorúmque medicamentorum vſu nimio, hunc affectum efficere conſueuit.

Has omnes cauſas per propria ſigna diagnoſtica ſigillatim diſtinguere difficillimum eſt, arte tamen & coniectura in hunc modum elucidari poſſunt: ſi à cerebri vitio ſurditas contingat, aut alij etiam ſenſus læduntur, aut aliquis affectus peculiaris in cerebro apparuit, vt dolor capitis vel grauitas, apoplexia, lethargus aut alij. Obturatio cauitatis aurium externæ oculis ipſis dignoſcitur, an nempe tumor aut materia craſſa vel alia quæpiam ſubſtantia heterogenea cauitatem illam repleat: tum etiam ſi aliquid in aurem extrinſecùs illapſum ſit, hoc ægrotus ipſe referet: ſi cauitas interior aliquo humore repleatur, pituitam eſſe indicabimus, ſi flu

ſi fluxio pituitoſa ægrotantem priùs occupauerit, aut ſi ille huiuſmodi fluxionibus frequenter obnoxius fuerit: quòd bilioſus humor hunc affectum producat, indicabit febris bilioſa prægreſſa aut iam ægrotantem detinens, acutiſſimíque doloris præſentia: à ſanguine illum fieri dolor grauans ac plethora in toto corpore oſtendit, & hæc in mutationibus criticis præcipuè contingit. Tympani laxitas & humectatio dignoſcitur ex cauſis prægreſſis humectátibus & humida intemperie aliquam aliam partem affligente, vix enim fieri poteſt, vt cauſæ humectantes hanc vnicam particulam affecerint. Eiuſdem tympani tenſio & exſiccatio nimia ex totiùs corporis ſiccitate & cauſis exſiccantibus prægreſſis dignoſcenda erit. Tympani diſruptionem aut eroſionem coniicere poſſumus, ſi cauſæ vehementes rumpentéſque aut erodentes præceſſerint. Prognoſis huius affectus ſeq. modo inſtituitur. Surditas à natiuitate, longo tempore perſeuerans, integra & abſoluta, immedicabilis eſt, quæ verò non abſoluta ſed diuturna, difficillimè & vtplurimum nunquam curatur. Surditas à bile aut ſanguine oriunda, quæ in febribus continuis & acutis contingit, cum illarum ſublatione tollitur: grauis auditus, ſi breui tempore non curetur, κωφότητα τελείαν ἀπεργάζεται *ſurditatem perfectam inducit Galen. lib. 3. de compoſ. medic. ſec. loc. cap. 1. ſect. 23.* Membrana tympani rupta vel cicatrix ibidem relicta immedicabilem ſurditatem efficit: Surditas per interualla creſcens & decreſcens curari poteſt, ab humore enim mobili, qui interdum minuitur augetúrque, eam produci ſignificatur. Surditas à vitio cerebri excitata

facili

facilius curatur, quam quæ à proprio auris affectu producitur.

Curatio huius morbi ſequentibus comprehenditur: illa ſurditas, quæ ab aliquo cerebri affectu dependet, non aliam medendi methodum requirit, quàm quæ dictis affectibus conuenit, & ſuprà propriis in capitibus annotata reperitur: Surditas à tumore duro & inueterato orta medelam non recipit, ſin tumor calidus & inflammatorius eſt, illius curationem ***proximo in capite tertio*** proponemus: quando autem ſurditas à pure in auribus collecto efficitur, illius medelam ***ſubſequenti capite quarto*** annotabimus. Si à ſiccitate hic affectus oriatur, curandus eſt victu humectante, inde humectátia in aurem immittantur, vt ***oleum amygdal. dulc. & amar. &c.*** Si ab aliqua re extrinſecùs in aurem illapſa ſurditas vel grauis auditus producatur, ea protinus auferenda eſt eluendo aut excutiendo vel extrahendo, quando animalcula quædam auris cauitatem ſubierint, illa alliciendo aut enecando: eluuntur infundendo, quæ viam hanc lubricam reddunt & humectant dilatantque vt ***lac, oleum amygd. dulc. vel decoctum aliquod emolliens & relaxans:*** excutiuntur impetu quodam vt ſternutatione, ſic enim ſpiritus impulſu commotis illis partibus, quod in meatu auris latet, ſæpè excluditur, ídque citiùs, quando priùs via dilatata & lubtica facta fuerit: ſi hoc non ſuccedat, extractio molienda eſt auriſcalpio, cauendo tamen, ne dum intromittitur, illud quod inhæret, vlteriùs propellatur, ideò auriſcalpij cochleare admodum tenue ſit, vt faciliùs in aure contentis poſtponatur: vel forcipe accommodata v-

trimque

trimque acuta & aſpera contentum apprehendatur & eximatur: Animalcula ex aure alliciuntur admotis remediis gratis, vt illa extrorſum repant: ſic lac cum ſaccharo in ſpongiola auri adhibetur vel leuiter intruditur, & ficus inuerſa vel pomi dulcis pulpa applicatur; caſu ingreſſæ hirudines ſanguine auribus immiſſo, pulices pilis caninis eliciuntur: animalia viua enecentur, mortua enim non ampliùs auditui obſtrepunt, faciliuſque extrahuntur, hinc amara conducunt, vt *ſuccus centaurei min. abſinth. capar. decoctum aloës:* ac cum frequentiſſima ſurditatis cauſa ſit frigida intemperies & humoris pituitoſi influxus in aurem, ad illius oppugnationem præcipua curatio dirigenda eſt. Quia verò huiuſmodi pituitæ influxus à cerebro originem ducit, illi methodo medendi *ſuperiùs lib.* 1. *cap.* 1. annotata proſpiciatur: ſumma huiùs curationis erit, vt primùm victus attenuans, modicè calefaciens & exſiccans inſtituatur, qualem *in exerc. noſtr. de apoplex.* §. 13. propoſuimus, inprimis vitentur auſtrini venti & alimenta cacochymica, præſertim allium & cæpe, quæ auditui nocent, poſtea euacuatio vniuerſalis inſtituatur per pilulas, potiones, ſacculum, apozema, quæ *ibidem ac ſuprà lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. annotauimus, tum etiam phlebotomia celebretur, ſi illius indicationes adfuerint, quibus in affectu contumaci diæta ſudorifera ſubnectatur, & particularia remedia fluxionem reuellentia ſubſequantur, vt cauteria, veſicatoria, errhina, ſternutatoria, apophlegmatiſmi, peculiariter maſticatoria conueniunt propter meatum, qui ab interna aure ad palatum defertur, auriumque excrementa deponit: denique

in

in morbo hocce chronico ad opiatam & tragæam cephalicam, cucupham, &c. tranſeundum eſt, quæ omnia *dictis locis* fideliter indicauimus: Inprimis laudantur thermæ ſulphureæ & bituminoſæ tum balneo tum lotione capitis, vide *exercitat. de paral.* §.4. balneo ſudores copioſi prouocantur & materia fluxionis antecedens educitur: capitis lotione cerebrum roboratur, exſiccatur & humores in ipsā aurem impacti diſcutiuntur: tandem ad topica materiam auri impactam diſcutientia veniendum eſt, quæ in hunc modum adminiſtrantur. ℞. *Folior. origan. abſinth. puleg. ſerpil. ſalu. menth. centaur. min. malu. alth.* ā Mß. *flor. chamæm. melil. ſtœchad. anth.* ā. Pj. *cinnam. & caryophyll.* ā. ℥ß. *coq. in aquis partibus aq. font. & vini alb. colat. foueatur auris affecta cum ſpongia calidè matutino & veſpertino tempore*: Ex eodem decocto ſuffitus in aurem per infundibulum paratur, qui maximè prodeſt, quoniam vapor ex decocto calente eleuatus penitiſſimas auris partes facilè penetrat: Fomenti loco etiam vſurpatur panis cum ſemine carni ſubactus, & calens è furno per medium ſectus: vel panis ordinarius è clibano ſumptus cruſtâ inferiori ſublatâ ſpiritui vini immergitur, & calidè, quantùm æger ferre poterit, auri applicatur. Efficacior erit panis è farina vulgari factus, & antequam coquatur, cum ſemine carui, baccis juniperi, ac nuce moſchata ſubactus, dein poſt leuem cocturam, dum adhuc calet, diſruptus & auri laboranti impoſitus. Pro ſuffitu etiam vtiliter excipitur in aurem fumus caryophyllorum: poſt fotum & ſuffitum liquor aliquis conueniens auri inſtilletur, illáque poſtea cotone moſchato obturetur: *e.g.*

℞. *Ol.*

℞. Ol.amygd.amar.rutæ ã.℥ij. M.vel ℞. Ol.amygd. amar.rutac.ã.ʒß.caſtor.℈ij.radic.helleb.alb.gr.xv.ſpiritus vini ʒß. bulliant lento igne ad ſpiritus vini conſumptionem & colatura ſeruetur ad vſum prædictum: Vel ℞. Radic.cyper.ſemin.cumini,aniſi,bacc.juniper. ã.℥j. F.pulu.quo impleatur cæpe magnum excauatum, quod poſtea ſuprà prunas coquatur, ſuccúſque in aurem inſtillandus exprimatur. Olea chymica efficaciter operantur, qualia ſunt *deſtillat. oleum roſmar. maior. ſalu. fœnic. carui, cinnam. caryophyll.* quæ tamen propter nimiam vehementiam non vſurpentur, ſed prædictis in parua quantitate admiſceantur: *e. g. ℞. Ol. amygd. amar.*℥iij. *rutac.*℥j.ß. *ol ſtillat. maior. ſalu. fœnic. caryophyll. ã. gt.*viij. *M.* In topicorum remediorum adminiſtratione hoc perpetuò obſeruandum eſt, vt non frigida ſed ſemper tepida auri immittantur: poſt inſtillationem medicamenti auris cotone moſchato obturetur, ille enim ſolus ſurditati maximè conducit quod *Foreſtus lib.*12.*obſeru.*15. confirmat: *Mulier Delphenſis vidua, cum ex diuturno morbo conualuiſſet, incidit in ſurditatem ſatis diuturnam, quæ cum ſatis purgata eſſet, & deinde à medicamentis abſtineret, & longo tempore adhuc ſurditate laboraret, vetula quædam eidem conſuluit, vt granum vnum vel alterum moſchi optimi in bombice miſceret, & auri perpetuò imponeret: hoc remedio præter omnem ſpem ab omni ſurditate liberata eſt: ego multos quidem, quibus auris ſanie longo tempore maduerat, curaui ſola impoſita bombice vel cotone, in quo moſchus reſeruatur, quod & aurem exſiccaret & ſimul ſurditatem tolleret.*

CAP.

CAPVT II.

De ſonitu Aurium.

AVditionis ſenſus deprauatur in ſonitu aurium, quemadmodum enim oculus debet eſſe omnis coloris expers, vt colores obiectorum ritè percipiat, & ſi aliquo colore præternaturaliter afficiatur, vt in ictero, tunc deprauari viſionem neceſſe eſt: ita auris nullum in ſe debet habere ſonum, vt omnes ſonos extrinſecùs aduenientes percipere valeat, hinc quando in ea ſonus aliquis præternaturaliter efficitur, auditus deprauatur.

Fit autem ſonitus in aure ex commotione præternaturali aëris vernaculi ſeu congeniti in auris cauitate contenti, Cauſæ aërem vernaculum præternaturaliter commouentes quamplurimæ ſunt, præcipua tamen & frequentiſſima eſt *ἀτμὸς vapor* aut *πνεῦμα φυσῶδες ſpiritus flatulentus* in aurem ab aliis partibus tranſmiſſus, vel in ipſa aure genitus: ſi ab aliis partibus feratur, vel à toto corpore vel ab aliqua parte peculiari originem ducit: à toto corpore promanat in febribus, qui aurium ſonitus fit à ſpiritu flatuoſo per arterias à toto corpore ad aures tranſmiſſo; frequentiùs tamen accidere conſueuit in principio paroxyſmorum & inſtante criſi per hæmorrhagiam: à parte peculiari flatus eleuati ad aures transferuntur, nempe à ventriculo, hepate, liene, meſenterio, vtero aliiſque partibus, vnde in vomitu vehementi, melancholia hypochondriaca, & hyſterica ſuffocatione aurium tinnitus vtplurimùm contingunt: à capite etiam frequenter

quenter ſpiritus flatuoſus ex frigidis & pituitoſis humoribus à calore debili excitatus in aures defertur per venas, arterias & quintam nervorum conjugationem, per quas etiam vias ab inferioribus partibus vapores & flatus tranſmittuntur. In aure ipſa generatur flatus ex materia pituitoſa illic contenta, vnde fit, vt grauis auditus cum tinnitu aurium ſæpiſſimè coniungatur, ab humore enim fit obſtructio, vnde grauis auditus, à flatibus ex eodem humore eleuatis aurium tinnitus generatur, tale exemplū in *Cubiculario* REVERENDIS S. AC ILLVSTRIS S. PRINCIPIS S. IOANNIS CONRADI EPISCOPI BASIL. DN. MEI CLEMENTISSIMI, &c. nuper obſeruaui. Aliæ cauſæ ſonitum aurium excitantes ſunt percuſſio capitis vehemens, ſonus vehementior, aurium vlcera; intemperies calida & tandem debilitas auditus. Percuſſio ſatis vehemens violenter ſpiritus in capite commouendo facit, vt illi in aurem confertim propellantur & ſonitum edant. Sonus vehemens in aurem violenter impulſus aërem implantatum maximè exagitat, vt commotio diutius perſeuerans ſonitum diuturniorem efficiat. Aurium vlcera ex puris aut ſaniei collectione ſtrepitum quendam in aure excitant, quod etiam fieri poteſt à ſpiritibus majori copiâ in partem vlceratam tranſlatis, & in auris cauitatem effuſis aërémque implantatum commouentibus: calida intemperies arteriam auris interiora ſubeuntem multo ſpiritu replet, vnde contingit, vt pulſatio fiat vehementior, & ſonus pulſans in aure excitetur: vel copioſior ſpiritus per arteriam illam in aurem effuſus aërém vernaculum commouet, & ſo-

nitum producit: ab iſta cauſa ſonitus aurium diuturnus efficitur, qui per menſes & annos interdum continuatur. Auditus debilitas ſonitum aurium efficere ſolet vt in conualeſcentibus, quia omnis ſenſus debilitatus ab objecto non ſolùm vehementiori, ſed etiam mediocri offenditur, ſic illi, qui debilem viſum habent, à lumine etiam moderato læduntur.

Variæ ſonitus aurium differentiæ enumerantur, quædam à vaporum multitudine, paucitate, craſſitie, tenuitate, motu celeri aut lento oriuntur: ſi vapor aut flatus multus vel craſſus ſit, & celeriter moueatur, ille ſenſorio exhibebit ſimilitudinem aquæ rapido curſu cum fragore fluentis aut tympani percuſſi, &c. quando paucus & craſſus eſt ac celeriter mouetur, arboris confractæ, ſubitæ ruinæ vel catapultæ ſonitum refert: ſi multùs ac tenuis ſit, & celeriter moueatur, ſibilum torrentíſque lenioris fluxum excitat: quando paucus & tenuis eſt, ac celeriter mouetur, tinnitum ſuſcitat: ſi multus ac craſſus ſit: murmura quædam percipiuntur: quando paucus & craſſus eſt, ac lentè mouetur, ſuſurrum repræſentat: ſi multus ac tenuis ſit & lente moueatur, ſibilum remiſſionem exhibet: denique cum craſſitiei & tenuitatis, multitudinis & paucitatis, motúſque celeris & tardi, gradus innumeri dari queant, hinc etiam innumeri ſonorum modi in auribus produci poſſunt, provt magis vel minùs ad hanc vel illam accedunt.

Diagnoſis prædictarum cauſarum certa non habetur, artificialem tamen conjecturam ex cauſis prægreſſis aliúſque circumſtantiis elicere poſſumus.

A fla

A flatuoſo ſpiritu ſonitum aurium fieri inde colligitur, quod ille interdum ceſſet & poſito interuallo reuertatur, præſertim ſi æger cibis flatulentis indulget. Per conſenſum aliarum partium oſtenditur, quando aliqua alia pars morbo peculiari laborat, & affectus per interualla recurrit. A cerebro fieri teſtatur dolor capitis prȩcedens aut grauitas eiuſdem, & vtplurimum nocumentum aliis ſenſibus communicatur: in ipſis auribus vitium eſſe refert ſonitus continuus & ſine vlla intermiſſione infeſtans: à materia frigida affectum produci cognoſcimus, ſi æger à calidis medicamentis juuetur, & ſanitatis tempore omnes ſtrepitus facilè perferat: à vaporibus craſſis vel tenuibus, paucis vel copioſis affectum produci ſonorum differentiæ ſuprà propoſitæ oſtendunt: à calida intemperie fieri coniicimus, quando æger caliditatem in capite circa aures percipit, cauſæ calefacientes præcedunt & flatus diſcutientia medicamenta malum augent. Quod prognoſim ſpectat, recens aurium tinnitus facilè, chronicus difficilè curatur: qui à cauſa calida oritur, faciliùs, qui à frigida difficiliùs tollitur. Diuturnus aurium tinnitus à materia pituitoſa in aure contenta oriundus in ſurditatem degenerat; auctâ enim materiæ illius copiâ meatus auditorius obſtruitur, & ſpirituum influxus ad aurem inhibetur.

Curatio huius affectus pro varietate cauſarum variat. Primùm curatio ſonitus aurium, qui per conſenſum aliarum partium generatur, à curatione affectum illarum partium dependet, hinc ex propriis cuiúſque capitibus deſumatur: qui ab aure primariò affecta exoritur, peculiarem curationem

deſiderat,& ſi à frigida intemperie craſſioríque flatu generetur,eandem curationem poſcit,quam *praeced.cap.*deſcripſimus,conſimiles enim ſunt affectus, qui ſæpè ſimul complicantur, aut vnus in alterum degenerat,tinnitus enim non rarò ſurditatis prodromus eſſe conſueuit: igitur omnia remedia tum vniuerſalia tum particularia *ibid.* notata huc transferri poſſunt.Si ab aurium vlcere tinnitus proueniat,non aliam curationem poſtulat, quàm quæ vlceri debetur,& *ſeq.cap.*proponitur.Si à ſenſus debilitate procedat, vt ab aliquo morbo grauiori conualeſcentibus contingit, per inſtaurationem ac refectionem totius corporis ſponte affectus euaneſcit.

CAPVT III.

De dolore Aurium.

AVrium dolor, *ὠταλγία* Græcis,nominatus,eſt grauiſſimus affectus tum propter partem affectam,membranam interiorem puta,cauitatem auris ambientem, tum propter viciniam cerebri,vnde illud non rarò in conſenſum trahitur.

Cum autem iſte dolor à ſolutione continui oriatur, quæcúmque partium illarum ſenſibilium auris cauitatem ambientium continuitatem ſoluere poſſunt,aurium dolorem excitare ſolent, quorum præcipua ſunt intemperies immaterialis ac materialis, vulnera, vlcera, & res externæ in auris cauitatem illapſæ vel immiſſæ. Frigida intemperies ſæpè aurium dolorem excitat, quæ inducitur à ventis frigi

frigidioribus, balneo aquæ frigidæ, aliíſque cauſis impensè refrigerantibus: calida intemperies ſine materia ratò aut nunquam aurium dolorem producit quemadmodum frigida, nam frigidum partibus hiſce nervoſis & membranoſis inimicum eſt, calidum verò amicum, neque dolorem in auribus efficere poteſt, quin multum excedat, ſicque humorum defluxum ad partem alliciat, vnde materialis intemperies producitur. Materia frigida dolorem aurium efficiens eſt pituitoſa vel ſeroſa in aures à cerebro defluens, vel flatus ab eodem aut partibus inferioribus tranſmiſſus. Materia calida vel bilioſa è venis & arteriis in prædictas partes illabitur, ac ſanguinea per dictas vias effuſa inflammationem generat: prædictæ cauſæ ſolutionem continui occultam producunt, à qua dolor excitatur: ſolutiones manifeſtæ, vt vulnera & vlcera, quin dolorem inferre poſſint, dubium nullum eſt: vulnera fiunt à cauſis externis pungentibus, incidentibus & contundentibus, ita vt contuſio ad hanc claſſem referatur: vlcera fiunt vel poſt inflammationem abſceſſu rupto, vel ab humoribus acribus partem erodenticus: denique res externæ in aurem immiſſæ ſi duræ, acutæ aut alio quovis modo vellicantes fuerint, dolorem procul dubio efficient.

Diagnoſis harum omnium cauſarum ita inſtituitur: ſi intemperies immaterialis ſit, nulla grauitas in aure, nulla tenſio & nullus tumor percipitur: frigidam intemperiem inde cognoſces, quod cauſæ refrigerantes præceſſerint, dolor à frigore externo intendatur, & admotis calefacientibus leniatur: calidam intemperiem cauſæ externæ calefacientes

indicabunt, hinc noxa à remediis calidis in aurem iniectis & leuamen à refrigerantibus ſentitur: ſi ab humore pituitoſo dolor excitetur, grauitas quædam in aure ac ipſo capite percipitur, & fluxio pituitoſa interdum aliquam aliam partem infeſtat; prætereà cauſæ refrigerantes anteceſſerunt, vt aër frigidus & aquilonius, tempeſtas hyemalis, alimenta frigidiora, ætas ſenilis, &c. Si à flatu oriatur, dolor vehemens ſine pondere aut grauitate interpolatus, & cum tinnitu conjunctus erit. A ſeroſo humore fieri oſtendunt alij affectus ab eodem producti & ſimul ægrum infeſtantes, vt fluxiones acres tenuéſque in oculos, aures, dentes, pectus, aliaſve partes, ac ſeroſi humoris per vomitum, alvum, vrinam, aut ſudores euacuatio. Si ab humore bilioſo originem ducat, dolor erit pungens & acutus cum caloris ſenſu, æger à refrigerantibus juuabitur, quibus accedit calidum & bilioſum temperamentum, ætas juuenilis, tempus æſtivum, victus ratio calidior, aliæque cauſæ calefacientes, à quibus lædi æger conſueuit. Inflammatio cognoſcitur ex dolore intenſo & pulſante, cum calore inſigni & rubore interdum ad malas & tempora ſeſe extendente, quibus febris adjuncta eſt continua, nec non aliquando, delirium, convulſio, ſyncope & frigiditas extremorum. Prgnoſis aurium doloris varia eſt pro varietate cauſarum, qui à nuda intemperie originem dicit, facilè tollitur, qui à materia frigida, pituitoſa, ſeroſa vel flatuoſa producitur, non eſt quidem valde periculoſus, ſed chronicus vtplurimum eſſe conſueuit, qui verò à calidis humoribus & præſertim inflammationem efficientibus exoritur,

ritur,admodum periculoſus eſt,cerebrum enim propter viciniam in conſenſum trahitur, vnde delirium & convulſio ſubſequitur. Vlcera in auribus difficulter curantur,quia cerebrum vicinum ad illas ſua excrementa deponit: quæ pus laudabile generant,faciliùs ſanantur,vbi autem ſanies virulenta,fœtida aut aliis prauis qualitatibus prædita fuerit,difficillimam medelam arguit, præſertim ſi vlcus fiſtuloſum aut cum oſſis carie copuletur.

Curatio juxta varietatem cauſarum inſtituenda eſt: ſi à frigida intemperie nuda producatur, calefacientia remedia auri admota conducent, qualia *in ſurditatis curatione* propoſuimus: calida intemperies, ſi aliquando ſine materia contingat, topicis refrigerantibus, quæ paulò inferiùs proponentur, edomari poterit. Si à frigida intemperie cum materia, pituita, flatu aut ſero oriatur, eadem curatio adminiſtretur,quæ ad *ſurditatis curationem* proponitur: primò totum corpus euacuetur,cerebri intemperies corrigatur, & topica remedia calefacientia ac diſcutientia auri admoueantur: ſi à calida intemperie cùm biliosi humoris affluxu aurium dolor producatur, qui chronicus ſit, aut per interualla recurrat, primò humor ad partem affluens reuellendus erit phlebotomiâ, quâ etiam calida intemperies totius corporis nedum ipſius hepatis, in quo humor bilioſus generatur, emendari poterit, dein humoris peccantis euacuatio fiet purgationibus idoneis, dicta hepatis intemperies calidior emendabitur julepis aut juſculis refrigerantibus, ſero lactis caprino,aquis acidulis,vide *infrà lib.*11.*cap.*1. Inflammatio auris curatur miſſo priùs ſanguine ea

quantitate, quæ tum plenitudini ſatisfaciat, tum humorem confluentem ad aurem affectam reuellere poſſit, ſecanda eſt vena è directo auris affectæ: ſi à ſuppreſſione menſium aut hæmorrhoïdum affectus originem duxiſſe videatur, venæ inferiores aperiendæ ſunt, dempta prius plenitudine per venam brachij: imò & abſentibus huiuſmodi cauſis venarum inferiorum apertio optimam revulſionem ad oppoſita diſtantiſſima præſtabit: revulſiones etiam commodè fiunt per cucurbitulas ſcapulis admotas. Interdum etiam ad deriuandum cucurbitula pone aures appoſita multum juuat, quod *Zacutus Luſitanus lib. 1. prax. med. admir. obſeru. 59.* comprobat. Purgatio etiam ex cholalogis compoſita in hoc affectu vtiliſſima eſt: humores enim bilioſi cum ſanguine mixti eique impetum & ἀνάῤῥοιαν conciliantes ad inferiora retrahuntur, & foras educuntur, formulam vide *in exerc. de apopl.* §. 12. Poſtmodum julepis refrigerantibus cum aq. lactucæ, portulaceæ, plantaginis, acetoſæ, ſyr. limon. granat. aut papau. rhead. paratis tota humorum maſſa contemperanda eſt: *e. g. ℞. Aq. plantag acetoſ. ā. ℥iij. ſyr. limon. ℥ij. papauer. rhead. ℥j. fiat julepus pro duabus doſibus: vel ℞ Aq. lact. porcul. ſyr. granator. ā. ℥j. ß. fiat julepus pro vna doſi:* interim topica, dum prædicta remedia vſurpantur, continuò applicanda ſunt, quæ perpetuò anodyna eſſe debent propter doloris vehementiam, cuius mitigatio reliquas indicationes ſuperat: In dolore vehementiſſimo ad narcotica interdum confugere cogimur, ſed rarò vſurpanda & maxima cum cautione, quia cerebro infenſa ſunt: *Noui quendam* (inquit *Galen. 3. de compoſ. medicam,*

*dicam.ſec.loc.)ſolo vſum opio & voce & ſenſum agro ademiſſe, vt ne opobalſino quidē aut aliis iniectis calefacientibus homo amplius reſtitui potuerit:*ſin igitur magna neceſſitas vrgeat,ita præſcribi poteſt. *℞.Ol. amygd.dulc.rec.expr.℥iii.laud.opiat.pulu.gr.ii.miſce, & tepidè in aurem inſtilla.*In topicorum adminiſtratione diligenter obſeruandum eſt *Galeni* præceptum,quod *lib.3.de compoſ.medic.ſec.loc.*§.3. exſtat,vt ſcil.auris inflammata non attingatur,ſed medicamēta in eā inſtillentur *per auriculare ſpecillum lana molliſſima obuolutum* & in iis intinctum, tum æger interrogetur,*num* medicamentum *tepidum ei videatur, & num calidius ipſum ferre poſſit,& ad tantam caliditatem procedatur, vt non offendat : tinctum itaque pharmaco ſpecillum ad principium meatus auditorij moderatè* imponendum eſt,vt ex eo in altum medicamentum defluat, idque toties iterandum, donec meatus impleatur, mox lana eodem medicamento imbuta,tum meatus oſculo tum auri vniuerſæ imponenda eſt.Si tumor non reſoluitur, ſed ad ſuppurationem tendat, quod ex doloris incremento,pulſatione maiore & febre intenſiore dignoſcitur,naturæ motus adiuuandus erit : cataplaſma de mica panis conuenientiſſimum eſt,dolorem enim ſedat,& ſuppurationem leniter ſine calefactione adiuuat,hinc in omni phlegmone feliciter vſurpatur : *℞. Medullæ panis tritic.alb.℥ii.coq.in lacte ad pult.conſiſtent.add. vitel.ouor. num. i.croci pulu.ʒi.F.cataplaſma.* Facta ſuppuratione abſceſſus rumpitur & pus egreditur, hinc æger in affectam aurem decumbere debet, vt pus commodè effluat:ſi à puris acrimonia vlcus generetur,peculiaris cura adhibeatur,quæ etiam vlceri ab

ab humorum affluxu orto conuenit:ac primò, quia topica alicui membro adhibere non poſſumus, niſi prius toto corpore purgato, euacuationes ſolemnes inſtituendæ ſunt per venæſectionem & catharſin ægrotantium naturæ conuenientem, quæ per curationis decurſum repetantur, quoties opus fuerit, mox topica abſtergentia & exſiccantia vſurpentur à mitioribus ad validiora progrediendo: Ante quamlibet liquoris infuſionem auris abluatur hydromelite tepido, probeque abſtergatur penicillis ex mundo linteo confectis: deterſum vlcus ſufficienter ad cicatricem medicamentis epuloticis perducatur: ſi vlcus contumax fuerit & vetuſtatem contraxerit, à fluxione foueri neceſſe eſt, cuius remotioni incumbendum purgationibus vniuerſalibus, diæta ex guaiaco & ſalſæparil. errhinis, maſticatoriis, cauteriis aliiſque remediis fluxionem auertentibus, vide *exercitat. de apoplex.* §. 13. ſi vlcus valde ſordidum appareat, vnguentum ægyptiacum vſurpetur. Si auris dolor excitetur ab aliquo corpuſculo in aurem immiſſo, vt lapillo, nucleo ceraſi &c. quæ intenſum dolorem parere & interdum inflammationem, conuulſiones ac mortem accerſere conſueuerunt, tunc horum corpuſculorum extractio ſic molienda erit: primò aduertendum eſt, an auriculario ſpecillo corpuſcula illa extrahi poſſint, quod cautè agendum ne ab eodem ſpecillo penitius intrudantur, vt non rarò contingit, ideo ſi res in aurem lapſa totum foramen impleat, ſatius eſt ab vſu ſpecilli omninò abſtinere, aliaque auxilia tentare: videantur *Fabricij, Hildan. cent.* 1. *obſer.* 4. 5. 6. & *Aquapend. part.* 1. *oper. Chir. c.* 41.

CAPVT

CAPVT IV.

De exeuntibus præter naturam ab aurium cauitatibus.

EX auribus multa præter naturam egrediuntur, quæ ſigillatim commemoranda, iiſque propria remedia adſcribenda ſunt: rupto abceſſu poſt inflãmationem genito aut ex vlcere ab humorum acrimonia pus aut ſanies effluit, cuius curationem *præced. cap.* propoſuimus: Sanguis etiam aliquando ex auribus profluit, vt in vulneribus & percuſſionibus capitis, in quibus venæ auriũ rumpi poſſunt: ſi modicè fluit, cohibendus non eſt, quia retentus inflammationẽ efficeret: quando autem immoderatè effluit venæſectio è directo auris affectæ inſtituatur, & cucurbitulæ ſcapulis cum ſcarificatione affigantur, dein adſtringentia auri inſtillentur. Aquoſus humor per aures è cerebro nonnunquam effluit, quod pueris plerumque cõtingit, qui humor cohibendus non eſt, nam importunè ſuppreſſus epilepſiam aut alium grauem cerebri affectum parit, natura enim per hanc viam licet minùs idoneam excrementa deponit, nimiaque humiditas in capitibus puerorum luxurians, non ſolùm per vias ordinarias, nares & palatum, ſed etiam per aures, oculos & totam capitis ſuperficiem expurgatur: ſi tamen iſta euacuatio ſyptomatica ſit, & humor ad aures profluens eas tandem exulceret, auditumque lædat, tunc illius curatione conuenienti methodo incumbendum erit. Primùm humores ſuperflui in cerebro redundantes

dantes blandis frequenterque repetitis purgationibus & deriuationibus, per veſicatoria poſteriori ceruicis partis admota & cauſticum occipiti inuſtum educantur. Si in adultioribus humor aquoſus per aures effluat, diuque perſeueret, totum corpus apozemate cephalico expurgandum erit, poſtmodum ſuperflua humiditas abſumenda eſt diæta ſudorifica, & deriuanda veſicatoriis, cauteriis ac cucurbitulis, cæteraque adminiſtranda ſunt, quæ *ſupra lib. 1. cap. 1. & in exercitat. de apoplex.* §. 12. & 13. propoſuimus.

LIBER IV.

De Narium affectibus.

PRÆFATIO.

NAres varios affectus præter naturam pati conſueuerunt, qui ad morborum vel ſymptomatum ſeriem referuntur: inter morbos recenſentur vlcus & ozæna, ſarcoma & polypus: ad ſymptomata reducuntur, olfactus læſio, fœtor narium, coryza, ſternutatio, hæmorrhagia: ideo quartus iſte liber ſeptem capitibus abſoluitur: Primum agit de narium vlcere & ozæna: ſecundum de ſarcomate & polypo: terium de læſo olfactu: quartum de narium fœtore: quintum de coryza: ſextum de ſternutatione: ſeptimum de hæmorrhagia narium.

CAPVT I.

De narium vlcere & ozæna.

VLcus narium aut recens & ſimplex eſt, aut vetuſtum & putridum, quod ozæna nominatur: recens & ſimplex fit vel à cauſis externis vt vulnere aut contuſione, vel ab internis humorum

ad

ad illas partes decurrentium, ac præcipuè pituitæ ſalſæ à cerebro profluentis copia: Ozæna fit ab vlcere ſimplici, ſi negligatur, aut propter cauſæ malitiam & maiorem acrimoniam magis penetret, putridumque efficiatur.

Vtriuſque diagnoſis inde petitur, quòd vlcus ſimplex nullum aut exiguum dolorem inferat, & tantùm aliquid ſanguinis frequenter emittat, præſertim cum attingitur aut irritatur, alioqui cruſtulà ſicca nigraque obducitur, quæ emunctionis impetu nonnunquam excutitur: Ozæna verò maiorem dolorem infligit, cruſta illius ſordidior eſt, & graueolens mucus inde profluit: æger ipſe tum ſibi graueolet, tum adſtantibus tetri odoris exſpiratione moleſtus eſt, & à fœdo illo odore Græcis ozæna nominatur: ſæpè hoc vlcus ſerpit, & vel narium pinnas vel earum interſtitium vel interdum tenella illius loci oſſa exedit ac putrefacit, exeſumque palatum aliquando perforat, præſertim ſi ad cancri naturam accedat, vel ex lue venerea aut elephantiaſi originem duxerit: quod prognoſin attinet: vlcera recentia ab humore benigno genita facilè, vetuſta autem & ſordida difficulter curantur, & ſi in cancrum degenerent, prorſus immedicabilia ſunt: ſi à lue venerea aut elephantiaſi oriantur, curari non poſſunt, niſi affectus illi priùs auferantur.

In curatione primùm victus ratio inſtituenda, quæ humorum acrimoniam contemperet, eorumque generationem prohibeat: mox totum corpus euacuandum phlebotomiâ ac purgatione conuenienti, & cucurbitulæ affigendæ cum ſcarificatione; ſi fluxio humorum acrium in nares ſit valdè

con-

tumax, veſicatoriis & cauteriis deriuanda & capiti roborantia adminiſtranda ſunt: premiſſis vniuerſalibus remediis ad topica veniendum eſt: ac primò aduertendum, num vlcera cruſtoſa ſint, & antequam vlterius progrediaris, cruſta auferenda eſt eam emolliendo amygd. dulc. oleo: emollita cruſta vi excutienda non eſt, ne vlcus irritetur, & fluxio exaſperetur, ſed exſpectandum, donec ſpontè decidat, aut ſaltem leniter ſummitate digiti oleo amygd. dulc. inuncta detrahatur: ablatâ cruſtâ aſtringentia & exſiccantia remedia vſurpentur: in ſimplici vlcere vng. tutiæ, album Rhaſis & oleum ex vitellis ouorum ſufficit. In ozæna vng. ægyptiacum cum aqua hordei ſol. item vng. pomphol. egregiè conducit: Vel *℞. Ladan. hypociſtid. maſtich. ā. ℥i. ſtyrac. cal. oliban. ā. ℥ß. cum mucilag. gum. tragac. F. trochiſci, de quibus æger aliquoties ſuffitum excipiat.* Quod autem fuligo recipiatur, idem cum *Rondeletio lib. 2. meth. curand morb. c. 65.* experimur, quando diutiùs in muſæo noctu moram trahimus: nam poſtea ſputum & excrementa narium fuligine denigrata redduntur.

CAPVT II.

De Sarcomate & Polypo.

NArium vlceribus extuberationes carneæ interdum ſuperueniunt, quæ aliud morbi genus nempè tumorem præter naturam conſtituunt, harum differentia duplex eſt, vna ſarcoma altera

Poly-

Polypus nominatur: Sarcoma eſt extuberatio carnea in naribus genita, certâ figurâ carens & vlcerum partibus externis aduenientium hyperſarcoſi ſimillima. Polypus eſt extuberatio carnea radicibus exilibus adhærens, in latum ſe porrigens, & ad inferiores partes narium propendens, ita vt polypi piſcis ſpeciem referat, vnde nomen ſortitur: hæc autem caruncula mollis eſt, modò alba, modò rubra, interdum liuida, & ſi multum excreſcat, aliquando extra nares propendet, ſi verò in ſummis narium partibus adnaſcatur, aliquando ad palatum propendet, communes oris meatus obſtruit, & poſt vuam facilè conſpicitur: in hoc etiam à ſarcomate differt, quod ſarcoma magis in imis narium partibus quæ carnoſiores ſunt, ſuccreſcere ſolet, polypus autem in ſummis iuxta naſi radicem emergit.

Vtriuſque tumoris cauſa eſt humor craſſus, viſcidus ac pituitoſus è cerebro defluens cum aliqua ſanguinis portione admixtus: aliquando humoris melancholici portio quædam accedit, tum metus eſt, ne in cancrum degeneret: ex ſuperfluo tamen narium alimento in carnem luxuriantem commutato ſarcoma ſæpè generatur, hinc curatu facilius. Horum affectuum diagnoſis, ex his, quæ dicta ſunt, facilè intelligitur, cum ipſis oculis per ſe pateant. Prognoſis ita inſtituitur: ſarcoma facilem, polypus difficilem curationem plerumque recipit: hic tamen, qui mollis, albus, ruber, vel colore ex albo & rubro compoſito præditus eſt, facilè, durus autem ac liuidus ob cancri periculum difficulter tollitur; item qui in ima aut media narium parte reſidet, facilem, qui autem in ſumma parte

radice

radices egerit, quoniam remedia illuc vix pertingunt, difficilem medelam ſuſcipit.

Vtérque affectus iiſdem remediis curatur, antequam caro ſuperflua auferatur, prius cauſa antecedens tollenda eſt, humor ſc. pituitoſus à capite fluens, quod fiet victus ratione attenuante & exſiccante, vacuatione vniuerſali, revulſione, deriuatione & capitis exſiccatione, quæ omnia perficiuntur remediis *ſuprà lib.1.c.1.* propoſitis cum Medici prudentia vſurpandis. Poſtmodum caro ſuperflua cauſticis medicamentis abſumenda, vel ferramentis idoneis abſcindenda,& vlcus relictum cicatrice abducendum eſt: in principio tamen morbi ſolis adſtringentibus & validè exſiccantibus interdum curatio obtineri poteſt,& perpetuò mitiora illa remedia priùs tentanda,antequam ad vehementiora deueniatur,hinc ſeq. aqua conducit. ℞. *Vvar: immatur.℥iij.cort. granat.balauſt ſumach.ā.℥j.ß macer.in aceto & deſtill.add.alum.ʒvj.vitr.ʒj ß deſtill omnia iterum ſimul,& aquâ illâ partes narium internæ freq. attingantur.*Inter præcipua *Autori noſtro* numeratur mercurius præcipitatus ruber, qui pluribus lotionibus dulcoratus hyperſacoſin egregiè abſumit ſine vllo aut exiguo dolore, hic cum melle roſato miſcendus eóq; intincta turunda naribus immitenda eſt. In medicamentorum cauſticorum vſu notandũ eſt, ante eorum admonitionem nares vng. refriger. *Galen.* vel nutrito muniendas eſſe. Denique ſi medicamentis polypus auferri nequeat, ad operationem chirurgicam veniendum eſt, quam *Æginetą, Celſus, Fabricius ab aqua pendente* aliiq; Recentiores eleganter deſcribunt: juxta celeberrim. *Riolanum*

lib.4.enchir. anotam.c.6. malignus polypus carcinodis nec ferro nec igne nec cauſticis remediis attingendus eſt,ſecum totam faciem depaſcit.

CAPVT III.

De læſo Olfactu.

OLfactus quemadmodum & reliquæ omnes corporis actiones tribus modis læditur, imminutè, abolitè & deprauatè. Immaturi & aboliti olfactus eædem ſunt cauſæ ſecundùm magis & minus tantùm differentes, nempe intemperies, obſtructio & adſtrictio. Intemperies frigida & humida cum materia pituitoſa vt quemlibet ſenſum obtundit, ſic olfactum in primis imminuit aut abolet, vnde in catarrho & coryza olfactus læſio frequens eſt; frigiditas autem ſenſum imminuit vel abolet, quatenus calorem nativum partis actionum opificem debilitat. Obſtructio ab eodem humore pituitoſo producitur, qui meatus tum ſenſiles ſeu narium ductus tum inſenſiles ſeu poros ipſius cerebri & proceſſuū mammillarium replet, vt odores ad eas partes peruenire nequeant, poteſt etiam fieri à ſarcomate, polypo & alia quavis cauſa narium meatus obturante. Aſtrictio etiam interdum poteſt contingere ab humore pituitoſo in anteriore cerebri parte proceſſus mammillares comprimente, vt de viſus imminutione à nervorum opticorum adſtrictione ſuprà diximus: à natiua etiam narium conformatione eadem adſtrictio euenit,ſi nimirùm illæ ita anguſtæ fuerint, vt odoribus

liber

liber aditus non pateat: deprauati olfactus cauſa eſt odor pravus nares continuò feriens, qui quidem aut ex vlcere narium aut putrida pituita circa nares vel os ethmoïdes contenta exhalat, nam quæ in ipſo olfaciendi organo aut prope illud intra meninges putreſcunt, ſenſum ipſum haudquaquam feriunt, nec illa æger, ſed quivis aſſidens deprehendit, vt enim quippiam odoratum feriat, ad ipſum aliunde deferri oportet: poteſt etiam fætidus vapor ab aliis partibus vt ventriculo, gingiuis, & cerebro ipſo ad proceſſus mammillares exhalare, eóſque ita inficere, vt omnes odores eò delati ſimili fœtore infecti appareant, quemadmodum linguâ bile tinctâ omnia, quæ guſtantur, ſapore amaro prædita eſſe videntur.

Harum cauſarum quælibet ſatis dignoſcitur: frigidam intemperiem & pituitæ redundantiam oſtendit f.h. cerebri intemperies & mucoſa pituita è cerebro deſtillans: Obſtructio à pituita originem ducens iiſdem ſignis indicatur: ſi à ſarcomate & polypo oriatur, ex præcedenti capite diagnoſis deſumitur. Locus, in quo materia obſtructionem efficiens reſidet, inde dignoſcitur: ſi in aurium meatibus hæſerit, vocis oblæſio contingit, quia nares ad vocem efformandam plurimùm conferunt: ſin autem anteriori cerebri parti aut proceſſibus mammillaribus inhæſerit, vox integra permanet: quod prognoſin attinet; olfactus læſio recens facilè, inueterata difficilè curatur, quæ ex mala narium conformatione procedit, inſanabilis eſt.

Curatio pro diuerſitate cauſarum diuerſo modo inſtituenda eſt: ſi à frigida intemperie oriatur; ea

remedia adhibeantur, quæ *lib.*1.*c.*15. propoſuimus: Ad obſtructionem ab eadem pituita ductibus narium aut proceſſibus mammillaribus impacta auferendam, remedia partes illas expurgantia vſurpanda ſunt, errhina, ſternutatoria, apophlegmatiſmi, quæ etiam ſuprà *lib.*1. *c.*1. annotauimus. Denique ſi à ſarcomate aut polypo nares obſtruantur, *præcedens caput* conſulatur.

CAPVT IV.

De Fætore Narium.

NArium fœtor & fœtor anhelitus valde differunt, ille ex naribus tantùm prodit, hic ex variis partibus ventriculo, pulmone, gingiuis aut faucibus vlceratis oritur, quæ vel ſenſu ipſo vel propriis ſignis diſcernuntur: Narium fœtor ex putridis vaporibus vel in naribus ipſis genitis (vt in ozæna, ſarcomate aut polypo putrefactis) vel ad nares tranſmiſſis, ex humoribus putridis in ipſo cerebro & parte illius anteriore, vel circa proceſſus mammillares aut os cribroſum contentis generatur: humores pituitoſi in dictis partibus putreſcunt, quando illic diutius retinentur, præſertim ſi c.h.i. cerebri acceſſerit: Iidem humores propter obſtructionem aut conſtrictionem nimiam earundem partium retinentur, vt ſimis contingis.

Narium affectus talem fætorem producentes propriis ſignis ſupra propoſitis dignoſcuntur, quorum ſi nullus adfuerit, ab humore putrido in ipſo cerebro, proceſſibus mammillaribus aut oſſe cri-

broſo

broſo grauem illum odorem prouenire coniiciendum eſt. Prognoſis fœtoris narium, qui ab vlcere, polypo aut ſarcomate promanat, ex eorumdem prognoſi dependet: qui à corruptis humoribus in cerebri parte anteriori contentis oritur, ſi recens fuerit, facilè curatur, ſed inueteratus immedicabilis eſt, maximè ſi à mala narium conformatione, vt depreſſione nimia contingat.

Curatio perficitur cauſarum ablatione & ſymptomatis lenimento: vlceris, ſarcomatis & polypi curationem *c.1.& 2. huius libri* propoſuimus: humor autem putribus in cerebro, proceſſibus mammillaribus aut oſſe ethmoide contentus per vacuantia & abſtergentia tollitur: primùm euacuationes vniuerſales inſtituendæ ſunt, quæ totum corpus ab excrementis pituitoſis liberent, vide *ſuprà lib.1.cap.1.* Si magna humorum ſaburra redundet, diæta ſudorifica præſcribatur, mox errhina abſtergentia & materiam conjunctam educentia adminiſtrentur, vide *exercit.de apoplex.*§.13. Nil præſtantius eſt, quàm ad fœtidum odorem fallendum ſæpius ſuaueolentia naribus attrahere.

CAPVT V.

De Coryza.

Coryza quæ & grauedo Latinis dicitur, eſt catarrhi ſpecies, in qua fluxio è cerebro in nares promanat, illa autem prouenit ab humore crudo in anterioribus cerebri ventriculis contento, qui à cauſâ externâ plerúmque concitatur, æſtu ſolis,

 vini

vini potu largiori, balneo calidore, &c. quæ pituitam in cerebro collectam fundere poſſunt: Fit etiam à cauſis externis cerebrum refrigerantibus, comprimitur enim tunc inſtar ſpongiæ & humorem contentum ad partes ſubjectas demandat, adde quod per cerebri refrigerationem nouus pituitæ fiat prouentus, quod ob penuriam caloris alimentum malè concoquit, hinc plurima excrementa accumulantur, quæ facultas expultrix per vias patentes excludit.

Affectus per ſe patet, in eo enim plurimus humor per nares excernitur: Coryza inter reliquas catarrhi ſpecies tutiſſima eſt; citò curatur, ſi recens & à cauſa externa fuerit concitata, ſed diuturna à contumace cerebri intemperie oriunda difficulter tollitur, præſertim ſi à c. i. hepatis producatur, hæc enim ſæpius catharros calidos acres inuehit, à quibus nares exulcerantur, alióſque affectus graues patiuntur.

Curatio huius affectus à curatione catharrhi deſumenda eſt, eaſdem enim euacuationes, revulſiones & deriuationes poſtulat, niſi quod errhina hîc intermittantur, ne nimium ad partem affectam attrahatur.

CAPVT VI.

De Sternutatione.

Licet ſternutatio in ſtatu ſano ſæpiſſimè contingat, & ita leuis affectio vtplurimum eſſe ſoleat, vt ſymptomatis nomen non mereatur, aliquando

tamen

tamen ſic moleſta efficitur, vt Medici curantis opem deſideret, hinc *Foreſtus lib* 10.*obſeru.*127 hiſtoriam cuiuſdam ancillæ proponit, quæ ita grauem ex catarrho acri & ſalſo ſternutationem patiebatur, vt ad plurium Medicorum opem confugeret: idem vetus conſuetudo ſternutantibus benè precandi confirmat, vide *Iatreum Hippocraticum* Viri Clariſſimi *Ioh. Conrad. Dieterichij Hiſtor. & Græc. Ling. Profeſſ. Giſſeni*: Eſt igitur ſternutatio cerebri motus velox, quo per nares confertim acto ſpiritu moleſta excernere conatur: per cerebrum autem non tantùm cerebri ſubſtantiam, ſed totum aggregatum ex eo & eius membranis *Autor noſter* intelligit præcipuè anterioribus, quæ in primis in hoc affectu contrahuntur, hoc inde colligitur, quoniam dum caput attollimus, facilius ſternutamus, tunc enim materia irritans, quæ vtplurimum vaporoſa eſt, & ſurſum ſua natura fertur, facilius ad illam partem tranſit.

Cauſæ ſternutationis ſunt, quæcúnque tunicam narium internam irruant, vt humores aut vapores acres vel à cerebro delabentes vel à partibus inferioribus tranſmiſſi, vnde in febribus interdum ſternutationes contingunt: ſi ptarmica exterius in nares immittantur, ſternutamentum excitatur.

Diagnoſis per ſe manifeſta eſt, cauſæ externæ ex ægri relatione ſed internæ ex ſignis partium affectarum apparent. Quod prognoſin attinet: hic affectus ratione ſui omni periculo vacat: interdum in febribus adeo viget, vt vires deiiciat, & fluxum ſanguinis è naribus excitet: in ſanis cerebri ſuperfluitates expellit, in ægris pro bono ſigno habetur:

γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἢ δυστοκούσῃ πταρμὸς ἐπιγενόμενος ἀγαθόν. *vterinæ mulieri aut ægrè parienti oborta ſternutatio bona eſt, iuxta* Hipp. *ſect. 5. aph. 35.* medicamentis ptarmacis prouocata ſternutatio apoplexiæ aliiſque grauioribus cerebri affectibus prodeſt, at ſi prouocata non accedat, ſignum lethale cenſetur, naturam enim ſuccumbere denotat. In morbis pulmonum pleuritide præſertim & peripneumonia ſternutatio mala eſt, quia ex concuſſione illa ſternutantis cerebri partes thoracicæ violenter diuelluntur, vnde inflammatio augeſcit.

Curatio, dum ſc. ſternutatio incommoda affert, perficitur cauſarum externarum amotione, ſi ab iis excitetur: ſin à cauſa interna oriatur, illa aufertur euacuantibus, reuellentibus, deriuantibus & diſcutientibus remediis. Si calida cerebri aut alterius partis intemperies vapores acres ad nares tranſmittat, venæſectio, mox purgatio inſtituenda eſt, dein vapores frictionibus & cucurbitulis reuellantur. Denique ad acrimoniam demulcendam & narium irritationem compeſcendam vtile erit eaſdem oleo amygd. dulc. illinire, vel lac tepens naribus attrahere, quo ſolo remedio *Foreſtus* prænominatam ancillam confeſtim reſtituit.

CAPVT VII.

De Hæmorrhagia Narium.

NOmen hæmorrhagiæ quemlibet ſanguinis à quacúmque parte profluentis fluxum vulgò ſignificat: peculiariter tamen, quando ſimpliciter

citer abſque vlla partis affectæ mentione enunciatur, id profluuium denotat, qnod è naribus contingit. Hæmorrhagia narium eſt ſymptoma in excretis eorum, quæ ſunt toto genere præter naturam: cum verò omne ſymptoma dependeat à morbo tanquam à cauſa proxima & immediata, huius cauſa erit morbus organicus vel communis: organicus duplex eſt vaſorum apertio ἀναστόμωσις & rarefactio διαπήδησις: communis etiam duplex eſt vaſorum ruptio ῥῆξις & eroſio διάβρωσις.

Cauſæ iſtos morbos immediatè producentes ſunt ſanguinis quantitas vel qualitas excedens: ſanguis quantitate peccans venas rumpere aut orificia illarum aperire potis eſt: idem qualitate peccans, ſi nimium calidior tenuiorque ſit, per ἀναστόμωσιν effluere poteſt, quia calor orificia dilatet, & tenuitas efficit, vt ſanguis faciliùs effluat: eædem qualitates diapidiſin efficiunt, calor enim tunicas vaſorum rarefacit, & tenuitas ſanguinis efficit, vt per poros tunicarum transfluere, poſſit: denique acrimonia ſanguinis tunicas vaſorum erodit, & diaproſin parit. Cauſæ externæ etiam ad horum morborum productionem vel mediatè vel immediatè concurrunt: immediatè præſtant caſus, ictus, vulnus & alia, quæ venas rumpere aut diuidere valent: mediatè operantur, quæcumque ſanguinem multiplicare, calefacere aut attenuare poſſunt, victus plenior, crapula, otium, exercitia nimia, magnus clamor, æſtus, longa in ſole mora & alia quamplurima.

Hæmorrhagiæ differentiæ ex eo deſumuntur, quòd alia critica ſit, alia ſymptomatica: critica fit

in

in febribus acutis vi naturæ cauſam morbificam per has vias expellere conantis, præſertim in iis, quæ viſceris alicuius inflammationi coniunctæ ſunt, interdum etiam ſine febre oritur, quando natura ſeſe à ſuperfluò ſanguine exonerat, vnde obſeruamus, quamplurimos in ætate iuuenili periodicam hæmorrhagiam pati. Symptomatica in morbis chronicis præcipuè contingit, in quibus ſanguis vitioſus ab hepate debili generatur, qui vel ob retentricis facultatis imbecillitatem per venas effluit, vel ab expultrice tanquam onus inutile reijcitur, cum ſanguis vitioſus corpori alendo ineptus ſit.

Ipſa hæmorrhagia per ſe cognoſcitur, & cauſæ illius hoc modo diſtinguntur: quæ fit per anaſtomoſin, hoc habet commune cum ea, quæ per rixin, quòd in vtraque ſanguis copiosè fluat, ſed in hoc diſcernuntur, quoniam ictu vel caſu prægreſſo potius rixin adeſſe coniiciendum eſt: aſt cum à phlethora & ruptio & apertio venarum contingat, ita diſcriminari poſſunt, quòd rupto vaſe ſanguis continuò at tantùm aperto per interualla effluat, quia vaſorum orificia conſtringuntur, quando dilatans humorum copia ad illa minus confluit, vaſa autem rupta ſemper aperta manent, ideo ſanguis continuò effluit, donec ſolutio continui iterum vniatur: ſi ab eroſione venarum hæmorrhagia fiat, acris cacochymiæ ſigna adſunt, ſi per diapidiſin ſanguis effluat, ille tenuis & admodum paucus eſt. Cauſæ externæ diſtinguntur facilè, ſi enim à copia ſanguinis hæmorrhagia contingat, adeſt rubor faciei & tenſio venarum, præceſſit victus largior & cali

calidior, aut cauſa aliqua fundens aut attenuans ſanguinem, hæc autem præcipuè iis contingunt, qui calidiore hepate præditi ſunt. Si à cacochymia affectus proueniat, illa propriis ſignis diſtinguetur, quæ bilem aut melancholiam redundantem oſtendunt, propterea ſanguis effluens aut per venam brachij detractus praua qualitate infectus apparebit. Si ab imbecillitate retentricis facultatis hæmorrhagia contingat, pallidus faciei color & totius corporis debilitas obſeruatur, tum etiam affectus aliquis præceſſit, à quo hepar maximè debilitatum fuerit. Si ſanguis è venis narium immediatè fluat, per adſtringentia remedia naribus admota facilè ſedatur,& nullibi capitis dolor percipitur: contra ſi à cerebro profluat, in aliqua capitis parte determinata dolor percipitur, fluxus difficilè ſedatur, & naſo applicata nihil conferunt: ab aliis etiam partibus interdum ſanguis profluit vt hæpate, liene, vtero, quorum indicia dolores & tenſiones earundem partium concedunt: ſi ſanguis ex arteria fluat, magno impetu egreditur; ſin ex vena, cum paruo impetu pullulat. Prognoſis imminentis hæmorrhagiæ præſertim criticæ ab actionibus læſis, excrementis & qualitatibus mutatis deſumitur: ſic futuram hæmorrhagiam præſagiunt inſomnia & imagines rerum rubrarum, capitis & ceruicis dolor ſubinde ortus, temporum grauitas & pulſatio magna in illorum arteriis, tinnitus vel ſonitus aurium, oculorum hebetudo, eorundem ac totius fermè faciei rubor,lucis auerſio, lacrymæ inuoluntariæ, naſi pruritus, die indice ſanguinis ſtilla, difficultas ſpirandi & tenſio hypochondriorum
ſine

ſine dolore. Horum ſignorum rationes ſequentes ſunt: quando ſanguis ad caput defertur, in cerebro phantaſmata rerum rubrarum tum per inſomnia tum inter vigilandum parit, vt iuueni Romano accidit, cuius mentionem fecit *Galenus de prænotione cap.* 13. hic morbo acuto laborans ἐρυθρὸν ὄφιν *rubrum ſerpentem* in cubiculo obſeruare ſibi imaginabatur, quo perterritus è lecto exiliit, vnde *Galenus* aduentantem hæmorrhagiam prædixit, & ſanguinis miſſionem impediuit, quam alij Medici præſcripſerant: Dolor capitis & ceruicis ex eadem ſanguinis tranſlatione oritur, qui membranas diſtendens doloris ſenſum infert: Arteriæ temporum extraordinario motu pulſant propter compreſſionem, quæ à venarum repletione oritur: Aurium tinnitus fit ex vaporibus ad cerebrum magna copia tendentibus: viſus hebetudo oritur, quia copioſi vapores ad ſuperiora delati neruorum opticorum meatus obſtruunt, vnde denegato ſpirituum animalium influxu viſio hebeſcit. Ruborem faciei & oculorum ſanguis inducit, qui maiore copia ad illas partes cumulatur: lucis auerſio inde proficiſcitur, quòd diſtenti copiâ humorum oculi ex nimia luce magis diſtendantur, quia lux diſgregat ſpiritus, vnde oculi dilatatio, ex qua dolor conſequitur, quem vt ægrotantes euitent, lucem fugiunt: Lacrymæ inuoluntariæ fiunt ex repletione oculorum & partium adiacentium, quæ præter modum diſtentæ comprimunt glandulas illas humorem continentes, ex quo lacrymæ generantur: Pruritus narium fit ex vaporibus ſurſum aſcendentibus & nares vellicantibus: iuxta *Autorem noſtrum* ſanguinis

guinis ſtilla apparens die indice v. g. IV. vel XI. oſtendit futuram hæmorrhagiam die indicatorio nempe VII. vel XIV. quoniam natura diebus indicibus humores ad iſtas partes transferre incipit: difficilis reſpiratio redditur, quia ſanguis ad ſuperiora tranſlatus diaphragma comprimit: denique tenſio hypochondriorum fit, quia ſanguis in ſuo fonte & radicibus venarum moueri incipit, ſed fugax eſt diſtenſio & ſine dolore, vti & difficilis reſpiratio, ſi enim diutius permanerent, hepatis inflammati ſigna adeſſent. Præſentis hæmorrhagiæ prognoſis ita inſtituitur: ſanguis die critico è naribus moderata quãtitate fluens ſalutaris eſt, cui ſententiæ reluctatur *Fernelius lib. 2. M. M. c.* 8 dicens: *Sanguis è naribus qui excurrit, licet vigilias, delyria, capitis dolorẽ aliaque ſymptomata demulceat, vix tamen propriam morbi eſſentiam atq; radicem euellit, niſi fortè immoderatior ſuccedat profuſio ſumma virium diſſolutione, quæ tamen nuſquam videtur optanda, vitioſus enim ſanper nares poſtremus elabitur, &c.* iuxta *autorem noſtrũ* ſpecioſa quidem eſt hæc *Fernelij* doctrina, quam tamen abſolutè non approbat; verum quidem cenſet in plurimis morbis acutis præcipuè autem in febribus malignis hæmorrhagiam ſæpè morbum penitũs non ſoluere, quemadmodum nec ſudores in iiſdem febribus perpetuò ſalutares ſunt, attamen non rarò morbi acuti hæmorrhagia ſoluuntur: *Autori noſtro* conſentit *Riolanus lib. 4. anthropogr. c. 2* quo autem ſanguis per nares excretus purus ſemper appareat, inde *Autor noſter* rationem deſumit, quoniam ille guttatim effluit, ſicque ſtatim refrigeratur, vt partes impuræ ſeparari nequeant: ſanguis autem

è bra

è brachio detractus, quia affatim effluit, calorem in vaſculo diutius retinet, à quo partes impuræ ſegregantur, ita vt craſſa & fæculenta portio fundum petat, bilioſa autem ac pituitoſa ſupernatet, hinc ſanguis impurus ac ſordidus apparet: ſed forſan hæc opinio *Fernelii* eſt vna ex illius paradoxis, quo ſubtilitatis velo hodie *Ferneliani* errores conteguntur. Hæmorrhagiæ ſæpius recurrentes ac longo tempore perſeuerantes hepatis imbecillitatem præſagiunt & aliquoties cachexiæ vel hydropis ſunt prænuncij.

In hæmorrhagiæ curatione primùm aduertatur, an illa critica ſit vel ſymptomatica: critica cohibenda non eſt, niſi donec notabilis virium prolapſus ſe manifeſtet: ſic etiam ille ſanguis, qui ſine febri ex conſuetudine fluit, inhibendus non eſt, ſed naturæ arbitrio relinquendus, niſi immoderatior fuit, multi enim per huiuſmodi hæmorrhagias periodicas à grauiſſimis morbis immunes fiunt, in quos eatum ſuppreſſione facta incidere conſueuerunt. Aſt ſymptomaticam hæmorrhagiam compeſcere oportet, quod fiet ſanguinem ad nares confluentem reuellendo, venas apertas occludendo, ſanguinis motum præpoſterum inhibendo, humores acriores & tenuiores præcipuas hæmorrhagiæ cauſas euacuando, corrigendo, eorumque generationem prohibendo, & facultatem retentricem hepatis ac venarum corroborando, quæ omnia præſidiis ſeqq. perficiuntur. Sanguinis miſſio inter reuulſoria remedia principem locum obtinet, quæ maturæ celebranda eſt, antequam vires debiles euaſerint, vena brachij è directo naris, vnde ſanguis

guis profluit : ſi vnica phlebotomia aliiſque remediis mox deſcribendis hæmorrhagia non deſinat, illa pro virium modulo reiterari poterit, aut vena pedis aperiatur, vt reuulſio ad diſtantiſſima fiat : poſt venæſectionem vel ante ipſam cucurbitula hypochondrio admouenda eſt, dextro, ſi è nare dextra, ſiniſtro, ſi è ſiniſtra ſanguis profluxerit, hinc ipſe *Galenus lib. de prænotion. cap.* 13. hæmorrhagiam iuuenis Romani nulla venæſectione antecedenti cohibuit, *τὴν σικύαν κατὰ τὸ δέξιον ὑποχόνδριον ὑποβαλών cucurbitulam ad dextrum hypochondrium ſubiiciens* : nihilominus non eſt vſquequaque tuta hæc cucurbitularum applicatio, ſanguis enim tunc efferueſcens ad hepar aut lienem nimiâ copiâ attrahi, & illic inflammationem efficere poteſt, quod *Fabricius Hildanus centur.* 2. *obſeru.* 47. exemplo Aulici cuiuſcam confirmat. *Foreſtus lib.* 13. *obſeru.* 14. cucurbitulas ſiccas ſuprà pedes inſigni experimento commendat. Cucurbitulas ſcapulis admouere nec tutum remedium eſt, poſſunt enim à partibus inferioribus ad ſuperiores ſanguinem attrahere, & nouo fluxui occaſionem præbere. Potenter ſanguis ad niteriora retrahitur per animi deliquium, cuius interuentu contumaciſſimam hæmorrhagiam fuiſſe ſublatam *Autor noſter* in Illuſtriſſimo *Epiſcopo Lodonenſi A. S.* 1629. obſeruauit, hic febre maligna cum renis dextri inflammatione in abſceſſum abeunte laborans tam vehementi hæmorrhagia correptus fuit, vt ſpatio quatuor horarum libras duas ſanguinis excreuerit, interim cum ille affatim flueret, & vires proſterneret, ad ſiſtendam hæmorrhagiam *Epiſcopus* multa remedia vſurpauit,

ſed

ſed omnibus nihil proficientibus æger aluum deponere ſatagens cogi non potuit, vt in lecto deiiceret, præmonuimus ſi ſurgeret, fore vt in ſyncopen propter vires collapſas rueret, quæ tamen cohibendæ hæmorrhagiæ remedium vtile ſit, & ita ferè ſucceſſit, nam poſtquam ſurrexiſſet, animi deliquium paſſu s erat, quod ex potu vini diſparuit, & poſtquam deieciſſet, ac in lectum delatus fuiſſet, ſanguis minori impetu fluebat, conceſſaque *ſalis prunell.℥i.* ß. ſoluta in aqua frigida ſtatim ſanguinis fluxus omninò ſe ſiſtebat, cum tamen idem remedium cùm aliis quàm plurimis fruſtra in vſum reuocaſſet: quamuis autem animi deliquium ab aliis ex mente *Autoris noſtri* inter hæmorrhagiæ remedia non proponatur, illud tamen *Hippocr. lib.6.epidem. ſect.7.aphor.3.* ſeqq. verbis inſinuat: αἱμασιος φλεβῶν ςάσιες λειποθυμίη χῆμα ἄλλη ἀπόληψις, μοτώματος ξυςραφὴ, πρόςεσις, ἐπίδεσις. *Sanguinis venarum ſuppreſſiones* faciũt *animi deliquium, figura* altera, venæ *interceptio, linamẽtum intortũ, appoſitio, deligatio.* Idem *Galenus lib. 5. M.M.c.5.* confirmat: τὸ αἷμα ἐπιῤῥεῖν κωλύεται διά τε λειποθυμίαν καὶ ἀντίσπασιν καὶ παροχέτευσιν καὶ ψύξιν ὅλου τε τοῦ σώματος καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ τεθερωμένου μορίου. *Sanguis confluere inhibetur & propter animi deliquium tractionemque in cõtrariã partem, & cũ ad vicina deriuatur, & per refrigerationem tum corporis totius tũc præcipuè ipſius partis affectæ:* notandum tamen eſt, deliquium animi tantùm conuenire quando ſanguis effluit è venis, quæ ad ſuperficiem corporis tendunt, quod etiam *Hippocrat.* innuit dum hæmorrhagiæ, *linamẽtum, deligationẽ, &c.* præſcribit: quando enim ſanguis à partibus inte-

rioribus

tioribus profluit, vt in hæmoptoe, menſium fluxu immodico, aut vulneribus partium interiorum, tunc retracto calore ad illas partes deliquium animi fluxum adauget. Revulſionibus prædictis aliquandiu vſurpatis, ſi fluxio nihilominus perſeueret, ad illa remedia veniendum, quæ fluentem ſanguinem repellunt. Caput frigidâ perfundendum non eſt, nec repellentia fronti admouenda, donec revulſiones ſufficientes præceſſerint, alioquin ſanguis per refrigerantia intro compulſus venas replebit, quæ in alto ſunt, vt *Galenus lib 5. M. M. c.6* docet, ſic calore per antiperiſtaſin aucto fluxus ſanguinis augebitur, vnde illius impetus adiuuatur, vel ſi ſanguis retineatur, convulſiones, apoplexia, aliúſque grauis affectus excitari poſſunt. Solum acetum ſanguinem fluentem cohibere poteſt, ſi eo frons cum ſpongia foueatur, aut illa naribus immittatur: conſperſio faciei cum aqua frigida ſanguinem fluentem repellit, eundémque ad interiora beneficio timoris retrahit, qui ex frigida faciei inopinatò aſperſa oritur. Ceruix aceto frigido foueatur: oxycratum in ore detentum & ſæpè immutatum etiam ſanguinem ad partes ſuperiores confluentem repellit, ſimulque impedit, ne ſanguis è naribus ad gulam defluat, quod ſæpè contingit. Præter hæc repellentia in vſum reuocentur, quæ venas apertas occludunt & conglutinant. ℞. *Conſeru. roſ. rubr. ℥j ß. rad. ſymph. maj. cond. ℥ß. trochiſc. de carab. lap. hæmat. præpar. corall. rubr. præpar. C. C. philoſ. præp. ā. ℈j. ſyr. de roſis ſic. q. ſ. F. mixtura, de qua magnitudinem nuciſtæ ſæpius æger ſumat.* In contumaciſſimo affectu & aliis remediis non cedente, ſi vires adhuc conſtent, ***Autor noſter*** ad laudanum opia-

P tum

tum & ſyrupum de papauere confugit.Refert *Pereda* apud *Autorem noſtrum* vetulam *Monſpeſulanam* ſolâ menthâ naribus impoſitâ hæmorrhagiam trium dierum curauiſſe. *Autor noſter ſpicanardi* ℥j *puluer. cum juſculo aut aq.plantag.*concedit,& pro remedio excellentiſſimo agnoſcit. Dum remedia prædicta vſurpantur,de omnimoda cauſæ ablatione cogitandum erit, quæ vtplurimum eſſe ſolet humor tenuis, ſeroſus, aut bilioſus in ſanguine redundans, eíque motum præpoſterum concilians, naturámque ad illius excretionem irritans, vnde fit, vt humore iſto euacuato & ſanguine repurgato natura eum tanquam amiciſſimum vitæ theſaurum retineat: ℞. *Samarindor.*℥ß. *aq.cichor.plantag.ā* ℥*v.coq. lento igne ad reman.*℥*vj.in col.feruent.infunde rhabarb.opt.*ʒ*ij. & fact.expreſſion.fort.miſce ſyr.roſar.ſol. ſimplic.*℥ß. *F. potio purgans aliquoties reiteranda.* Quòd ſi ab intemperie calida hepatis affectus foueatur, curatio etiam ad illam dirigenda eſt, de qua infrà *lib.*11.*c.*1. dicemus.Exactiſſima diæta per totum morbi decurſum obſeruetur : æger à vino abſtineat:alimenta ſint ſorbilia,quoniam ſolidorum ciborum contrario hæmorragiam promouet. Quies totius corporis imperetur, ægrotus nec ambulet, nec multa loquatur, quia motus linguæ & maxillarum hæmorrhagiam amplius commouent: vigiliæ immodicæ vitentur, quia ſanguinem fluidiorem efficiunt, denique vehementiora animi pathemata diligenter intermittantur.

LIBER

LIBER V.

De affectibus linguæ.

PRÆFATIO.

LINGVA tum guſtus tum loquelæ inſtrumentum eſt; vtraque actio læditur per tumores varios, qui linguæ adnaſci conſueuerunt; ſpeciatim vnaquæque actio à peculiaribus cauſis imminuitur, aboletur & deprauatur: quæ omnia vt ſigillatim deſcribantur, quintus hic liber in quatuor capita diſtinguendus eſt; quorum primum de inflammatione & aliis linguæ tumoribus; ſecundum de ranulâ ſub lingua, quæ licet ad tumorum genus pertineat, ſeorſim tamen tractanda eſt, quòd diuerſiſſimam à reliquis tumorbus curationem deſideret; tertium de guſtu læſo; denique quartum de paralyſi linguæ & aliis motus illius læſionibus aget.

CAPVT I.

De linguæ inflammatione & aliis eiuſdem tumoribus.

QVemadmodum omnes corporis partes præſertim carnoſæ inflammatione afficiuntur;

ſic etiam lingua aliquando eâdem ex ſanguinis affluxu corripitur, qui provt vel purus, bilioſus, pituitoſus aut melancholicus eſt, phlegmonem veram aut eryſipelatoſam, œdematoſam vel ſcyrrhoſam producit, quæ interdum ad ſuppurationem deſinit: vt exemplũ cuiuſdam cereviſiarij apud *Foreſtũ lib.* 14. *obſeru.* 24. comprobat. Lingua frequentiùs etiam tumorem mollem œdematoſum ex pituitæ à cerebro in eam affluxu patitur, hinc *Galenus lib.* 14. *M. M. cap.* 8. vidit γλῶτ]αν οὕτως ἐξαρθεῖσαν ὡς μὴ χωρεῖσθαι πρὸς τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου. *linguam ita tumefactam, vt ore hominis contineri non poſſit.* Interdum lingua ad talem magnitudinem excedit, vt ſub nullo tumoris genere collocari poſſit, quod *Galenus lib. de different. morbor. c.* 9. eleganti exemplo declarat, γλῶσσάν τινος ἐπὶ πλεῖστον αὐξηθεῖσαν ἐθεασάμεθα χωρὶς ἁπάσης ὀδύνης, ὡς τε μὴ τ' οἴδημα δοκεῖν εἶναι μή τε σκίῤῥον μή τε φλεγμονὴν οὔτε γὰρ ἐκοιλαίνετο πιεζόντων, οὔτ' ἀναίσθητος ἦν οὔτ' ὀδυνώδης ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο μόνον αὔξησις τίς ἄμετρος ὑπῆρχεν οὐδὲν τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ μορίου βεβλαμμένης: *vidimus cuiuſdam linguam ſuprà modum abſq; vllo dolore excreuiſſe, nam nec œdema, nec ſcyrrhum, nec phlegmonem patiebatur, neq; enim prementi manui cedebat, aut dolore infeſtabatur, ſed nullum malum præter immodicam magnitudinem oſtendebat nihil ipſa ſubſtantia vitiata.* quod ex nimia copia vtilis alimenti eius ſubſtantiam conuerſi accidit: ſimile exemplum proponit *Claudinus conſult.* 9.

Diagnoſis horum tumorum difficilis non eſt, quandoquidem magnitudo aucta præter naturam viſui ſubijciatur: tumorum differentiæ ita diſtinguntur, ſi fuerit inflammatio, adeſt dolor & caliditas

ditas in lingua tum rubedo, qua etiam facies aliquantulum inficitur: ſi à pituita tumor originem duxerit, lingua albicat, & multum pituitæ effluit, cujus ſapor dulcis aut inſipidus eſt: ſi nudum ſit linguæ incrementum, ſigna aliorum tumorum deſunt. Quòd prognoſin attinet, tumores linguæ vtplurimùm vitæ periculum non aſſerunt, niſi in tantam molem excreuerint, vt inde ſuffocatio metuenda, aut ex humore quodam maligno vel atrabilario ortum duxerint, vn cancroſus tumor generari poteſt, quod duritie, liuiditate ac dolore pungente cognoſcitur.

Curatio inflammationis linguæ revellentibus ac repellentibus remediis inchoãda eſt, ac primum venæſectio celebranda & ſanguis ſatis magna quantitate pro virium modulo detrahendus eſt: cucurbitulæ cum ſcarificatione ſcapulis applicentur, poſtmodum gargariſmata refrigerantia ac repellentia vſurpentur: poſt venæſectionem purgatio inſtituenda eſt ex cholagogis & phlegmagogis, quandoquidem pituita è capite defluens ad horum tumorum productionem particulariter ſaltem concurrat, ordinentur pilulæ *ad finem huius capitis* præſcriptæ: ſi tumor ad ſuppurationem deſinat, gargariſma ſeq. ordinetur. ℞. *Herbar. malu. violar. alth. ã. Mj. ficuum rec. par. 4. inciſa coq. in aq. font. q. ſ. in. colat. ℥viij. ſolu. mell. violar. ℥ij. F. gargariſma.* Facta ſuppuratione ſi abſceſſus ſpontè non rumpat, ſcalpello aperiendus eſt: tumor mollis & laxus à pituitæ influxu oriundus primùm curatur revulſione facta per phlebotomiam, ſi æger ſanguine abundet, dein ſeq. pilulæ purgantes ordinentur: *e. g. pro viro XL. annorum.*

℞. Extr. pilul. cochiar. gr. xvij. cathol. gr. v. ol. ſtillat. major gr. j. F. pilul. vij. deaur. ſumantur mane cum regimine diæta.

CAPVT II.

De Ranula ſub lingua.

QVamvis præcedenti capite varij linguæ tumores à nobis expoſiti ſint, vnus tamen adhuc explicandus ſuperat, qui Græcis βάτραχος Latinis ranula nominatur, hinc cum ille naturam à prædictis maximè diuerſam obtineat, etiam curationis diſtinctum caput requirit. Ranula eſt tumor ſub lingua ad illam partem, quâ vinculo alligatur, & tantus ſæpè apparet, vt dentes inferiores ſuperet; rimâ autem mediâ dexteram à ſiniſtra tumoris partem dirimente poſteriorem ranæ partem refert, vnde affectui nomen: ad œdematis aut meliceridis naturam accedit, quo aperto materia ovi candido aut melli ſimilis profluit; nam cum dicta materia in folliculo contineatur, ideo juxta *Autorem noſtrum* inter melicerides reponitur, in iſtis folliculis interdum calculus inuenitur, vt videre eſt apud *Schenckium lib. obſeru. medic. edit. Lugdun. p. m.* 382.

Diagnoſis huius affectus difficilis non eſt, dum enim lingua attollitur, quædam veluti carnoſitas laxa & mollis ſub ea continetur & ab vtraque parte ligamenti prominentia ſphærica, ciceris, fabæ vel interdum caſtaneæ magnitudinem æquans conſpicitur. Affectus hic vtplurimum periculo vacat: aliquando in pueris propter viciniam aſperæ arte-

riæ

riæ & laringis ſuffocationem intentat, in adultis, ſi febris ſuperueniat,in anginam tranſire poteſt:periculoſa etiam eſt ranula,quæ nigra & dura ad cancri naturam accedit.

Cum iſte tumor rariſſimè per reſolutionem curetur,ad illius apertionem deueniendum erit: hæc exiguo foramine non inſtituatur, quoniam materia in folliculo contenta iterum colligitur & folliculus impletur (cui in primis inſeruit ſumma partis laxitas & mollities recipiendis excrementis maximè idonea) ſed per ſummum tumorem longa ſectio facienda eſt, vt tota materia ſimul effluat.

CAPVT III.

De Guſtu læſo.

GVſtus vt reliqui ſenſus omnéſque corporis actiones tripliciter læditur, imminutè, abolitè & deprauatè: imminuitur, cum ſapores remiſſos vix, intenſos remiſsè percipit: aboletur, cum prædictos ſapores nullo modo percipit; denique deprauatur, cum objectum alieno ſapore infectum judicat.

Imminuti & aboliti guſtus cauſæ eædem ſunt tantùm magnitudine differentes, nam leuiores guſtum imminuunt, grauiores abolent: & hæ cauſæ ſunt, vel defectus ſpirituum animalium in ipſa parte, vel nervi à tertio pari in linguam tranſlati intemperies, vel lingua ipſa aliquo affectu præternaturali afflicta. Spiritus deficiunt vel propter ipſorum penuriam vt in moribundis, vel propter ob-

ſtructiones nervorum tertij paris, per quod deferuntur,vel propter tumorem in ea cerebri parte genitum, à qua nervi oriuntur. Lingua vel humida & pituitoſa materia obducitur, vel tumoribus, puſtulis aut vlceribus afficitur, & hinc guſtatus imminui vel aboleri poteſt. Guſtus deprauatur, quando lingua vitioſo aliquo humore inficitur, vt in febribus ſæpè contingit, tunc enim lingua bile infecta omnia, quæ guſtantur, amara eſſe judicat: quod ſi pituita ſalſa vel humore melancholicho imbuatur, omnia ſalſa vel acida videntur; objecta enim externa linguæ admota vitioſum ipſius ſuccum commouent, qui tum linguam magis feriens ſaporem illi fortius imprimit, & ita, quæ guſtantur, tali ſapore, infecta putantur: non rarò tamen contingit, linguam ſuccorum in ſe contentorum ſapores percipere,etiamſi nullum objectum externum admoueatur, vt *Galen.lib.1.de ſymptom. cauſ.c.4.* docet. & quotidiana experientia in febrientibus confirmat, quorum lingua bile perfunditur, quæ ſi valde amara ſit, ægri continuum amarorem in lingua ſentiunt, licet nihil deguſtent.

Cauſarum prædictarum diuerſitas ex ſaporum varietate & linguæ ipſius diſpoſitione cognoſcitur, dulcis enim ſapor & linguæ rubedo ſanguinem, amaror & color flauus bilem,albedo cum dulcedine pituitam, aciditas melancholicam indicat: ſapor abominabilis prauos humores in ventriculo contineri oſtendit: puſtulæ,tumores & vlcera oculis patent: denique ſi nulla permutatio in lingua appareat,& guſtus imminuatur aut aboleatur, in cerebro vel nervis cauſam latere cenſetur.

Cura

Curatio varia eſt pro varietate cauſarum: ſi in cerebro vel neruis affectus lateat, illi remedia aptanda ſunt, præſertim quæ ad paralyſis curationem præſcribuntur, de quo affectu peculiarem *exercitationem* edidimus: cum à prauis humoribus guſtus deprauatur, illud ſymptoma vtplurimum ab aliis morbis præcipuè febribus dependet, quibus curatis illud etiam tollitur: ſi à tumoribus guſtus lædatur, *præcedens caput* conſulatur: ſi denique à puſtulis aut vlceribus linguæ affectus oriatur, curatio horum affectuum inſtituẽda eſt per venæſectionem & purgationem humorum acrium, quibus accedent topica refrigerantia, adſtringentia & exſiccantia ad gargariſmatis formam redacta: vlcera abſtergantur melle roſaceo, cui aliquot guttulæ olei ſulphuris aut vitrioli addantur, quibus præſertim aphthę citò curantur.

CAPVT IV.

De Paralyſi linguæ & eius motu læſo.

PRæcipua linguæ actio loquæla eſt, quæ aboletur, imminuitur & deprauatur à variis cauſis, & ad morbos ſimilares, organicos atque communes referuntur: quod ſimilares attinet, humida intemperies cum materia linguam molliorem & laxiorem efficit, vt motus ſuos liberè non exerceat; ſiccitas etiam nimia loquelam vitiat, vt in febribus contingit: morbi organici ſunt magnitudo aucta, vt tumores, qui liberum linguæ motum impediunt, figura

figura vitiata,vt ſi lingua breuior ex natiua conformatione aut præciſione apicis fuerit, aut ſi vinculo ſuo arctius alligetur,& obſtructio neruorum ſeptimi paris,qui ad muſculos linguam mouentes deferuntur:denique morbi communes ſunt vlcera & vulnera eiuſdem partis: Nimia linguæ humiditas balbutiem efficit, qua affecti literam R pronuntiare nequeunt pueris familiaris eſt, qui ob nimiam humiditatem illa laborant, à qua ætatis progreſſu liberantur, quando ſuperflua humiditas abſumitur: in quibuſdam intemperies hæc cum tota vita durat, & iſti perpetuò balbi remanent.

Balbuties hæreditaria inſanabilis eſt:quibuſdam balbuties accidentaria contingit à catarrho & copioſo humoris pituitoſi defluxu in fauces & linguam quæ euacuatione, reuulſione & deriuatione humoris influentis atque capitis robore tollitur.

Linguæ implantantur duo neruorum paria, vnum ad guſtandi ſentiendique actionem exercendam, & alterum ad loquelam ac linguam variis modis mouendam, igitur ex neruorum à ſeptimo pari oriundorum obſtructione & relaxatione paralyſis linguæ naſcitur, quæ frequenter apoplexiæ ſuccedit, & tunc aliæ etiam partes ac plerumque dimidium corporis latus paralyſi corripitur: In hemipligia partem alterutram linguæ paralyticam ante *nonneminem* vidit grauiſſimus *Kiolanus lib.* 4. *anthropogr. cap.* 12. interdum paralyſis linguæ ſolitaria eſt, tantùm neruis aut muſculis linguam mouentibus humore pituitoſo imbibitis & repletis, Quamuis materia hunc affectum producens vtplurimum pituitoſa ſit, interdum tamen craſſior &

frigi

frigidior, interdum tenuior & calidior pro ratione humorum in corpore dominantium exiſtit. Affectus iſte apoplexiam ſequens rarò curationem præſertim in ætate declinante ſuſcipit, quando ſimplex eſt, & æger in ætate florente verſatur, faciliorem curationem recipit. Hæc perficitur ſublatione antecedentis cauſæ humoris in cerebro redundantis, & diſcuſſione cauſæ coniunctæ humoris ſcil. neruis linguam mouentibus impacti. Cauſa antecedens eliminatur iis, quæ *in exercitatione de apoplex.* §. 12. propoſuimus: Primùm purgatio inſtituatur potione aut pilulis *ibidem* propoſitis: mox ſi ſanguis redundet, detrahendus eſt ea quantitate, quæ viribus & ætati conueniat: poſt vniuerſales euacuationes ad materiæ morbificæ deriuationem veniendum eſt per cucurbitulas, veſicatorium & cauterium: ad diſcutiendos & extrahendos humores gargariſmi *ibidem* §. 14. deſcripti quàm vtiliter vſurpantur.

LIBER

ſecun.loc.c.8. & lib.16. de vſu part.c.2. vbi dicit *dētes & cæteras oris particulas vnà cū lingua ſapores percipere:* hinc etiam *lib. de oſſib. cap. 5.* inquit*: Ex oſſibus dētes tantūmodo molliū cerebri neruorū participes ſunt, ob idque ſoli euidentē ſentiendi vim habent:* Idem docet *Auicenna lib.3. fen. 7. tract.1.c.4.* Igitur dolor non ſolùm neruulis & membranulæ interiori ſed etiam ipſi dentium ſubſtantiæ accidit.

Dolor dentium fit ab humorum affluxu, qui vel frigidi, pituitoſi, calidi, ſeroſi, ſalſi aut acres ſunt, vnde dictarum particularum diſtenſio aut vellicatio euenit: iſti autem humores vel in maxillarum & dentium alueolorum membranas vel in neruulum radici dentis inſertum vel in ipſam dentis ſubſtantiam confluunt: Veriſimile tamen eſt, dolorem intenſiorem fieri frequentiorem in partibus illis exquiſito ſenſu donatis, neruulo & membranula alueolum ſuccingente dentiumque radices ambiente, quæ ab humoribus influentibus non ſolùm diſtenſionem ac vellicationem, ſed etiam interdum inflammationem patiuntur, ſi nempe ſanguis cum aliis humoribus admiſceatur, tunc enim dolor à duplici cauſa exoritur diſtenſione & compreſſione, quæ fit à dentis duritie, quam membranula inflammata ferre non poteſt, hanc autem membranulæ inflammationem vt plurimum gingiuæ inflammatio comitatur. Humores in dentes & partes adiunctas vtplurimum à capite fluunt, interdum tamen à partibus inferioribus promanant: cum enim vitioſi aliqui humores præcipuè ſeroſi in parte aliqua geniti in venis cumulantur, natura illorum onus excutere tentans ad partes debiliores

præci

præcipitat,hinc ſi dentes propter intemperiem, cariem aut eroſionem tales exſtiterint,ad eos præſertim fluxio decumbit: *Carolus Piſo in libr. de morb. ab eluuie ſeroſa obſeru.*7.ſtatuit, *dolorem dentium ab eluuie humoris ſeroſi è cerebro decumbente creberrimè imo ferè ſemper ſuccreſcere, cuius ſignum euidentiſſimum eſt aſſidua ſaliuatio,perpetua fere doloris dentiū comes.* Porrò diligenter notandus eſt ſurculus à carotide deductus(quod *Riolanus lib.*4.*anthropogr.c.*5. prius monuit)qui auris antitragum perreptat maxillam ſuperiorem irrigaturus,vt ſingulis dentibus ſpiritum vitalem ſuppeditet,per eum ramum in dentes fluxionē fieri *Riolan.* putat,quoniā eo reſecto miraculi inſtar ſedatam vidit odontalgiam propter commeatum ſeroſi & acris humoris interceptum: erat quidā *Pariſiis* qui ex hac ſola operatione magnum quæſtum faciebat: præter enumerata vermes in dentibus carioſis geniti doloris dentium cauſa eſſe poſſunt, qui ex qualibet materia in illis cauitatibus retenta & putrefacta producuntur. Nonnulli exiſtimant, interdum dolorem dentium fieri à ſpiritu flatulento, intra dentis cauitatem & neruulum incluſo, ac membranulam interiorem violenter diuellente, vnde dolor atrociſſimus ac ferè intolerabilis excitari ſolet. Cauſæ externæ doloris dentium ſunt; quæ humorum fluxiones promouent, vt aër frigidus, auſtrinus, mora in ſole ardente aut aëre nocturno,crapula, deniq; omnes errores in victu commiſſi: his adde, quæ partem debilitare & fluxioni recipiendæ magis idoneam reddere valent, qualis eſt præſertim caries & perforatio dentis, quæ non rarò pertinaces dentium dolores effi-

cit. Cauſarum diuerſitas à variis ſignis dignoſcitur : à calidis humoribus dolor oriundus intenſior eſt, temperamentum calidius, ætas florens, tempus æſtiuum, caliditatis ſenſus in parte percipitur, & ſæpè gingiuarum inflammatio contingit, à frigidis remediis iuuantur, à calidis autem læduntur : ſin à frigido homore dolor oriatur, ſigna prædictis contraria apparere ſolent : ſi vermis cauſa doloris exſtiterit, dolor erit interpolatus exiguis interuallis deſinens ac rediens,tum motus vermis in parte aliquando percipitur. A Spiritu flatuoſo dolorem produci teſtatur illius atrocitas & diuulſionis ſenſus qui in parte percipitur, exiguo tempore deſinit, ac diſcutientibus remediis parti admotis facilè curatur. Prognoſis varia eſt pro cauſarum varietate : dolor enim, qui ab humore calido, tenui, ſero acri & ſalſo producitur, vehementior, ſed citiùs deſinit ob humoris illius ſubitas mutationes : qui ab humore frigido & pituitoſo excitatur, mitior eſt ſed diuturnior. Tumor in gingiuis obortus fluxione ad partes exteriores tranſlata dentium doloris ſolutionem affert.

Curatio ad doloris cauſam auferendam & ipſum dolorem mitigandum dirigenda eſt : licet enim anodyna parum proſint, niſi fluxio auferatur, ita tamen non rarò vrget dolor, vt ante cauſæ ablationem demulcendus ſit : humor igitur, qui ad dentes confluit, reuellendus & euacuandus, qui iam influxit, deriuandus & diſcutiendus eſt. Si dolor ab humoribus calidis oriatur : primùm venæſectio è brachio eiuſdem lateris celebranda eſt, qua fluens humor plurimùm reuellitur : ſi dolor à frigidis humori

moribus excitetur, venæſectio minùs conuenit ratione tamen fluxionis etiam vſurpari poterit, cum inter reuellentia remedia principem locum teneat: ſequenti die purgans medicamentum conueniens exhibeatur, vide *ſuprà lib.* 1.*cap.* 1. poſtmodum perſeuerante dolore ſcapulis cucurbitulæ cum ſcarificatione applicentur, & veſicatorium poſteriori ceruicis parti admoueatur: ad fluxionem inhibendam aſtringentia temporibus vtiliter applicantur vt emplaſtrum de maſtiche: Radix lapathi acuti vere ante germinationem collecta & exſiccata denti dolenti admota, illius dolorem ſpecificâ proprietate tollit, videatur *Foreſtus lib.* 14. *cap.*6. In vulgari vſu habetur *oleum caryophill. cuius gt.i.* goſſipio intincta denti admouetur, ſi eroſus fuerit, caro illius inſeritur, & humor parti illapſus extrahitur, illaque roboratur: *oleum camphoræ* ad eundem vſum mirè eſt efficax, idemque præſtat *oleum buxi:* præter hæc *Chymici* laudant *oleum ligni Heraclei ſeu coryli* eodem modo vſurpatum. Si dolor ita vehemẽs ſit, vt prædictis remediis non cedat, ad narcotica veniendum eſt, quæ ſub variis formulis *Practici* proponunt, & denti dolenti admouent, quorum tamen effectus vti cæterorum topicorum incertus eſt: inter cætera *laudanum opiatum* principem locum obtinet, quod non ſolùm dolorem ſedat, ſed etiam fluxionem cohibet, & tutò poſt remedia vniuerſalia exhibetur. Si hiſce omnibus vſurpatis dolor dentium non ceſſauerit, & dens valdè exeſus fuerit, ferro extrahendus eſt, quo exſtirpato dolor ceſſat: cauendum tamen, ne dens euellatur, ſi fluxio impetu ruat, caput doleat, gingiua tumeat,

aut

aut dolor atrox ſentiatur: præterea monendus eſt Chirurgus, ne violenter aut affatim vno ſcil. ictu dentem euellat, quippe violentam extractionem cerebri magna concuſſio ſequitur, quam ſæpe ingens hæmorrhagia, febris & interdum mors comitatur: euulſo dente æger os abluat oxycrato tepido, & caueat ab aëre frigido, ne noua fluxio in alios dentes delabatur: ſi ſanguis in tanta copia effluat, vt vix cohiberi poſſit, vitriolum vſtum admoueatur, linteum in aceto tinctum imponatur, & digito comprimatur, donec cruſta inducta fuerit: poſtremum remedium eſt cauterium ignitum, quo ſanguis erumpens ſtatim cohibetur: hæc eſt doloris dentium præſentis curatio: ſi autem ille frequenter recurrat, vt multis huic affectui obnoxiis contingit, prophylaxis adhibenda eſt in eo conſiſtens, vt humorum ad iſtas partes fluentium generatio impediatur, & dentes ipſi roborentur, ne tam facilè fluxionem excipiant: ſi igitur ab humoribus calidis affectus producatur, eadem curatio adhibenda eſt, quæ *in calida hepatis intemperie & catharrho calido* proponitur: ſi à frigidis & pituitoſis humoribus originem ducat, *frigidæ cerebri intemperiei & catarrhi frigidi* curatio vſurpetur: Quæſtione dignum, an in locum euulſi dentis eodem momento alter ſubſtitui poſſit? vt intruſus alveolo firmiter affixus hæreat, & poſtea gingiuarum carne veſtiatur: qui cum *Riolano lib. 4. encheir. anatom. cap.* 8. conſiderabit dentes vitam habere, venulas, arteriolas & neruulos recipere, ſentire, dolere, vinculis adſtringi & firmari, nunquam affirmabit, dentem alienum alveolo intruſum in locum euulſi ſimilem aliis dentibus

Q

tibus reddi, eodem officio fungi & peræquè tenaciter hærere; quod tamen nonnulli Medici perſuadere voluerunt, vt *Normano Odontago* fauerant, ſicque ſummo *Riolano* incredulitatem & inſcitiam exprobrarent.

CAPVT II.

De dentium nigredine & eroſione.

DEntes non rarò nigrum, liuidum aut flauum colorem contrahunt, ab humoribus vitioſis illorum ſuperficiei adhærentibus, qui longâ morâ eos tandem corrodunt & carie afficiunt: plurimum ad dentes denigrandos confert hydrargyrum ſiue totum corpus, vt in lue venerea contingit, ſiue facies tantùm eo illinatur: vnde mulieres, quæ fucis ex mercurio vtuntur, dentes nigros aut fœdo colore infectos habere conſueuerunt.

Ad dentes dealbandos infinita remedia *Practici* proponunt: vnicum *Autori noſtro* ſufficit *ſpiritus ſulphuris* aut *vitrioli* aqua ſimplici temperatus, ne vſu frequenti gingiuas erodat.

CAPVT III.

De gingiuarum eroſione & exulceratione.

ERoduntur gingiuæ & exulcerantur ab humoribus acribus ad eas influentibus: partes autem mandantes ſunt cerebrum, lien & aliæ: lienoſi præſer

præſertim vlceribus gingiuarum obnoxij ſunt, vnde in ſcorbuto magna earum partium exulceratio & corruptio contingit: interdum etiam ex lumbricis aut corruptis humoribus, ex quibus illi generantur, gingiuarum eroſiones fiunt, ita vt illæ diu perſeuerantes lumbricorum intus latentium indicia præbeant, vti *Hildan.cent.*1. *obſeru.*59. atteſtatur.

Primùm curatio ad cauſam antecedentem dirigenda & humores vitioſi per venæſectionem ac purgationem euacuandi ſunt: eorundem humorum fluxio auertenda eſt per cucurbitulas, veſicatoria & cauteria partibus idoneis admota, denique partis affectæ vitia corrigenda ſunt. Poſtmodum ad topica veniendum, quæ pro magnitudine affectus variandа ſunt. Spiritus ſulphuris aut vitrioli cum aqua aut melle roſaceo permixtus, quemadmodum dentes mundificat, ſic etiam gingiuarum putredinem arcet. Si iſtis remediis affectus non tollatur & dens vlceri vicinus carie afficiatur, ille euellendus erit, alioquin vlcus inſanabile manebit.

CAPVT IV.

De fluxu ſanguinis ex gingiuis.

SAnguis magnâ copiâ interdum è gingiuis fluere conſueuit vel criticè vel ſymptomaticè: quamuis autem hæmorrhagia hæc critica rariſſimè contingat, id tamen interdum accidere ſolet, vide *Dodonæum obſeru.*14. & *Zacutum lib.*1. *prax.med. admir. obſeruat.* 92. Symptomaticè ſanguis è gingiuis profluit ob ſuam acrimoniam & vitioſam he-

patis aut lienis conſtitutionem: ſic in ſcorbuto familiaris eſt huiuſmodi ſanguinis è gingiuis effluxus. Interdum etiam ſanguis copioſè profluit è dente auulſo lacerata ſc. arteriola, quæ radici dentis inſeritur, vnde tota nonnunquam ſanguinis copia emergit, vt inde quibuſdam mors ſuperuenerit.

Fluxus ſymptomatici curatio perficitur ſanguinis detractione & purgatione, aliiſque remediis viſcerum affectorum vitia corrigentibus, quibus topica remedia aſtringendi vi prædita ſuccedunt. Si euulſo dente hæmorrhagia copioſa accidat, reuulſio per venæſectionem inſtituatur, & parti admoueantur adſtringentia, vt cataplaſma ex bolo armeno, terra ſigillata, ſanguine draconis, albumine oui exceptis paratum: ſi hiſce remediis ſanguis cohiberi nequeat, ad potentiora veniendum eſt, de quibus *Valeriola lib.5. obſeruat.3.* & *Zacutus lib.1. prax. medic. admirand. obſeru.90. & 91.* conſulantur.

CAPVT V.

De Oris & Faucium vlceribus.

LEuia & ſuperficiaria oris vlcera vulgò aphthæ nominantur, quæ autem profundius ſe demittunt, oris vel faucium vlcera abſolutè vocantur, qualia morbo Gallico affectis contingunt.

Hæc vlcera generari ſolent ab acribus humoribus aut vaporibus in fauces tranſlatis: hinc in febribus malignis huiuſmodi vlcera ſæpe accidũt, etiamque illis, qui calidiore hepatis aut aliarum partium

intem

intemperie laborant, vel corruptorum humorum illuvie ſcatent, vnde pueris aphthæ familiares ſunt: iuxta Celeberrimum *Riolanum lib.*4. *encheirid. anatom. cap.* 9. aphthæ interdum adeo malignæ ſunt, vt linguam gargareonem & tonſillas erodant, quales in morbo Hiſpanico *Garotillo* dicto apparent: *Neapolitanis* frequenter accidunt, qui *Syrianem* vlcus faucium appellant, forſan à commercio & contage *Hiſpanorum* accidit, quibus ſtrumæ familiares ſunt, ac proinde malignus humor ſtrumarum talia ſymptomata in ore & faucibus producit.

Variæ horum vlcerum differentiæ recenſentur, nam alia leuiora alia deteriora ſunt, alia pueros alia adultiores infeſtant, alia ſine alia cum inflammatione coniunguntur: quod prognoſin attinet, aphthæ facilius, vlcera profundiora aut putredinem contracta, *νόμαι Græcis* vocata, difficiliùs curantur.

Curatio inſtituitur idonea victus ratione, quæ refrigeret & exſiccet, ac cauſæ antecedentis generationem impediat: pueris itaque, ſi malum à lactis vitio contraxerint, nutricis mutatio præcipiatur, aut propriæ nutricis lac corrigatur cibo & potu laudabili, tum etiam venæſectione & purgatione, ſi opus fuerit: dein cauſæ antecedenti proſpiciendum eſt vniuerſalibus euacuationibus pro ætatis ratione vſurpatis. Primùm phlebothomia humores ad partem affectam fluentes potenter reuellit: huic ſuccedere debent cucurbitulæ & veſicatorium cerui admotum: purgationes humori peccanti & ætati congruæ ordinentur: eodem tempore ſcil. ab ipſo curationis principio topica mi-

tiora vſurpentur: ℞. *Aq. plantag fl. liguſt. ã. ℥iij. mellis roſat. diamor. ſimplic. ã. ℥j. nitri præpar. ℈j. fiat gargariſma tepidè vſurpandum.* Si nulla adſit inflammatio, ſummum remedium eſt *ſpiritus vitrioli aut ſulphuris*, qui in adultis purus vſurpari poterit intincto in eum goſſipio bacilli apici alligato, dein leuiſſimo contactu vlceri admoueatur, ſic enim aphthæ ſimplices in momento ferè curantur: Pro pueris miſcetur dictus ſpiritus cum melle roſaceo ea proportione, vt aciditas linguam leniter feriat, tunc cum penicillo ex linteo bacilli apici alligato aphthæ frequenter illinuntur, & citò curantur: ſi vlcera cum inflammatione admodum dolorifica fuerint, lacteo gargariſmate demulcentur: ſi denique dolor pertinax reuulſionibus & topicis propoſitis non ſedetur, ſed ab illius vehementia acres copioſi humores attrahantur, vnde vigiliæ & corporis conſumptio oriuntur periculum vitæ minantes, extremum remedium eſt ad narcotica dolorem ſedantia & humorum affluxum inhibentia confugere, quorum doſis pro ætate & viribus metienda eſt: *Autor noſter* puerum quatuor annorum à limine mortis liberauit exhibito *laudani gr* j. cuius fauces & lingua inflammatæ profundis vlceribus ſcatebant, vt nec juſcula nec topica remedia ferre poſſet cum magno humorum acrium affluxu, qui continuò ex ore riuuli inſtar emanabant, vnde puer dies noctéſque inſomnes ejulando tranſegit. Denique ſi à lue venerea vlcus faucium procedat, non niſi illâ ſublatâ tollitur.

CAP.

CAPVT VI.
De Vvulæ relaxatione.

VVulæ relaxatio contingit ab humore pituitoſo à capite in eam delabente, cui non rarò ſanguinis quædam portio admiſcetur, & tunc cum relaxatione inflammatio coniungitur, quæ etiam tonſillis frequenter accidit, quarum tamen inflammationum curationem omittimus, cum iiſdem remediis perficiatur, quæ ad linguæ inflammationem & oris vlcera propoſuimus. Humor pituitoſus in columellam defluens eum humectat, emollit & relaxat,vt longior facta partem ſuperiorem œſophagi tangat & nauſeam pariat: etiam laborantes bolum quendam in ſummo œſophago habere ſibi videntur, quem fruſtra deuorare conantur, vt hoc ſolo ſigno ſine inſpectione uvulæ relaxatio dignoſcatur.

Primùm illius curatio ad cauſam antecedentem dirigenda eſt, vnde humores à capite fluentes euacuandi, reuellendi ac deriuandi illis remediis, quæ *ſuprà lib.*1. *c.*15. propoſuimus. Topica in principio ſint adſtringentia & repellentia, qualia in vlceribus gingiuarum ac faucium annotauimus: & licet gargariſmata dictis locis propoſita hîc vtilia ſint,tamen vbi nulla eſt inflammatio, puluerum vſus efficacior erit, iis enim uvula relaxata potentius conſtringitur & exſiccatur: primùm admoueatur *pulu. cortic. granatorum*, cui in progreſſu tantillum *piperis* admiſceatur: vel ℞. *Cortic. granator.*℈j. *radic. ireos flor. tormentill. biſtort. flor. roſar. rubr. balauſtior. a. gr.* v.

*alumin. vſti gr.*iij. *fiat puluis.* Vulgus Chirurgorum *pulu.piper.long.* admouet,quod periculo non vacat, ſiquidem metuendum eſt,ne humores affatim à cerebro ad partē affectam attracti graue aliquod damnum afferant: vt autē puluis ſuprà deſcriptus vuulæ vndique aſpergi poſſit,vtile eſt inſtrumentum à *Fabricio Hildano* inuentum & *centur.2.obſer.21.*deſcriptum. Denique ſi relaxata columella prædictis remediis ad priſtinum ſtatum reduci non valeat, ſed longa permanens continuò grauem moleſtiam inferat,vltimum erit ſummitatem eius præſcindere, in qua operatione ſeq. cautelæ notentur: prima deſumitur *ex Hippocr.lib.3.prognoſt.text.14.& 15.* Οἱ γαργαρεῶνες ἐπικίνδυνοι καὶ ἀποτάμνεσθαι καὶ ἀποσχάζεσθαι, οἵ τ' ἂν ἐρυθροὶ ἔωσι καὶ μεγάλοι: καὶ γὰρ φλεγμοναὶ ἐπιγίνονται τουτέοισι καὶ αἱμοῤῥαγίαι ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα τοῖσιν ἄλλοισι μηχανήμασι πειρῆσθαι κατισχναίνειν ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. *Heurnius* ita vertit: *Gurguliones formidabiles ſunt & inciſione & ſcarificatione, quamdiu & rubri & magni ſunt: nam tum inflammationes incidunt ſanguiniſq; profluuia: ſed huiuſmodi aliis remediis artificioſè excogitatis attenuare, conandum eſt tunc temporis.* Ὁπόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι, καὶ γένηται τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζόν τε καὶ περιφερὲς τὸ δὲ ἀνωτέρω λεπτότερον, ἐν τουτέῳ τῷ καιρῷ ἀσφαλὲς διαχειρίζειν· ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα χειρουργίῃ χρῆσθαι, ἢν ὅ,τε χρόνος ζυγχωρέῃ καὶ μὴ ἀποπνίγηται ὁ ἄνθρωπος. *At vero cum iam tota* columella *abſceſſerit* à palato,*quem* morbum *uvam vocant.appareatque pars ima gurguleonis maior atque rotūda,ſuperior autem pars tenuior, ibi tunc tutò manus admouere poteris: ſed tamen praſtiterit ſubducta aluo chirurgia*

ſurgia vti: ſiquidem & tempus conſentiat, nec ſtranguletur æger: Altera ex *Pauli Æginet.lib.6.cap.*31. depromitur: *Contractas, rotundas uvas, non oblongas & ſanguinolentas aut ſubnigras chirurgiâ non aggredimur: tenues verò, oblongas, ſummâ parte imminutas, ac reſolutas & non valde ſanguinolentas, ſed ſubalbicantes manu tractamus*: Fortunatæ operationis exemplum proponit *Amatus cent.*3.*ſub finem obſeruat.*65. Tertia eſt, ne nimia gurgulionis quantitas abſcindatur, hinc enim vocis & reſpirationis læſionem oriri docuit *Galenus lib.*11. *de vſu part.cap.*11. vnde ex integra illius conſumptione, quod in lue venerea aliquando contingit, tabes & mors non rarò ſubſequitur: itaque mirari ſubit, cur *Rufus Epheſius* ſcripſerit, uvula reſecta nullam corporis actionem vitiari, cur *Fallopius* inficietur? eius eroſione vel amputatione vocem deprauari, cur *Nicolaus Florentinus* libris conſignarit? cantoribus gargarionem exſtirpari, quò craſſiorem vocem edant, vti Celeberrimus *Riolanus lib.*4. *anthropogr. cap.*13. ante *nonneminem* recenſuit.

CAPVT III.

De Angina.

Anginæ nomen in genere ſumptum omnem faucium & gutturis affectionem ſignificat, quâ reſpiratio & deglutitio impeditur nullo exiſtente in pulmone aut thorace vitio: hæc duplex eſt legitima & ſpuria.

Legitima fit ab inflammatione, quâ muſculi faucium & laryngis tumefacti reſpirationis ac deglutitionis

titionis vias anguſtiores reddunt : illa autem inflammatio vel laryngem aut pharyngem occupat, nam vtraque pars muſculos ſuos habet, de quibus eleganter ſcripſit *Riolanus lib.5. anthropogr.cap.18. & 19.* ac licet vtplurimum pharynx & larynx propter viciniam in angina patiantur, modò tamen hæc modò illa magis afficitur, vnde non exigua ſymptomatum differentia emergit, quorum ratione *Galenus lib.5. de loc.affect.c.4.* quatuor anginæ differentias propoſuit, quas *Græci* paulo ante *Galeni* ſeculum viuentes propriis nominibus nimis curioſo (vt *Galenus ibidem* cenſet) verborum aucupio deſignarunt, & vnam συνάγχην, alteram κυνάγχην, tertiam παρασυνάγχην, quartam παρακυνάγχην nominarunt: ſi inflammatio interiores propriósque laryngis muſculos occupet, κυνάγχη, ſi interiores pharyngis muſculos συνάγχη, ſi exteriores laryngis muſculos παρακυνάγχη, denique ſi exteriores faucium muſculos inuadat, παρασυνάγχη vocatur.

Spuria angina febre caret, & duplex ſtatuitur : prima & communiſſima eſt, quæ ab humore pituitoſo in partes laryngi vicinas delabente producitur : altera fit à luxatione vertebrarum ceruicis, qua gulæ introitus comprimitur.

Veræ anginæ vt & aliarum inflammationum cauſa eſt ſanguis purus vel impurus, qui è venarum aut arteriarum iugularium ramis in dictas partes effunditur : iuuenes magis anginæ obnoxij ſunt quàm ſenes, qui multo & bilioſo ſanguine abundant. Ad cauſas internas reuocari poſſunt febres continuæ, putridæ, ardentes & inprimis epidemicæ : vide *Foreſtum lib.6. obſeru.2.* Inter cauſas externas

ternas recenſentur *aſſidui imbres* iuxta *Hippocrat. ſect.*3. *aph.*16. quibus ennumeratur temporum inæqualitas, quando à calore partes laxantur,& à frigore ſubitò ſuperueniente humores ad eas propelluntur: idem præſtat ſubita refrigeratio ab excalfactione & frigidæ potus poſt eandem: tum ſi caput plurimis tegumentis caleſcat, & poſtea ſtatim nudo aëri exponatur. Spuriæ anginæ cauſam proponit *Hippoc.lib.*4.*de rat.vict.in morb.acut.text.*39. κυνάγχος γίνεται, ὁκόταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πολὺ καὶ κολλῶδες ὥρην χειμερινὴν ἢ ἐαρινὴν ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιῤῥυῇ. *Angina fit, cum ſub hyemem aut vernum tempus multa & lenta fluxio ex capite ad iugulares venas defluxerit:* alias adhuc recenſet *lib.*2. *de morbis vulgar ad finem ſection.*

Angina in genere cognoſcitur ex illius ſignis pathognomicis, reſpirandi nempe & deglutiendi difficultate, abſque aliquo thoracis aut pulmonum vitio, præterea dolor circa fauces percipitur, & in vera angina febris adeſt: differentiæ anginæ etiam propriis ſignis diſtinguntur: in ſynanche minor eſt reſpirandi difficultas, deglutiendi maxima, vt liquida vix tranſeant, & potus ferè per nares rejiciatur: in paraſynanche etiam reſpirationis exigua difficultas eſt, quia muſculorum faucium externorum inflammatio parùm reſpirationi officit, dolor & rubor foris in ceruice percipitur, cum inflammatio partes externas occupet. In cynanche maxima eſt reſpirationis læſio, ita vt ægri ſtrangulari videantur, ac non niſi erecta ceruice & aperto ore ſpirare valeant: fauces vehementer dolent, nullus tamen rubor aut tumor nec in faucibus nec

in

in ceruice apparet: lingua liuida, nigra vel retorta propter ſummam linguæ venarum repletionem apparet,& febris acutiſſima adeſt: cynanche nonnunquam in peripneumoniam aut hæc in illam tranſit, vide *Dodonæum obſeruat.medic.cap.*18. In paracinanche reſpiratio minùs difficilis eſt quàm in cynanche,difficilior autem quàm in ſynanche, rubor ac tumor aliquis in faucibus deprehenditur. Quod prognoſin attinet: angina vera morbus eſt acutiſſimus propter imminentem ſtrangulationem, hinc prima anginæ ſpecies omnium periculoſiſſima eſt, quoniam inflammatio muſculorum internorum laryngis meatum magis præcludit: ſecunda ſpecies anginæ licet admodum periculoſa ſit, paulo minus tamen lethalis eſt, quia inflammatio muſculorum externorum laryngis tam ſubitam conſtrictionem non facit: tertia ſpecies minùs periculoſa eſt, quoniam reſpiratio in ea minus læditur: denique quarta anginæ ſpecies omnium ſecuriſſima eſt, quoniam inflammatio longius à gutture recedit: vide *Hippoc. ſect.6. aphor.37.* Ὁκόσοισι κυνάγχην διαφεύγουσιν εἰς τὸ πνεύμονα τρέπεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται: *qui ex anginoſis ſiunt peripneumonici, intra ſeptem dies moriuntur, quòd ſi ab illis ſuperſtites euaſerint, ſiunt ſuppurati*: iuxta *Hippocrat.ſect.5.aphor.*10. In angina vera ſi ſpuma circa os appareat,ſignum lethale eſt,ſummam enim cordis anguſtiam feruorémque intenſiſſimum ſignignificat,à quo propria pulmonum humiditas exprimitur, & ad ſpumæ formam in os transfertur. *Nonnemo* ſtatuit: *muſculis thyroarytenoideis ſi inflammatio accedat, angina exitialis inuehitur, nihil ruboris*

neque

neque in faucibus nec ore nec ceruice exhibens: nam in angina aliquando ſternum & ceruix rubent; rubet ſternum propter muſculi bronchij continuitatem: rubent ceruicis latera propter œſophageos: & colli anterior ſuperiórque pars propter muſculorum hyotiroideorum continuitatem: Sed *huic Riolanus* reſpondet: *Concedo quidem muſculo thyroarytenoideo inflammato anginam lethalem excitari poſſe. ſed non rubet ſternum propter muſculi bronchij continuitatem, quia ſuperjectum habet muſculum ſternohyoideum & maſtoideum & muſculum latum, dein traducitur ſub ſterno, nec poſſunt rubere ceruicis latera propter œſophageos, quia ſubiecti ſunt laryngi & incubant corporibus vertebrarum ceruicis, neque colli anterior ſuperiórque pars propter muſculorum hyothyroideorum continuitatem rubere poteſt, quia ſunt multis aliis muſculis contecti & obuoluti:* Hactenus *Riolanus.*

Anginæ curatio iiſdem indicationibus perficitur, quæ in omniũ inflammationũ curationibus obſeruantur: humor ad partem fluens reuellendus, qui iam influxit, deriuandus & reſoluẽdus, quod ſi reſolui nequeat, concoquẽdus & ſuppurandus, quæ omnia ſeq. præſidiis abſoluuntur. Primò victus ratio inſtituatur tenuiſſima, refrigerans & humectãs ex cremore hordei, iuſculis pullorũ aut caponũ, &c. Potus ſit ſeq. decoctũ: ℞. *Radic. acetoſ. frag. liquir. raſ. ã. ℥ij. jiuub. rec. par. 4. C. C. vſti ℥ß. inciſa coq. in aq. font. ad menſ. 2.* Aër ſit temperatus, frigidior meatus conſtingit, calidior fluxionẽ & inflammationẽ auget: æger capite ſublimi & erecta ceruice decumbat, vt facilius reſpiret: ſomnus, vt in omnibus internis inflãmationibus maximè arcendus eſt, nam ſanguis in ſomno ad in-

teriora

teriora recurrit & humorum confluxum ad partem affectam excitat. Cum autem angina ſit morbus acutiſſimus & vno interdum die hominem è medio tollat, magna remedia cum ſumma diligentia vſurpentur: ideo quacumque diei hora Medicus vocetur, ſanguinem ſtatim è vena brachij magis conſpicua detrahere iubeat, quantum vires ferre poſſunt, in hoc enim remedio præcipua ſalutis ſpes conſtituitur, non tamen vna vice ſanguinis magna copia detrahatur, ne æger in animi deliquium incidat, vnde periculum vitæ immineret, ſed ſaltem per aliqua interualla: ſanguinis miſſio tantoperè eſt neceſſaria in hoc affectu, vt à nullo contraindicante retardari debeat; ſic fluentibus menſibus & in quocunque grauiditatis tempore ſanguis commodè detrahitur. Educto ſufficienter ſanguine ad purgationem veniendum eſt, quæ ſeq. die vſurpetur non exſpectata humorum concoctione, quia morbus inducias non concedit: potio purgans ex blandioribus eſſe debet, ne vehementiùs commoti humores ad partem affectam ruant: *e. g. pro viro* 40.*annorum.* ℞. *Syr. fl. perſicor.* ℥iij. *aq. cichor.* ℥j.ß. *fiat potio mane cum regimine diata ſumenda*: ſtatim poſt venæſectionem poſteriori ceruicis parti veſicatorium applicetur: deriuationis gratiâ Recentiores ranularum ſiue venarum ſub lingua apertionem ſuadent, quâ ſanguis inflammationem immediatè efficiens educitur: de venarum iugularium apertione commoda, vide *exercitat. noſtr. de apoplexia* §. 11. Dum prædicta remedia vſurpantur, topicis remediis inflammatio gutturis & faucium oppugnanda eſt, in principio conueniunt repellentia ad gargariſma

riſmatis formam redacta, vt partem inflammatam immediatè attingere poſſit: ℞. *Aq.plantagin.ſolan. ā.*℥iij. *ſyrup.granator.diamor.ſimpl. ā.*℥j.ß. *ſal. nitr.* ʒß. *F.gargariſma:* Externè collo emplaſtrum diachyli ſimplicis vel meliloti applicetur, quod etiam conuenit,ſi tumor ad ſuppurationem vergat, porrò ſeq. eclegma conducit: ℞. *Syrup.iuiub.*℥ij.*diamor. ſimpl.*℥j. *ſpecier. diatrag. frig.*ʒij.*ſacchar. roſat. q.ſ. F. eclegma*, quòd ſi hæc omnia nihil proficiant, ad laryngotomiam tranſeundum eſt, quam tutò inſtitui poſſe *Riolanus lib.*3.*anthropogr. cap.*14. ante *non neminem* ſeqq. verbis declarauit: Canalis aſperæ arteriæ ex annulis cartilagineis figura ſigmoeideis dimidiatum circulum referentibus exſtructus eſt: ſunt autem cartilagines ab inuicem disjunctæ, ſed interuentu membranulæ inter ſe reuinctæ,inde fit, vt in angina ſuffocante fruſtra tentatis & adminiſtratis omnibus remediis laryngotomia vel bronchotomia ſecurè fieri poſſit infra laryngem: diſciſſa cute ſpatium membranoſum duabus cartilaginibus interjectum aperietur, & exigua fiſtula introducta tamdiu relinquetur ad reſpirandum, donec tumore fauces conſtringente reſoluto vel ſuppurato reſpirandi per os libertas reſtituatur.

LIBER

interdum humor ſeroſus ac pituitoſus ſpongioſæ pulmonis ſubſtantiæ imbibitur, & læſam illius dilatationem impedit: rariùs ſcyrrhi, calculi & grandines in eadem parte generantur. In pulmonis vaſis frequenter fiunt obſtructiones, quæ liberum aëris commeatum impedientes difficilem reſpirationem faciunt. Sympathicè læditur reſpiratio ex conſenſu aliarum partium vicinarum & remotiorum: ſic inflammatâ pleurâ, diaphragmate vel mediaſtino reſpiratio læditur: ſic corde intemperie calida laborante, vt in febribus, aucto reſpirationis vſu, magna & frequens reſpiratio euadit, contrà eodem frigida intemperie afflicto vt moribundis reſpiratio imminuitur, & tandem omninò ceſſat: ſic empyemate aut hydrope pectoris pas vel aqua in capacitate thoracis collecta pulmonis dilatationem impedit, & reſpirationem lædit: ſic muſculorum reſpirationi inſeruientium læſio eandem actionem vitiat, vt in vulneribus ac tumoribus eorundem contingit, & præcipuè in apoplexia denegato influxu ſpiritus animalis ad eos muſculos: etiam muſculorum laryngis inflammatio ſpirandi difficultatem in angina efficit: Affectus hypochondriorũ ſympathicè reſpirationem lædunt, ſic tumores hepatis & lienis pondere ſuo diaphragma, cui annectuntur, ad inferiora retrahunt, eiúſque motum liberum impediunt: ſic vapores & flatus ab illis partibus eleuati diaphragma comprimunt, eiúſque actionem lædunt, vnde aſthma flatulentum exoritur: idem contingit à ſeroſi humoris copia in hydropicorum abdomine contenta & diaphragma comprimente: denique ab vtero vapores eleuati

reſpirationem vitiant, vnde hic affectus ſuffocatio hyſterica nominatur.

Inter prædictas reſpirationis læſiones aſthma ſeorſin tractatur, quia reliquæ ab aliis morbis dependent: licet autem aſthma interdum lata ſignificatione vſurpatum omnem reſpirandi difficultatem complectatur, ſpecialiter tamen eam in primis ſignificat, quæ à pulmonum infarctu & bronchiorum obſtructione exoritur, hæc ratione ſui febre caret, licet illa interdum complicetur, iterúmque in alias ſpecies dyſpnœam, aſthma proprium & orthopnœam ſubdiuiditur. Dyſpnœa eſt difficilis reſpiratio, in qua crebrior denſiórque fit ſpiritus tractio ex infarctu pulmonum oriunda: hæc aſthmate & orthopnœa leuior à minori materiæ obſtruentis copia gignitur, & magis ipſam pulmonum ſubſtantiam, quàm bronchia obſtruit, vnde ſtertor abeſt, qui fit in mente *Autoris noſtri* ab humoris in bronchiis pulmonum contenti commotione & alliſione cum aëre per ea continuò oberrante. Aſthma eſt magna & frequens reſpiratio, in qua diaphragma & muſculi intercoſtales violenter mouentur, cum ſtertore & ſibilo conjuncta: in verò enim & propriè dicto aſthmate vtplurimùm bronchia pulmonum humore pituitoſo opplentur, qui ab aëre commotus talem ſtrepitum edit. Orthopnœa eſt maxima ſpirandi difficultas, in qua ægroti non niſi erecta ceruice & ſedentes reſpirare poſſunt: Diſpnœæ etiam & Orthopnœæ nomen, ſicut de aſthmate diximus, ſæpè pro omni difficultate ſpirandi vſurpatur, quæ in pleuritide, peripneumonia aliíſque affectibus accidit: ſic apnœa non deprauatam,

uatam, vt prædictæ, ſed imminutam vel abolitam reſpirationem ſignificat, ac in ſyncope, hyſterico affectu & apoplexia fortiſſima contingit. Humor aſthma efficiens eſt vtplurimum pituita à capite in pulmonem defluens eiúſque bronchia obſtruens: interdum tamen fit ab humoribus crudis & ſeroſis à venoſo genere per venam arterioſam in pulmonem tranſlatis: tale funeſtum lectiſſimæ *Vxoris* ſuæ exemplum in literis propoſuit *Vir Nobiliſſimus Dn. Henricus Steigerus*, SERENISS. ARCHIDVCIS AVSTRIAE FERDINANDI CAROLI, &c. &c. &c. *Conſiliarius meritorum gloria Ampliſſimus*, cui cum conſilio ad Clariſſimos *Medicos Ænopontanos* directo reſpondimus, quod *prima obſeruationum noſtrarum centuria* inſeremus.

Diagnoſis huius affectus & ſpecierum illis ex propoſitis innoteſcit: in diſpnœa ſpiritus eſt denſus citra ſonum & anhelationem cum minori moleſtia: in aſthmate grauitas pectoris eſt major, ſpiritus crebrior & denſior cum anhelatione, ſtertore ac ſibilo: Orthopnœa non niſi erecta ceruice reſpirationem permittens decumbentibus ſuffocationem minatur: Signa cauſarum ita ſe habent: ſi à craſſis humoribus in pulmone collectis aſthma generetur, difficultas ſpirandi paulatim accreſcit, & indeſinenter affligit: ſi humores aliunde in pulmones per interualla affluant, difficilis reſpiratio continua non eſt: ſi aſtmatis materia à cerebro defluat, catarrhi ſigna adſunt: ſin verò nulla catarrhi indicia appareant, per venas materiam affluere coniiciendum eſt: hepatis affecti & partis mandantis rationem habentis ſignum eſt tumor pe-

dum & cachexia. Si humor craſſus in branchiis pulmonum cõtineatur, reſpiratio fit cum ſonitu & tuſſi, pituitâque per tuſſim excretâ affectus imminuitur. Quod prognoſin attinet, aſthma chronicus eſt affectus curatu difficillimus, ſæpéque in cachexiam & hydropem degenerat: juuenes aliquando liberantur ſed non ſine magno labore; ſenes verò nunquam: infantes, niſi maturè curentur, ſuperueniente catarrho ſuffocante intereunt: Aſthmati pleuritis aut peripneumonia ſuperueniens lethalis eſt; quia pulmo debilitatus non poteſt grauiſſimo morbo ſuperuenienti reſiſtere.

Aſthmatis curatio duplex inſtituitur, vna in paroxyſmo altera extra paroxyſmum. In paroxyſmo ſtatim vena brachij ſecunda eſt, ſi ſanguis mediocriter abundare videatur, nam depletis ſanguine venis liberior fit reſpiratio: quod ſi in affectu antiquiore pluries ſanguis fuerit detractus ſatius eſt à phlebotomia abſtinere, quia calorem natiuũ imminuendo major copia pituitæ promouetur. Clyſteres acriores revulſionis gratia aliquoties injiciantur, quorum tamen quantitas ſit exigua, ne inteſtina admodum replendo diaphragma comprimant, *e.g. pro viro XL. annor. ℞. Rad. bryon. ℥j.ß. herb. parietar. beton. agrimon. malu. ã. Mj. ſem. lini ℥ß. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſol. mel. anthos. ℥ij. elect. lenitiu. ℥j. hier. picr. Log. ℥ß. fiat clyſter pro neceſſitate aliquoties iterandus*: dein ſeqq. remedia pro lubitu vſurpanda ordinentur: *℞. Specier. diair ſimpl. ʒij ol. ſtill. aniſi gt. vj ſacch. opt: aq. cinnam. ſol ℥iij. fiant ſ. a. rotulæ: Vel ℞. Syr. tuſſilagin. jujub. alth. Fern. ã. ℥j. eſſent. croci ℈j. aq. ſcabioſ. ʒvj. Miſce. Vel ℞. Conſeru. roſar. rubr. ℥ij. ſl.*

beton.

beton.℥j.ſpecier.diair.ſimpl.ʒij.ſyr.jujub.q.ſ.ol.ſtillat. aniſi gt.viij fiat mixt. ad formam electuarij Si paroxyſmus protrahatur,veſicatorium poſteriori ceruicis parti applicetur. Extra paroxyſmum humoris fluxio impedienda, tum qui jam in pulmone continetur, incidendus & detergendus eſt: ad impetum fluxionis cohibendum omnia remedia conueniunt, quæ in frigidi catarrhi curatione ſupra propoſuimus, ſi tamen ſeqq. cautiones obſeruentur: I. ne remedia calida nimiùm & exſiccantia præſcribantur, quæ partes tenuiores abſumendo reliquum incraſſant,& ita affectum contumaciorem reddunt: II.in præſcribendis remediis thoracica etiam vſurpentur: III.in hoc caſu non conueniunt apophlegmatiſmi ob vicinitatem partium, per quas humor ad pulmonem decurrit, ſed errhina & ſternutatoria vtiliter ordinantur. Ad deterſionem humorum omnia medicamenta conducunt,quæ in paroxyſmo vſurpanda indigitauimus:etiam præſtans eſt oleum ſacchari compoſitum:℞. *Rad.ireos flor.& enulæ pulu.ā ℥ß, pulp. dictyl & paſſul purgat.ā.ʒiij. cort.citr.& arantior.ā. ʒj.ß.benzoin.ʒij.croci ʒj.infund.per biduum in ſpiritu vini rectif mox ſeparetur liquor per inclinationem, dein admiſce liquori ſacchar.cand.alb.quantum in eo diſſolui poterit, & accende ſpiritum vini ſpatula agitando, donec in æmulum olei liquorem flammâ extinctâ abierint, cui ſub finem adde ſpiritus ſulphuris q.ſ. ad gratam aciditatem*: nam hic ſpiritus viſcidam pituitam diſſoluit, & bronchia pulmonum aperit, hinc etiam vtiliter flores & lac ſulphuris à *Chymicis* præſcribuntur,

 CAP.

CAPVT II.

De Pleuritide.

PLeuritis alia vera & legitima eſt, alia notha ſeu ſpuria : Vera pleuritis eſt inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis & muſculorum intercoſtalium internorum : Notha eſt inflammatio muſculorum intercoſtalium externorum:dantur etiam alij lateris aliarumq thoracis partium dolores,qui ad notham pleuritidem κα αχρηςικῶς *abuſivè* referũtur, quando nempe mediaſtinum inflammatur, pulmo coſtis agglutinatur,humores ſeroſi vel pituitoſi à capite in thoracis muſculos defluũt flatus eoſdem muſculos aut thoracis membranas diuellunt. & vapores à ventre inferiore eleuati eaſdem partes vellicant aut diſtendunt: *Autor noſter* ſtatuit & pleuram & muſculos meſopleurios internos (quia ſint partes contiguæ) ſimul in vera pleuritide inflammari : præterea *nonnulli* pulmonem in omni pleuritide inflammari contendunt , quorum opiniones in exercitatione noſtra de pleuritidis genuina cognitione & curatione ex veterum Græcorum Latinorúmque monumentis,nec non ipſorummet Recentiorum fundamentis examinabimus. Interim tamen Celeberrimo *Riolano* , (quem in ſubſequentibus tacitè *nonnemo* ſequitur ,) libenter aſſentimur, interdum ex pleura nunc in hoc nunc in illo latere ſed frequentius in ſiniſtro nerveas quaſdam fibras pullulare , quarum interuentu pulmo pleuræ etiam in ſanis adſtringitur , hinc fit , vt ſimul pleuritis & peripneumonia exoriantur , quorum affe-

ctuum

ctuum combinationem Pleuropneumoniam vocat: *Eidem Grauiſſimo Anatomico* obſeruatum fuit, in pleuriticis poſt mortem apertis pleuram adeo intumefactam, vt decuplo ſolito craſſior apperuerit, vnde propter huius membranæ νέκρωσιν coſtæ liuēt, proptereà *Hippocrates* ſcripſit, cadauera pleuriticorum diſſecta apparere fulgurita: ſi ſubjectum morbi pleuram porro cōſideremus, *Eidem Inſigni Anatomico* ineptum eſt diſputare, vnde pleura an à prima conformatione vel à meningum propagatione naſcatur? *Galenus* partium firmiores adhæſiones exortus appellare conſueuit, quare cum vertebris dorſi firmiter adnectatur, ab his enaſci probabile eſt: *Herodotus in libro, cui nomen eſt Medicus*, ſubcoſtalem & peritonæum à pericranio produci affirmat, quòd ſc. per colli ſpondylas ad dorſi & lumborum vertebras protenſam in trhorace ſubcoſtalem tunica, in abdomine peritonæum producit: nec abſurdum, quod *Theophilus Protoſpatarius in epitome librorum Galen. de vſu partium* prodidit: quemadmodum totum hominis corpus communis membrana nimirum cutis ſuccingit, ita intrinſecus membrana quædam omnia animalis membra oblinit & obducit, quæ ab imo ventre ad caput continuatur, & communi nomine ὑμὴν ὑποκείμενος vocatur, ſed pro varietate locorum diuerſa nomina ſortitur, infra ſeptum dicitur peritonæum, ſupra pleura & in capite meninx appellatur.

Cauſa pleuritidem efficiens eſt ſanguis vtplurimum bilioſus aliquando pituitoſus & melancholicus, è vaſis thoracem nutrientibus in pleuram effuſus, qui pleuriticis doloribus ſæpiſſimè attentan-

tur,illis ex obſeruatione *Riolani* vnica tantùm *venæ ἀζύγυ* valvula eſt, nam quum thorax ob reſpirationis neceſſitatem perpetuò moueatur, ne ſanguis in venam ἄζυγον affatim irruens pleuritidem inferret, benigna parens, vt huic incommodo proſpiceret, duas vel tres valvulas tanquam oſtiola vel repagula in caudice venæ ἀζύγυ alternatim diſpoſuit: prima eſt in venæ exortu, duæ aliæ directò oppoſitæ in medio caudice ſunt affixæ: affatim irruenti ſanguini obſiſtunt, ſed remeanti cedunt, propterea non impediunt, quo minus materia pleuritica ab ἀζύγυ ramis in cauam refluat: iſtas valvulas *nonnemo* inficiatur, qui ex *Riolani anthropographia* edoctus ſententiam non mutauit, quod tamen in muſculorum abdominis deſcriptione præſtitit: ſummus *Riolanus Anno* 1518. ducentis diſcipulis ſtipatus haſce valvulas in duobus cadaueribus ſpectandas præbuit, vt ſuarum Nationum Anatomicis referre poſſint, valvulas oſtio ἀζύγυ venæ præfectas exſtare: inſuper illas etiam alio tempore quibuſdam Germanis Medicinæ Studioſ. *nonnemine* fruſtra diſſentiente, priuatim & publicè demonſtrauit, vti *lib.3.anthropogr. cap.*8. atteſtatur. Pleuritis differentiæ à loco affecto & cauſis deſumuntur; ratione loci vel ſitus doloris diuiditur in aſcendentem, cum dolor ad jugulum magis tendit, & deſcendentem, cum verſus hypochondria vergit: nonnunquam verſùs dorſum extenditur, interdum verſùs anteriora deflectit: ratione cauſæ ſeu humoris peccantis alia dicitur ſanguinea, alia bilioſa, alia pituitoſa, alia melancholica: inſuper pleuritis diuiditur in ſiccam & humidam; ſicca dicitur, in qua nihil

vel

vel perexiguum in morbi principio & progreſſu exſpuitur, cuius variæ ſunt cauſæ nempè cruditas, craſſities & viſciditas materiæ morbificæ, facultatis imbecillitas, bronchiorum obſtructio, aut doloris vehementia: humida eſt, in qua ſputum ab ipſo morbi initio ſatis copioſum apparet.

Diagnoſis huius morbi per ſigna pathognomica ſtabilitur, quæ numero quinario comprehenduntur: I. eſt, dolor lateris pungens, II. febris acuta continua, III. difficilis reſpiratio, IV. pulſus durus & ſerratus, V. tuſſis frequens & moleſta. Dolor pungens eſt membranis proprius præcipuè à materia biliosa prouenięns, iſte autem dolor lateris ad vicinas partes ſe extendit, & nunc ad iugulum nunc ad hypochondria exporrigitur per continuitatem membranæ, quæ totam thoracis cauitatem inueſtit: hoc ſigno pleuritis à peripnemonia diſtinguitur, in qua nullus aut perexiguus lateris dolor apparet, niſi cum pleuritide complicetur: Febris acuta continua ex plegmone in parte cordi vicina originem ducit, hinc ſymptomatica eſt, quamuis interdum febris eſſentialis pleuritidi coniungatur, imo illi primam originem largiatur, contingit enim ſæpè in principio febrium contiuarum, vt ſanguis in venis & arteriis ebulliens expellatur à natura in partem receptioni illius magis idoneam, quales ſunt partes laterales, & inflammationem pariat, huius rei indicium eſt; quòd febris primò ægrotantem inuadat, dein ſecundò vel tertiò die lateris dolor ſequatur: quando febris eſt ſymptomatica, tunc dolor lateris ab initio ægrum corripit, & febris paulò poſt apparet. Reſpiratio difficilis neceſſa

ceſſariò oritur, quoniam partes inflammatæ ſufficienter diſtendi non poſſunt ad magnam aëris copiam attrahendam, quæ ad cordis æſtuantis refrigerium ſufficit. Pulſus durus fit ob membranam affectam illiuſque tenſionem, quæ arterias etiam diſtendit, hinc pulſus ſerrati differentia, quando ſcilicet, dum plures digiti arteriæ admouentur, vna illius pars magis attolli quàm altera videtur, vt ſerram aliquatenus repræſentet. Tuſſis frequens in pleuritide contingit, tum quia continuò natura rem moleſtam è parte affecta expellere nititur, tum quia aliquid in pulmones reſudat, quod eius facultatem expultricem commouet, vnde tuſſis exoritur. Tempora huius morbi ſequentibus indicantur: in principio omnia ſigna pathognomonica debiliora ſunt, dolor & febris exigua, tuſſis ſicca, vel ſputum paruum & crudum: in augmento febris & doloris incrementum adeſt cum ſputo copioſiore: in ſtatu ſymptomata vehementiora vrgent, inquietudo, delirium, dolor capitis, & ſi morbus ſalutaris ſit, ſputum liberum: in declinatione ſputum perfectè coctum omniumque remiſſio: ſigna cauſarum diagnoſtica generaliter deſumuntur ex temperamento ægrotantis, anni tempore, victus ratione aliiſque; ſpecialiter à ſanguine puro fieri pleuritidem oſtendunt, vrina & ſputum rubrum, dolor tendens cum pungente mixtus, venarum plenitudo præſertim circa tempora & frontem, rubor faciei & pulſus plenus. Bilioſum ſanguinem oſtendunt ſputum flauum, febris ardentior, ſitis vehementior, pulſus durior & velocior, dolor pungens acutior, vigiliæ & inquietudines maiores, oris amaritudo, vrina tenuis

&

& intenſè flaua: pituitoſum ſanguinem demonſtrant ſputum album,viſcidum, tardè erumpens, febris remiſſa, ſitis pauca, dolor remiſſior & grauans ſomnus maior,pulſus paruus, vrina pallida & craſſa: ſanguinem melancholicum indicant ſputum nigricans, tenax, tardum, febris & dolor remiſſior, vrina obſcura, lingua aſpera, aluus adſtricta. Prognoſis ex ſymptomatum remiſſione aut vehementia deſumitur: ſi enim dolor, ſpirandi difficultas & febris non multum vrgeant, morbum remiſſiorem ſignificant:ſin autem dolor, tuſſis, febris & reſpirationis difficultas maxima fuerit, periculum vitæ imminet. Pulſus in pleuritide paruus, frequens,& valde durus mortem prænunciat:pleuritis exquiſita, in qua nihil expuitur, aut ſputum, poſtquam apparere incepit,iterum ſupprimitur, dolore lateris & grauitate pectoris ſuperſtite periculoſa eſt: *Si pleuritide ineunte expectoratum illico appareat, breuis eſt morbus,ſin autem ſerius, diuturnus*, iuxta *Hippoc.ſect.1.aphor.*12. Flaua bilis pituitæ vel pauco ſanguini permixta cum ſatis copioſo ſputo in morbi principio apparente ſalutaris eſt. Sputum valde ſanguinolentum periculoſum eſt,venarum enim ruptionem ſignificat, vnde ſuppuratio exſpectari debet. Anacarthaſis copioſa quæ ſymptomata non ſedat,mala,magnã enim materiæ copiam arguit:pleuritis in ſenibus, mulieribus grauidis, aſthmaticis & iis,qui aliquoties hunc morbum paſſi ſunt,pernicioſa eſt. Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται. *Quicumque pleuritici expectorabilem materiã non excludunt intra dies quatuordecim, iis in empyema*

pyema degenerat, iuxta *Hippocr.ſect.5.aphor.8.* Υ'πὸ πλευρίτιδ☉ ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ διαῤῥοίη ἐπιγενομένη, κακόν· *à pleuritide & peripneumonia vehementer afflicto, ſi diarrhœa ſuperuenerit, malum*, iuxta *Hippocr.ſect.6.aphor.16.* Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη κακόν *Pleuritidi ſuperueniens perpneumonia malum*; iuxta *Hippocr.ſect.7.aphor.11*, Pleuritis, quæ diuturno morbo ſuccedit, aut in corpore cachectico accidit, periculoſa eſt.

In pleuritidis curatione primò humor reuellendus, deriuandus & diſcutiendus, ac ſi totus diſcuti nequeat, concoquendus, & maturandus & expectorandus, febrique propriis remediis occurrendum eſt, quæ omnia ſeqq. auxiliis perficiuntur. Satim ab initio morbi ſanguis per interualla bis ad minimum detrahendus eſt è directo lateris affecti, de qua celebri controuerſia in promiſſa *exercitatione* plenius: certè adeo neceſſaria eſt venæſectio, vt nunquam omitti debeat etiam in mulieribus menſtrua patientibus, grauidis, puerperis, ſenibus & pueris: vtinam moderni Medici, *qui ſibi Dædaleas ſpondent in corpore pennas*, pueris pleuritide correptis venam aperirent, ſic tenera iſta corpuſcula & empyema deploratum & phthiſin pulmonum funeſtam effugere poſſent. Ab ipſo morbi initio bis aut ter indies exhibendi ſunt iulepi refrigerantes, humoris ebullitionem cohibentes & fluxionem ſiſtentes: ℞. *Aq. ſcabioſ. acetoſ ā ℥iii. ſyr. papau. errat. ℥ii. F. iulepus pro duabus doſibus*: latus dolens calidè *vnguento reſumptiuo* inungatur: Si febris valdè acuta cum vigiliis cōiuncta fuerit, emulſiones præſcribantur: ℞. *Amygd. dulc. rec. exc. ℥iii. ſem. cucum. melon. ā. ℥i. ß. aq. ſcabioſ.*

acet

acet.ã ℥iii.ſacchar.roſat.tab.℥ß. F.emulſio pro duabus doſibus. Quidam Practici vrgentibus vigiliis audent exhibere narcotica vt *ſyrupum de papauere & laudanum opiatum*,quæ tamen in hoc affectu perniciosa ſunt,ſputum enim retinent & pectus coarctant,vnde præceps exitium conſequitur, hoc tamen intelligendum eſt de integra narcoticorum doſi, nam dimidia quantitate exhibita proſunt: hinc *Autor noſter* ſæpè *laudani ſui gr.i.*felici cum ſucceſſu ordinauit,& pluries aliquando iterauit,ſed illius vſus præcipuè in principio morbi conuenit, tum enim humor influens in partem cohiberi & morbi incrementum impediri poteſt: Nos *laudani noſtri opiat. gr.ß.*etiam feliciter concedimus:quando natura incipit aliquid per anacarthaſin euacuare, æger ſequentibus rotulis, ſyrupis,eclegmate aut electuario pro lubitu vtatur. ℞. *Specier.diatrag. frig ʒi.ß. extract.croci gr.ii.ol.ſtillat.aniſi gt.ii.ſacch.opt.aq.ſcabioſ.ſol.℥iii. F.ſ.a.rotulæ.* ℞ *Syr.iuiub farfar.papau. errat.ã.ʒi.aq ſcabioſ.℥ß.M.* ℞. *Ol.amygd. dulc. rec. expreſſ. ℥ii.ſyr.alth. Fern.℥i.ſpec.diatrag. frigid.ʒi. ſacch.roſat.tab q ſ.F.ſ.a.eclegma.* ℞. *Conſeru.roſar. rubr ℥i.ß.violar.℥ß.ſpecier.diatrag.frigid.ʒi.ſyr. iuiub.q.ſ fiat electuariũ.*Purgatio in pleuritide vera nõ conuenit, niſi omninò ad declinationem vergat, & tunc ſeq.medicamento inſtituatur: *e.g.pro viro 30. annor.*℞. *Folior.ſenn.elect ʒiii.agar.rec.troch.ʒi.rhabarb.elect.ʒß.ſem.aniſi ʒi.aq.ſcabioſ farfar.cichor. ã. ℥iii.infun.per noct.mane bulliant par.in col. ℥iv.ſolu. mann.elect.col.ʒvi.aq.cinnam.tenuior.ʒii.F.potio mane cũ regimine diætæ ſumenda.* Toto morbi decurſu æger pro potu ordinario vtatur ſeq.decocto:℞.*Radic.*

*dic.acetoſ.fragar.liquir.raſ.ã.ʒii.iuiub.rec. par.4. inciſa coq.de menſur.2.*nam vinum in hoc affectu merum eſt venenum:potus non ſit actu frigidus, quia pectori nocet,acida omnia intermittantur,quoniam tuſſim excitant,& conſtrictione anacarthaſin impediunt: in pleuritide epidemica præſcribantur ſudorifera, quæ in febribus malignis vſurpantur, & peculiariter hunc morbum reſpiciunt.

CAPVT III.

De Peripneumonia.

PEripneumonia eandem cum pleuritide eſſentiam habet,& parte affecta tantùm diſtinguitur, quod illa ſit pulmonis inflammatio,hæc membranæ coſtas ſuccingentis.

Generatur peripneumonia interdum primariò ſine alterius morbi interuentu, interdum aliis morbis vt anginæ & pleuritidi ſuperuenit:*Galenus comment. ſection.7. aphor.*11. docet,duobus modis peripneumoniam pleuritidi ſuccedere: vel quando morbus lateralis in peripneumoniam tranſmutatur, aut quando pleuritidi peripneumonia accedit: Cauſa interna & immediata peripneumoniæ vt pleuritidis eſt ſanguis, qui vel à toto corpore plethorico aut cacochymico vel ab aliqua parte ſimiliter repleta emanat. Cauſæ externæ peripneumoniæ & pleuritidis etiam eædem ſunt, quæcumquæ videlicet fluxiones ad eas partes commouent, inter quas principem locum obtinet motus corporis vehemens; vnde ſanguis in mollem & laxã,

pulmo

pulmonum ſubſtantiam præcipitatur. Signa peripneumoniæ cum ſignis pleuritidis maiori parte conueniunt : duo prorſus eadem ſunt febris acuta & tuſſis. Reliqua ſigna differunt ratione partis affectæ:difficultas ſpirandi maior eſt, quàm in pleuritide ob anguſtiam inſtrumenti inflammati, vt ægri non niſi erecti reſpirare valeant. Pulſus magnus, languidus, mollis inæqualis, interdum durus: intermittens, intercurrens, vndoſus, vermiculatus apparet : dolor grauans & profundus ex imo adpectus & ſpinam pertingit, hic quandoque inter ſcapulas, quandoque ſub vna tantùm ſcapula perſentitur, & iugulo ac mammæ præſertim in tuſſi communicatur,quandoque ægri dolorem non percipiunt, niſi cum tuſſire inceperint, quandoque etiam dolor pungens in latere apparet,cum pleuritidi peripneumonia coniungitur.Si à ſanguine biliοſo morbus oriatur, ſputa erunt flaua, æſtus, ſitis, diſpnœa & febris maior,vrina,tenuis, citrina, pellucida, pulſus creberrimus : ſi ſanguis pituitoſus morbum producat, ſputum erit album & viſcidum, febris ac ſitis mitior,pulſus rarior molliorque & ætas ſenilis : denique ſi melancholicus ſanguis in cauſa fuerit, ſputum apparebit ſubliuidum, lingua ſicca & ſcabra, ac reliqua melancholiæ in toto corpore dominantis ſigna aderunt. Prognoſis huius affectus in hunc modum inſtituitur : peripneumonia pleuritide periculoſior eſt, & vt plurimum lethalis ob reſpirationis neceſſitatem, & cordis viciniam : ſpem ſalutis oſtendunt ſputa ſubflaua paulo ſanguine mixta, minor ſymptomatum vehementia & virium robur : periculoſam peripneumoniam portendunt

ptem dies moriuntur,quòd ſi ab illis ſuperſtites euaſerint, fiunt ſuppurati. Secunda eſt ſanguis in thoracem effuſus, vbi moram trahens neceſſariò ſuppuratur : Tertia eſt pituita à capite vel aliis partibus in thoracem emiſſa & ibidem putrefacta.

Cùm locus affectus & ſigna diagnoſtica ſint manifeſta,ad prognoſtica tranſeũdum:empyici,quibus ob magnam puris copiam totus thorax in reſpiratione attollitur,celerrimè ſuffocãtur.Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται. ἢν δὲ μή, εἰς φθίσιν μεθίστανται. *Quicumq; à pleuritide empyici redduntur,quando expectorãdi finẽ faciunt quadraginta diebus;ex quo rupta fuit pleuritidis vomica; liberãtur:ſin minus, in phthiſin degenerant:*Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται ἢ τέμνονται ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκόν, περιγίνονται. ἢν δὲ ὕφαιμον καὶ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες ἀπόλλωνται: *ſi empyicis cum vruntur aut ſecantur; purum & albũ pus effluat, ſani euadunt,ſin ſubcruentum & cœnoſum & fœtidum,moriuntur* iuxta *Hippoc. ſect.5.aphor.15 & ſect.7. aphor.44.* Si pus empyicorum per aluum & vrinam validis viribus exiſtentibus ſatis copioſè expurgetur ; ſalutem portendit ; ſed rara hæc eſt puris euacuatio ; quæ in principio morbi inſtitui debet ; nam ſi in confirmato affectu intendatur, conatus eſt fruſtraneus:

Pro huius affectus curatione ſi materiæ in thorace collectæ ſuppuratio prohiberi nequeat,ſeq. magdaleone adjuvetur. ℞. *Empl.diachyl. ſimpl melilot. ã.ʒj. ol. chamæm. q.ſ. F. magdaleon.* Denique ſi per medicamenta anacarthaſin promouentia in *curâ pleuritidis* notata empyema ſolui non poſſit, (quod

S vtplu

vtplurimum fit) ad lateris apertionem veniendum eſt, de qua conſulatur *Fabricius ab Aquapendente part.1.operat.chirurg. c.46.* Dum pus aperto thorace per interualla educitur, æger indies mane ſeq. potione vulneraria vtatur: ℞. *Radic.conſolid.maj.* ℥ß. *herb.beton.ſanicula ſab.farfar.agrimon.ā.* Mß. *flor.roſar.rubr.* Pj. *ſem.aniſi* ʒij. *inciſa coq.in aq.font.* ℔v. *vt remaneant* ℔iiij. *colat. detur ad vſum, doſis eſt* ℥iiij. Interim injectiones tepidæ non omittantur, quæ vulnus expurgant & putredinem inhibent: ℞. *Aq. ſanicul.plantagin.ā* ℥j.ß. *mell.roſat.col.* ℥j. *pulu.aloes* ℈j. *myrrha* ℈ß. *M.* Potus ægri ſit decoctum, quod in *pleuritidis curatione* annotauimus.

CAPVT V.

De Hydrope pectoris.

EMpyemati ſimillimus eſt hydrops pectoris, qui fit à ſeroſo humore in pectoris capacitate collecto: hic morbus rarò contingit, cuius aliquot hiſtorias collegit *Schenckius lib.2. obſeru. medicinal. de pulmonib. p.m.218. edit.Lugdun.in folio.* Seroſus iſte humor vel in ipſo pulmone gignitur, dū ſc. proprio vitio alimentum in ſeroſum humorem conuertit, qui ſenſim ad thoracis cauitatem tranſmittitur, quod etiam fieri poteſt veſiculis hydatitibus in pulmone excitatis & diſruptis: aut aliunde in thoracē migrat præſertim ab hypochondriis, quando ſc. hepar aut lien intemperie, ſcyrrho aliove graui morbo afficitur, vnde ſeroſi humoris copia generatur: ſeroſus iſte humor vel per venas ad pulmonem natura

tura aut caſu debilem vel à cauitate abdominis ad thoracem transfertur: facilem autem eſſe tranſmiſſionem humorum ſeroſorum ab vno ventre in aliū experientia docet, quandoquidem hydrops pectoris in hydropem abdominis & vice verſa transferatur, vnde ægri ſubitò ſuffocantur.

Diagnoſis huius morbi difficillima eſt, nam ferè omnia ſigna cum aliis thoracis affectibus concurrunt, hoc tamen illi peculiare murmur ſcil. aquæ fluctuantis, quod intra pectus exaudiri poteſt, ſi corpus ſurſum, deorſum tranſuerſimque commoueatur: grauiſſimus eſt affectus & periculoſam medelam ſuſcipit.

In curatione huius morbi duæ indicationes ante oculos proponendæ ſunt, vt ſcil. materia in thorace contenta euacuetur, & noua illius generatio impediatur. Materiæ in thorace contentæ euacuatio difficillima eſt, quia viæ patentes deſunt, per quas illa educitur: *Autor noſter* lateris apertionem diſſuadet, cui ſatius eſt hydragogis medicamentis vti, hinc omnia conferent, quæ in hydropis curatione *infrà lib.11. cap.6.* proponentur; attamen diligenter obſeruandum, quòd ſi copiâ multâ ſeroſi humoris in thorace collectâ purgans validius exhibeatur, humores valde exagitentur, & ſuffocatio ingens ægrotanti contingere poſſit: ideo cautè agendum & in minori doſi iteratiſque vicibus medicamenta exhibenda ſunt: Diuretica ſola frequenter vſurpata multum conferre poſſunt, quia materiam antecedentem in thorace confluentem auertunt & per vrinas euacuant, vide *d.l.* Generatio illius ſeroſæ materiæ impeditur, vitia partium

corrigendo, quæ hanc materiam ſuppeditant: ſic pulmone laborante illi remedia conuenientia ordinentur, quæ in *præcedentibus & ſubſequentibus capitibus* proponemus: ſi hepar vel lien intemperie, obſtructione, ſcyrrho aut alio quopiam vitio laboret, illorum affectuum curationes ex *propriis capitibus* repetendæ ſunt.

CAPVT VI.

De Hæmoptyſi.

Licet hæmoptyſis omnem ſanguinis per os excretionem ſignificet, à quacunque parte procedat, propriè tamen pro ea ſanguinis exſpuitione ſumitur, quæ à thorace & pulmone procedit. Eſt ſymptoma in excretis eorum, quæ ſunt toto genere præter naturam: Cum autem omne ſymptoma pendeat à morbo tanquam cauſa proxima, huius cauſa erit morbus organicus vel communis: organicus duplex eſt vaſorum apertio *ἀναστόμωσις* & rarefactio *διαπήδησις* appellata: communis etiam duplex eſt, eorundem vaſorum ruptio *ῥῆξις* & eroſio *διάβρωσις* nominata.

Cauſæ internæ iſtos morbos immediatè producentes ſunt ſanguinis quantitas vel qualitas excedens. Sanguis peccans quantitate venas rumpere aut orificia illarum aperire potis eſt: idem qualitate moleſtus, ſi nimirum calidior tenuiorque ſit, per anaſtomoſin effluere poteſt, quia calor orificia dilatat & tenuitas efficit, vt ſanguis faciliùs penetret: eædem qualitates diapedeſin faciunt, calor

enim

enim rarefacit tunicas vaſorum, & tenuitas ſanguinis efficit, vt per poros tunicarum transfluere poſſit: denique ſanguis acrimoniâ tunicas venarum erodit: idem præſtant humores acres à capite deſtillantes, aut aliunde ad pulmonem confluentes. Cauſæ externæ ad horum morborum productionem mediatè vel immediatè concurrunt: immediatè id faciunt, ictus, caſus, vulnus, &c. mediatè operantur, quæcunque ſanguinem multiplicare, calefacere aut attenuare poſſunt, vt victus plenior aut calidior, menſium vel hæmorrhoidum ſuppreſſio, exercitatio nimia, clamor ingens, æſtus, longa in ſole mora, &c.

Certiſſimum thoracis affecti indicium deſumitur ex dolore, qui fixus eſt iuxta illum locum, in quo continui ſolutio contingit: ſigna cauſarum ex præcedentibus eliciuntur: ſi per anaſtomoſin ſanguis feratur, cauſæ vaſorum orificia aperientes præceſſerunt, qui egreditur mediocri quantitate & ſine dolore: per diapedeſin effluens ſanguis ſeroſus, paucus, etiamque ſine dolore eſt: per rixim erumpens copioſus eſt, ſi phlethora præceſſit, vel cauſa aliqua externa ruptionem vaſorum effecit. Denique ſi per diabroſin ſanguis effluxerit, ſalſæ vel acres à capite deſtillationes præceſſerunt. Prognoſin huius affectus generatim inſtituit *Hippocrat. ſect.4.aphor. 35.* αἷμα ἄνω μ᾽ ὁκοῖον ὤν ἢ κακόν· *ſi cui ſanguis per ſuperiora erumpat, cuiuſmodi tandem is fuerit, calamitoſum*: omnis enim vaſorum apertio, quæ ſanguinem effluere ſinit, periculoſa eſt, præcipuè in pulmone, de qua inprimis audiendus aphoriſmus: ſit tamen interdum, vt talis excretio ſanguinis in-

noxiè contingat, natura motu quodam critico ſanguinem ſuperfluum per illas vias expurgante: hinc obſeruatum eſt, quaſdam mulieres ſuppreſſione menſium laborantes certis periodis ſanginem è pulmonibus innoxiè excreuiſſe: Ratione cauſarum diabroſis omnium periculoſiſſima eſt, diapedeſis minus, anaſtomoſis magis periculoſa, rixis adhuc periculoſior, niſi enim intra tertium vel quartum diem conſolidetur, inflammatio ſuccedit, quæ in ſuppurationem verſa vlcus producit, à quo phthiſis ſequitur, vide *ſect.*7. *aphor.*15. & 16.

Hæmoptoes curatio perficitur reuellendo ſanguinem à pulmone, malam illius qualitatem corrigendo, & vas apertum obturando, aſtringendo & conglutinando. Primò inſtituenda eſt mediocris venæſectio in brachio lateris, vbi grauitas aut punctio percipitur: ſi affectus ex menſium ſuppreſſione originem trahat, vena in pede aperiatur: julepus ſeq. aliquoties repetatur: ℞. *Aq. plantag. & papau. rhead.* ā ℥ij. *ſyr. de roſ. ſicc. iul. roſat.* ā. ʒj. *M pro duabus doſibus.* Dein humores ſeroſi & климa biliosi ſanguinem fluidiorem efficientes repurgandi ſunt, medicamentis adſtringentibus & humores minimè commouentibus, *e.g. pro viro* 30. *annorum:* ℞. *Rhabarb. elect. pulu.* ʒj. *ſyr. viol. purpur.* ℥j. *aq. plantag.* ℥ij. *M. ſumatur mane cum regimine diæta.* Porrò medicamenta exhibeantur, quæ oſcula reſerata occludant, ita tamẽ ne nimia aſtrictione ſanguinem in pectore retineant, hinc ea permiſceantur, quæ ſanguinẽ concretum diſſoluunt & per ſputum educunt: præſtantiora ſunt ſequentia pro lubitu vſurpanda. ℞. *Conſeru. roſ. rub.* ℥ij. *rad. ſymph. cond.* ℥j. *coral. rubr. prapar.* ℈ij. *boli*

℈ij. *boli armen præpar. lap. hæmatit. præpar.* ā. ℈j. *ſyr. iuiub. farfar.* ā *q. ſ fiat mixtura, de qua æger pro habitu magnitudinē nuciſtæ ſumat: Vel* ℞. *Specier. diatrag. frig* ʒj. ß. *corall. rubr. præpar.* ℈j. *boli armen. præp.* ℈ ß. *ol. ſtill. aniſi gr.* iij. *ſacch. opt. aq roſ. ſol.* ℥iij. *fiat ſ. a. rotulæ: Vel* ℞. *Aq. plantagin* ℥iiij. *ſpir. vitriol. gr. x. M. hæc potiuncula* Autori noſtro *ſanguinem tuſſi vel vomitu reiectum ſubitò ſiſtit. Vel* ℞. *Syr. corallorum, iuiub* ā ℥iij. *plantagin.* ℥j. *aq farfar.* ʒvj. *M. de quo ſingulis diebus æger aliquot cochlearia ſumat:* Ita ſanguis draconis omnem venarum apertionem iuxta *Autorem noſtrum* mirè conglutinat ad ʒß. cum aqua plantaginis aut alio conuenienti liquore exhibitus vel cum aliis medicamentis permixtus: Narcotica in hoc affectu multum præſtant, hinc Syrupus de papauere & laudanum opiatum concedi poteſt: quia adſtringentium vſu ſputum ſupprimitur, & difficultas ſpirandi exoritur, illis nōnulla admiſcuimus, quæ pectus leniunt & nihilominus ſanguinis ſputum cohibent. Dum adſtringentia remedia in vſum reuocantur, ſi alvus non prócedat, ſeq. clyſtere ſubducatur. ℞. *Radic. alth* ℥j *herb. 4 emollient. betonic. agrimon.* ā Mj. *flor. ſamb.* Pj. *ſem. lini* ℥ß. *coq. in aq. font. q. ſ. in col.* ℥x. *ſolue elect. lenit. mell. violac.* ā ℥j. ß. *fiat clyſter*: pro potu æger vtatur decocto, quod ſupra in *pleuritidis curatione* annotauimus: Si acris fluxio è capite in pulmonem ruens ſit cauſa huius ſymptomatis, conuenient ea remedia, quæ etiam ſuperius pro *catarrhi calidi medela* ordinauimus. Sedato ſanguinis fluxu ad impediendam recidiuam omnia vitentur, quæ humores exagitant, vt vehemens exercitium, ingens calor, incandeſcentia, vociferatio,

vina generoſa, cibi nimio ſale aut aromate conditi. Æger præſcriptis rotulis & mixtura diligenter vtatur, & quater in anno cum *potiuncula præcedente rhabarbari* purgetur, nec non tempore majali ſerum lactis caprini bibat.

CAPVT VII.

De Phthiſi.

PHthiſeos nomen generaliter omnem corporis conſumptionem ſignificat, ſpecialiter tamen pro ea corporis extenuatione vſurpatur, quæ vlcus pulmonum conſequitur: hæc autem corporis extenuatio prouenit à febre putrida & lenta, quæ ſæpius in hecticam degenerat: febris ab vlcere pulmonum exoritur, à quo propter viciniam putridi vapores ad cor continuò exhalant, & febrem accédunt, quæ propter longitudinem & cauſæ perſeuerantiam aliquoties in hecticam abit, nonnunquam accidit (vti *Sennertus lib.2. med. pract. part.2.c.12.* obſeruauit) *vt cum lenta iſta febre aliæ febres complicentur, aliàs erraticæ aliàs tertianæ modo inuadentes: nam humores intra venas contenti à calore febrili à pulmonis vlcere excitato accenſi putreſcentes ſui generis febrem ſæpè excitant, vnde etiam deliria ante mortem aliquoties obſeruantur,& pro cacochymiæ reliquum corpus occupantis ratione paroxyſmis quibuſdam interdum ex interuallis, ſeu certis ſeu incertis redeuntibus, phthiſicorum febres exacerbantur.*

Vlceris pulmonum cauſa immediata eſt humor acris & erodens, vel qui aliunde in pulmonem influit,

fluit, vel in ipſo pulmone generatur: fluit in primis à cerebro pituita acris & ſalſa catarrhum ferinum efficiens, qui pulmonem exulcerare facilè poteſt. A vicinis etiam partibus humores pulmonem exulcerantes ſolent confluere, vide *ſect.5. aphor.15.* In ipſo pulmone generatur cauſa, quando è vaſe illius rupto vel eroſo, aut ex vulnere aperto, ſanguis effuſus putreſcit: interdum ex ipſo pulmonum vitio praui humores generantur, qui illorum ſubſtantiam corrumpunt & phthiſin efficiunt: talis autem vitioſa pulmonum diſpoſitio plerumque à primo ortu contrahitur, & à ſemine parentum ſimili labe infectorum oritur, vnde phthiſis inter morbos hæreditarios refertur: *Autor noſter* multas familias huius morbi ferociâ è medio ſublatas obſeruauit, cui *Fracaſtorius lib.2. de morbis contag.cap.9. Valeriola lib.3.obſeru.6 Fernel.lib.5.de part.morb.& ſymptom.c.10.& Sennertus a.l.* aſſentiuntur. Etiam à tuberculo in pulmonibus genito phthiſis interdum generari ſolet: eſt autem tuberculum tumor exiguus in quadam pulmonum particula collectus: duplex illius genus conſtituitur, quorum vnum nominatur crudum tuberculum, hoc nunquam ad ſuppurationem venit, ſed ſenſim accreſcendo ſpirituum vias præcludit, & ægrum interimit: alterum ad ſuppurationem tranſit & vomica pulmonis appellatur. Si pus è vomica rupta in cordis ventriculos feratur, ægri ſubitò intereunt, ſi verò ad bronchia tranſmittatur, per anacarthaſin expurgari poteſt, quando corpus validum & materiæ quantitas exigua fuerit, vtplurimum tamen relicto in pulmonibus vlcere phthiſis concitatur. Cauſæ

etiam

etiam externæ ad huius affectus generationē concurrere poſſunt, inter quas principem locum obtinet contagium, hic enim morbus eſt valde contagioſus, ita vt *Autor noſter* viderit, vxores maritis phthiſicis aſſiduò inſeruientes eodem morbo correptos fuiſſe, cum μιάσματα ſiue effluvia illa, quæ à phthiſicorum pulmonibus exhalant, & cubiculi aërem inficiunt, ab aliis præcipuè diſpoſitionem aliquam habentibus in pulmonem attracta ſimilem in eo affectum producant: externæ etiam phthiſios cauſæ ſunt aër vel nimis calidus, qui materiam in capite, vt ad pectus defluat, acrem reſoluit, vel frigidus, qui eandem conſtringit & exprimit, aut tuſſim, qua pulmonis vaſa rupturam patiuntur, vehementem excitat, præſertim aër autumnalis iuxta *Hippocr. ſect. 3. aphor. 10. 13. 22.* Ad quas cauſas porro referuntur I. regionum conſtitutiones nimiùm frigidæ & humidæ, metallorum euaporationes, & in ſpecubus ſubterraneis mora: II. alimenta acria, ſalſa cerebrum vaporibus replentia, & omnia, quæ pulmoni excrementa erodentia communicant: III. quæ vaſa pulmonis aperire & rumpere poſſunt, vt thoracis contuſio, vocis nimia intenſio, vulnera thoracis penetrantia: Cauſis antecedentibus τὰ ἐπιμήνια ἐκλείποντα *menſtrua ſuppreſſa ab Hippocrat. lib. 1. de morb. mulier. text. 24. 25.* annumerantur, exemplum *Schenkius lib. 2. obſernat. med. de phthiſios cauſis obſernat. 2.* profert: huc quoque illi referuntur, quos *Hippocrat.* πτερυγώδεις vocat: πτερυγώδεις dicuntur, quoniã ὠμοπλάται ἐκφανέες ὅλαι ὡς πτέρυγες ὀρνίθων, *ſcapulæ manifeſtæ totæ, vt alæ auium* ſunt, inde tales homines ob thoracis anguſtiam

ſtiam in phthiſim promptiſſimè tranſeunt, quod etiam *Galenus lib.6.epidem.comm.*3. confitetur,iuxta Celeberrim. *Riolan.lib.*4. *anthropogr. cap* 9. homines, qui longam ceruicem habent, in phthiſin procliues ſunt,quoniam illorum collum octo vertebris conſtat, ac proinde illis anguſtior & breuior thorax eſt, in tam anguſto conclaui efferueſcens ſanguis acrimoniam acquirit, quæ pulmones tandem erodit: Ad phthiſin quoque inclinant, quorum cerebrũ multis excrementis ſcatet,quod poſtea ad pulmonem crebras deſtillationes tranſmittit.

Differentias quod attinet,princeps hæc eſt,quod phthiſis alia oriatur à catarrho à cerebro ad pulmones defluente; alia ex vaſorum pulmonis apertione,eroſione,ruptione,peripneumonia aut pleuritide ſuppurata originem ducat.

Signa incipientis phthiſeos diagnoſtica ſunt: I. Tuſſis diuturna & τὰ ςραγγύλωμενα πτύελα diutius apparentia, quæ materiam craſſam à calore in pulmonibus condenſari indicant, hæc temporis tractu acredinem conſequitur, pulmonémque exulcerat,interdum aliquid cruenti rejicitur,& hoc ſubſiſtente ſordidum & purulentum aliquid. II. Corpus totum extenuatur: III. Febris adeſt lenta & continua: hæc autem ſigna magis confirmantur, ſi φθινώδης illa corporis diſpoſitio ſe repræſentet, aut familia illa phtiſi obnoxia ſit. Perfecta phthiſis ex iiſdem ſignis cognoſcitur, ſed quæ iam euidentiora ſunt, & augmentum ſumunt, videlicet ex pulmonis vlcere, febre lenta, continua, totius corporis macie & difficili reſpiratione. Vlceris autem pulmonis ſignum eſt I. pus tuſſi rejectum, vlcere enim

enim ſerpente & ſordes contrahente pus excernitur, ac ſputa ſordida reiiciuntur, quæ circumſtantiarum ratione variant: II. plerumque vlcus pulmonis fœtor conſequitur, quod anhelitus ipſe teſtatur, & ipſi ægri ſæpius grauem odorem percipiunt, maior tamen eſt graueolentia in lethali phthiſi iuxta *ſect. 5. aphor.* 11. III. febris eſt continua, lenta, putrida, quæ noctu exacerbatur & emicat: IV. totum corpus conſumitur: V. tuſſis eſt moleſtiſſima: VI. reſpiratio eſt difficillima, tum ob bronchiorum pulmonis obſtructionem, tum ob puris copiam, tum ob multitudinem excrementorum, quæ in pulmone colliguntur, quibus accedit, quod ipſe pulmo vlcere debilitatus & ſæpe magna ex parte conſumptus materiam collectam reiicere nequeat: VII. Pulſus inæqualiter ſe habent modo ſunt languidi, modo celeres, nunc duri, nunc molles: VIII. ſæpius ſudant phthiſici ob facultatis naturalis debilitatem, quæ & naturales & excrementitios humores retinere nequit: IX. Phthiſi tandem confirmata pus quotidie magis fœtidum reiicitur, & interdum putrida pulmonum portiuncula, brochiorúmque ac vaſorum pulmonis ramenta, aut cruſtulæ redduntur: X. ὁ φάρυγξ ὡς χνόου πίμπλαται καὶ σρύζει ὡς διὰ καλάμου, *guttur veluti ſtrepitu impletur, & ſibilat ſicut per arundinem*, iuxta *Hippocrat. lib. de intern. affect. text.* 27. Porro capilli à capite defluunt ob alimenti corruptionem & penuriam, vngues incuruantur, caro enim in ſummitatibus digitorum exiſtens illáſque confirmans abſumitur, genæ liueſcunt, pediculi copioſè ob alimenti corruptelam generantur, extremáque & pedes calore langueſ-

cente

cente intumeſcunt. Denique ſuperuenit alui fluxus propter retentricis ventriculi & inteſtinorum imbecillitatem inſignémque humorum putredinem, vide *ſection.5.aqhor.12.& 14.* Et hæc de ſignis diagnoſticis prognoſtica ſequuntur. I. Omnis phthiſis morbus periculo plenus eſt, tum ob cauſam vlcus ſcil. pulmonum, tum ob ſymptoma nempe febrem totiuſque corporis extenuationem: pulmonum vlcus profligare difficillimum eſt: 1. quia pulmones in motu continuo verſantur. 2. quod ſanies in ſpongioſa illorum carne hærens circa tuſſim expurgari nequeat, qua pulmones quotidiè magis dilacerantur. 3. quod medicamenta integris viribus tanto interuallo ad pulmones non perueniant. 4. Curationem quoque difficilem febris & totius corporis conſumptio reddit, hæc enim humectantia poſtulat, quæ vlceris curationi aduerſantur, contra vlcus ſiccantia requirit, quæ febris & maciei medelæ non conueniunt. II. Si vlcus ſit profundum & diuturnum immedicabilis phthiſis eſt, quæ ab vlcere paruo & non diuturno prouenit, adhuc curationem admittit, nam exempla talium ſanatorum phthiſicorum apud *Raſem*, *Abyzoarem*, *Meſuem*, *Valeſcum de Taranta*, *Cardanum*, *Eraſtum*, *Scholtzium*, *Valeriolam*, *& Monardum* annotata reperiuntur. III. Sæpe phthiſis in plurimos annos protrahitur, vide *Auicennam lib.3.fen.10. tract.5. cap.9. Matthæum de grad.com.in 9.lib.Raſis ad Almanſor. c.54. Foreſtum lib.16.obſeru.med.55.* IV. Phthiſis ex vlcere ob eroſionem in pulmone factam ferè inſanabilis eſt, nam longiore tempore ad hoc vitium corrigendum opus eſt, conſulatur porro *Hippocrat.*

lib.1

enim ſerpente & ſordes contrahente pus excernitur, ac ſputa ſordida reiiciuntur, quæ circumſtantiarum ratione variant: II. plerumque vlcus pulmonis fœtor conſequitur, quod anhelitus ipſe teſtatur, & ipſi ægri ſæpius grauem odorem percipiunt, maior tamen eſt graueolentia in lethali phthiſi iuxta *ſect. 5. aphor.* 11. III. febris eſt continua, lenta, putrida, quæ nocta exacerbatur & emicat: IV. totum corpus conſumitur: V. tuſſis eſt moleſtiſſima: VI. reſpiratio eſt difficillima, tum ob bronchiorum pulmonis obſtructionem, tum ob puris copiam, tum ob multitudinem excrementorum, quæ in pulmone colliguntur, quibus accedit, quod ipſe pulmo vlcere debilitatus & ſæpe magna ex parte conſumptus materiam collectam reiicere nequeat: VII. Pulſus inæqualiter ſe habent modo ſunt languidi, modo celeres, nunc duri, nunc molles: VIII. ſæpius ſudant phthiſici ob facultatis naturalis debilitatem, quæ & naturales & excrementitios humores retinere nequit: IX. Phthiſi tandem confirmata pus quotidie magis fœtidum reiicitur, & interdum putrida pulmonum portiuncula, brochiorúmque ac vaſorum pulmonis ramenta, aut cruſtulæ redduntur: X. ὁ φάρυγξ ὡς χνόου πίμπλαται καὶ σρύζει ὡς διὰ καλάμου, *guttur veluti ſtrepitu impletur, & ſibilat ſicut per arundinem*, iuxta *Hippocrat. lib. de intern. affect. text.* 27. Porro capilli à capite defluunt ob alimenti corruptionem & penuriam, vngues incuruantur, caro enim in ſummitatibus digitorum exiſtens illáſque confirmans abſumitur, genæ liueſcunt, pediculi copioſè ob alimenti corruptelam generantur, extremáque & pedes calore langueſcente

cente intumeſcunt. Denique ſupervenit alui fluxus propter retentricis ventriculi & inteſtinorum imbecillitatem inſignémque humorum putredinem, vide *ſection.5.aqhor.*12.*&* 14. Et hæc de ſignis diagnoſticis prognoſtica ſequuntur. I. Omnis phthiſis morbus periculo plenus eſt, tum ob cauſam vlcus ſcil. pulmonum, tum ob ſymptoma nempe febrem totiuſque corporis extenuationem: pulmonum vlcus profligare difficillimum eſt: 1. quia pulmones in motu continuo verſantur. 2. quod ſanies in ſpongioſa illorum carne hærens circa tuſſim expurgari nequeat, qua pulmones quotidiè magis dilacerantur. 3. quod medicamenta integris viribus tanto interuallo ad pulmones non perueniant. 4. Curationem quoque difficilem febris & totius corporis conſumptio reddit, hæc enim humectantia poſtulat, quæ vlceris curationi aduerſantur, contra vlcus ſiccantia requirit, quæ febris & maciei medelæ non conueniunt. II. Si vlcus ſit profundum & diuturnum immedicabilis phthiſis eſt, quæ ab vlcere paruo & non diuturno prouenit, adhuc curationem admittit, nam exempla talium ſanatorum phthiſicorum apud *Raſem*, *Abyzoarem*, *Meſuem*, *Valeſcum de Taranta*, *Cardanum*, *Eraſtum*, *Scholtzium*, *Valeriolam*, *&* *Monardum* annotata reperiuntur. III. Sæpe phthiſis in plurimos annos protrahitur, vide *Auicennam lib.3.fen.*10. *tract.5. cap.9.* *Matthæum de grad.com.in 9.lib.Raſis ad Almanſor.* *c.54.Foreſtum lib.16.obſeru.med.55.* IV. Phthiſis ex vlcere ob eroſionem in pulmone factam ferè inſanabilis eſt, nam longiore tempore ad hoc vitium corrigendum opus eſt, conſulatur porro *Hippocrat.*

lib.1

lib. 2. prædict. p. m. 91. edition. Francof. Fæſ Cum ergo phthiſis morbus tam periculoſus ſit, Medici maturè ægroto ſuppetias ferre intereſt, & quamuis nulla medicabilis arte videatur, tamen ægrum ſine auxilio derelinquere Medico indecorum eſſe autumamus, cum quoſdam, licet non planè ſecundam valetudinem adepti eſſent, per conuenientia medicamina diu vitam protraxiſſe obſeruationes medicæ paſſim atteſtentur. A tribus indicantibus in hoc affectu indicationes ſumuntur ab vlcere pulmonum, febre & corporis totius conſumptione: indicatio præcipua ab vlcere pulmonum tanquam fonte huius mali accipitur, quo profligato & febris euaneſcit, & corpus incrementum capeſſit: vlcus abſtergendum & conſolidandum eſt, febris refrigerantia indicat, corpus exſiccatum humectantia poſtulat: has indicationes, cum ſibi aduerſentur, ita peritus Medicus moderabitur, ne vni attendens alteram negligat: quòd ſi vlceris ſanandi ſpes adſit, curationem præcipuè ad illud dirigat, ſi nulla ſpes affulgeat, corpus extenuatu m humectãtibus, refrigerantibus, nutrientibus reficiet, ſic enim æger aliquandiu vitam protrahet, quo in caſu medicamenta, quæ vlceri & corpori extenuato conueniunt, ita miſceri poſſunt, vt illa vlcus vna ex parte purgent, abſtergant, ſiccent, & alterâ corpus reficiant: primò igitur quod vlceris curationem concernit, omninò de huius ſublatione quàm diligenter Medico deſpiciendum erit, quoniam ab illius medela febris diſſipatio & corporis extenuati inſtauratio dependet, licet autem vlceris conſolidatio naturæ opus ſit, tamen obſtacula in opere ſuo naturam remorantia dimouere

Medici officium eſt : ante omnia humores ſiue in toto corpore ſiue in capite conſiſtẽtes & ad pectus affluentes euacuandi ſunt, corpúſque à cacochymia liberandum : ſi illa in toto corpore conſiſtat, humores affluentes malum adaugeant, febrem exacerbẽt, & phthiſis nondum altas radices egerit, purgantia, quæ ſimul thoraci amica ſunt, & humorum fluxiones auertunt, lenia exhibeantur : *e. g. pro viro* 30. *annorum.* ℞. *Mann. elect. calabr.* ℥ij. *aq. ſcabioſ. q. ſ. ſoluātur mane & colatura ſumatur cum regimine diæta : Vel* ℞. *Folior. ſenn. el.* ʒiij. *agar. rec. troch.* ʒj. *ſem. aniſi fœnic. ā.* ʒß. *aq. ſcab. fl. til. ā.* ℥iiij. *ſtent infuſa per noct. mane bull. par. in col.* ℥iij. *ſolue man. calabr. elect.* ʒvj. *aq. cinnam* ʒij. *F. potio ſumenda mane cum regimine diæta.* Validioribus purgationibus & crebris venæſectionibus in hoc affectu nullus eſt concedendus locus, nam illas vlcus pulmonum, & corpus extenuatũ & vires languidæ nõ admittunt: ſi phthiſis à catarrho foueatur, Medicus omnem lapidem moueat, vt commodè ſiſtatur & à pectore auertatur, niſi enim fluxionem cohibeat, vel aliò conuertat, in vlceris curatione omnem operam & oleum perdet. Ad vlceris curationem duo medicamentorum genera requiruntur abſtergentia & conſolidantia, quorum præcipua in ſeqq. formulis conſiſtunt. ℞. *Syrup. heder. terreſtr. Quercet* ℥ij. *tuſſilag. iuiub. ā.* ℥j. *aq. veronic.* ℥j. *aq veronic.* ℥ß. *M. de quo ſæpe cochlear plenum æger ſumat:* ℞. *Conſeru. roſ. rubr. looch. de pulmon. vulp. ā.* ℥j ß. *rad ſymph. maj. cond.* ℥ß. *lact. ſulph.* ʒj. *ſyr. alth. Fernel. q. ſ. fiat mixtura, de qua æger pro libitu magnitudinem nuciſtæ capeſſat.* ℞. *Specier. diatrag. frigid.* ʒij. *diarh. abbat.* ʒj. *ol. ſtillat. aniſi gt.* vj.

ſacch.

ſol.℥vj. *F.ſ.a. rotulæ pro beneplacito vſurpandæ.* Miris modis *Auicenna lib.3.Fen.10.tract.5.cap.5. ſaccharum roſatum* commendat, cuius vſu mulierem quandam phthiſi laborantem ita curatam fuiſſe perhibet, vt non ſolùm ſana ſed & pinguis redderetur: *Auicennæ* ſubſcribit *Crato in conſil.152. Montani*, idem laudat *Valleriola lib 5. obſeru. 5. & Foreſtus lib.16. obſeru.58.* Quidam Pharmacopœus phthiſicus *Autori noſtro* cognitus ingentem ſacchari roſati quantitatem comedit, quo ſolo remedio ſanitati reſtitutus fuit. Phthiſico ſequens diæta præſcribatur: I. omnem aëris in calore & frigore exceſsũ nimiũ, ſubitáſque illius mutationes ſummoperè vitet, ſiccus aër ſiue naturâ ſuâ talis ſiue artificio comparatus ad vlcera pulmonis ſananda vtilis eſt: inde Veteres ſuos phthiſicos ad *Tabias* mittebant, vide *Galen.* latè de *Tabiis* differentem *lib.5.M.M.cap.12.* hoc autem faciendum eſt, vbi ſpes aliqua ſanitatis remanet, ſi enim de vlcere pulmonis deſperatur, aër ſiccus ægroto obitũ accelerabit: II. Phthiſicus vehementes animi & corporis motus intermittat: III. cibi ſint ἔυχυμοι καὶ ἐυπεπτοι, illi à principio vim abſtergendi dein conſolidandi poſſideant: & quia phthiſicus plurimo indiget alimento, ſed ob caloris natiui debilitatem multum concoquere nequit, ideo ipſi ſæpe cibi aſt parua quantitate exhibeantur: inter alimenta medicamentoſa principatum lac tenet, optimum enim corpori nutrimentum præbet, laudabilem ſanguini materiam concedit, vitioſorum acredinem humorum contemperat, ſeroſitate ſua vlcus pulmonum abſtergit, parte caſeoſa conſolidationi ſuccurrit, parte butyracea maciem op-

pugnat;

pugnat:in primis lac muliebre tanquam naturæ noſtræ amicum extollitur, cui lac caprinum eſt analogum.: ne autem lac in ventriculo coagulationem patiatur, aliquid *ſacchari roſati* admiſce : vacuo & mundato ventriculo potionem lactis concede, alias aceſcet & corrumpetur, ea etiam quantitate phthiſico exhibe,vt à ventriculo concoqui poſſit, *e.g.pro viro XXX annorum* conceduntur ℥vj. ſumpto lacte æger non ſtatim ſomnum ineat, nec alium cibum capiat, ne illud in ventriculo corrumpatur, ſi febris manifeſtè ægrotum affligat,dolor capitis,contumaces vaſorum obſtructiones adſint,à lacte prorſus abſtinendum eſt, quando febris valde vrget, æger ſequens decoctum bibat : ℞ *Rad. liquir. raſ ʒiij. acetoſ. fragar. ā. ʒj. ß, juinbar. rec. par. 6 inciſa coq. in aq. font. ad menſ. 2.* Sin autem calor febrilis valde non ſit intenſus, ægro vinum album mediocre lymphatum concedi poteſt.

T LIBER

LIBER VIII.

De affectibus Cordis.

PRÆFATIO.

COr *varios patitur morbos ſimilares, organicos & communes, cum tamen pauciſſimi ſint, qui medici curantis manum ſubeant. quandoquidem viſcus hoc nobiliſſimum graues affectus diu ferre non poteſt, quin homo confeſtim de medio tollatur, ſicque nullus remediis locus relinquatur: hinc* Autor noſter *tres tantùm cordis affectus explicare intendit, qui frequentiùs in praxi medica occurrunt & remediorum apparatu oppugnari poſſunt, vnde his etiam tria capita deſtinauit, quorum primum de ſyncope, ſecundum de palpitatione cordis, tertium de virium imbecillitate tractat.*

CAPVT I.

De Syncope.

SYncope definitur à *Galeno lib.12.meth.med.c.5.* quòd ſit κατάπτωσις ὀξεῖα δυνάμεως *praceps viriũ lapſus*, licet enim in ea ſolum cor patiatur, & ſola facultas vitalis intercipiatur, ea tamen collabente

cæte

Digitized by Google

cæteras perire neceſſe eſt, cum ab illa neceſſarium influxum recipiant, dicitur præceps virium lapſus, vt ab aliis affectibus diſtinguatur, in quibus vires paulatim deficiunt, donec mors ſubſequatur.

Cauſa huius affectus proxima eſt ſpirituum vitalium defectus non totalis, mortem enim ſubitaneam afferret, ſed tantus, vt natura cogatur (ne vires cordis penitus exoluantur) ſpiritus ab aliis partibus ad ipſum cor retrahere, vnde illæ à ſuis functionibus feriari coguntur: hic ſpirituum defectus quatuor modis potiſſimum contingere ſolet, vel quia ſufficienti copia non generantur, vel quia geniti diſſipantur, vel quia præter naturam alterantur, vel denique quia ſuffocantur: non generantur vitio facultatis aut materiæ: facultas ſpirituum generatrix læditur vel proprio cordis affectu vel per conſenſum. Morbi cordis proprij inſigniores ſunt intemperies magnæ, vt febres acutæ, malignæ, peſtilentes, hecticæ, quibus accedunt morbi organici, vt conſtrictio & dilatatio nimia, ac ſolutiones vnitatis, quæ ventriculos cordis penetrantes hominem citiſſimè interficiunt. Per conſenſum facultas cordis læditur à reliquis principiis cerebro & hepate, quæ maximam cum corde ſympathiam habent: ſæpè etiam ab ore ventriculi ob viciniam ſenſúmq; exquiſitum contingit, vnde orta eſt diuiſio ſyncopes in cardiacam & ſtomachicam: nonnunquam ab vtero exoritur, vnde vteri ſuffocatio vel ſyncope hyſterica nominatur. Vitium materiæ eſt defectus vel corruptio aëris & ſanguinis, ex quibus ſpiritus vitales generantur: aëris defectus contingit ex reſpiratione vel tranſpiratione læſa, ſanguinis verò

defectus ex læſa nutritione:vtriúſq; corruptio accidit, cum alienam qualitatem induunt,ſic aër inquinatus in conſtitutione peſtilenti ſyncopem infert, ſic tetri dores nonnullis & ſuaues quibuſdam mulieribus eundem effectum præſtant,ſic ex prauis eduliis corruptus ſanguis generatur: ſpiritus diſſipant euacuationes nimiæ ſenſiles & inſenſiles: ſenſiles ſunt primò ipſius ſanguinis per os,nares,vterum,aluum,hæmorrhoïdes,phlebothomiam aliáſque vulnera inſigniora: ſecundò aliorum humorum,qui licet excrementitij ſint, majori tamen copiâ excreti maximam ſpirituum diſſipationem faciunt, & ſyncopen inferunt, tales autem excerni ſolent per vomitum,alvum,vrinas,ſudores,magni obſceſſus apertionem, præcipuè introrſum, vt empyematis, tum etiam extrorſum, vt in hydrope aperto vmbilico contingit. Inſenſiles euacuationes fiunt ex nimia cutis raritate, contentorum tenuitate & acrimoniâ, immodico æſtu, balneo,labore: ſpiritus etiam diſſipant vigiliæ pertinaces, inedia longa, venus effrænata,vehemens ira vel gaudium,ægritudines longæ & acutæ, his adde ingentes dolores cordis, ventriculi, inteſtinorum & partium omnium nervoſarum: ſpiritus alterant praua viſcerum diſpoſitio, & quæcúmque cordi inimicam qualitatem inferunt,vt aër fœtidus, venenoſus, peſtilens: idem præſtat venenum aſſumptum, admotum vel animalium morſu communicatum: denique ſuffocant ſpiritus vitales ſanguinis ad cor vehemens refluxus, ibidémque copioſa fuliginum prauarum & ſanguinis frigidi ac craſſi redundantia. Syncopen grauiſſimam, quam mors repentina excepit, à ſanguinis & ſpirituum ſubito

ſubito refluxu ad cor *Autor noſter* in Nobili *Virgine* obſeruauit, quæ ab ineunte ætate huic ſymptomati valde obnoxia erat, ita vt ex quovis animi pathemate etiam leviori in ſyncopen incideret: cum hæc egregio juueni, qui illam ardenter deperibat, matrimonio jungeretur, indictóque celebri parentum & conſanguineorum conuentu vix dimidiam nuptialis contractus partem ſcribendo abſolueret, eheu! ſubitò in terram exanimis concidit: videatur *Petrus Salius Diuerſus lib.de affect.particul.c* 4.

Signa huius affectus diagnoſtica vel reſpiciunt ſubjectum magis idoneum vel paroxyſmum imminentem aut præſentem: ſubjecta magis ad ſyncopen diſpoſita ſunt homines debilitate quadam natiua vel adſcititia præditi, puſillanimes, melancholici, ſplenetici, fœminæ potius quàm mares, virgines menſtrua patientes, mulieres grauidæ, *&c.* Syncopen imminentem ſignificant improuiſa anxietas, animi perturbatio, ſcotomia, coloris faciei & pulſus ſubita mutatio: præſentem ſyncopen demonſtrant præceps virium lapſus, pulſus rarus, formicans, abolitus, color faciei ſummo pallore ſuffuſus, ſudor frigidus, & totius corporis præſertim extremorum frigiditas. Quomodo ſyncope ab apoplexia diſtinguatur, conſule *exercit. noſtram de apoplex.* §.7. nam ſyncope juxta *Riolanum lib.3.encheirid. anatom.cap.*8. ſæpè apoplexiam mentitur, ſed illa ſine ſtertore obſeruatur, nec in paralyſin degenerat, quæ ſi aliquoties fortiter recurrat, tandem cor obruit & ſuffocat, non tantùm ob interceptum ſanguinis excurſum à plenitudine vaſorum, ſed ex oppreſſione cordis ab aliqua craſſa ſubſtantia ſanguinis intra ventriculos

cordis impulſa, *ἀσφυξίαν* in motu cordis & arteriarum interdum *ἀφωνίαν* tandem interitum afferente: hic affectus Germanis æquè familiaris eſt ac apoplexia propter athleticum habitum, qui contrahitur ex nimiis comeſſationibus & perpotationibus, hinc *Riolano* mirũ non eſt, *Germanos* venæſectionibus liberalibus non addictos in apoplexiam vel ſyncopen cardiacam incidere. Prognoſis huius affectus ex *Hippocr. ſect. 2. aphor* 42. deſumitur: οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι. *qui frequenter & vehementer & abs re deficiunt, repente moriuntur:* cum quis à ſyncope ſuſcitatur, non ſtatim ſalus promittenda eſt: ſi enim pulſus & color viuidus non redit, ægérque frigidus ſemper manet, in ſyncopen citò relabitur, ex qua periculum impendet.

Cum ſyncope à variis cauſis dependeat, illarum ratione etiam diuerſum curandi modum deſiderat. A quacúmque cauſa fiat, vrgente paroxyſmo ſeqq. conueniunt, ſupinus decubitus, vinum generoſum, aqua cinnamomi vel cardiaca noſtra, quam *in exercitat. apoplex.* §. 11. deſcripſimus: ſi ex defectu nutrimenti originem ſyncope ducat, alimenda potenter reſtaurantia conceduntur: ſi malum ab hyſterica paſſione oriatur, remedia conuenientia adhibeantur: ſi à maligna aut venenata qualitate producatur, alexipharmacha vſurpentur, principaliter *theriaca* conducit: ſi autem à ſuperpurgatione fiat, *laudani opiaci gr. j.* vſurpetur,

Cap.

CAPVT II.

De Palpitatione cordis.

PAlpitatio cordis eſt immoderata & præternaturalis illius concuſſio vehementi diaſtole & ſyſtole moleſta.

Cauſæ palpitationem cordis efficientes ad tria capita reduci poſſunt, vel enim eſt res irritans vel refrigerationis neceſſitas vel ſpirituum defectus: Cauſa irritans omnium frequentiſſima vtplurimum eſt vapor vel flatus, qui quantitate vel qualitate manifeſta aut occulta cordi moleſtiam parit. Vapor manifeſta qualitate moleſtus vel in ipſo corde & partibus vicinis eſt, vel aliunde ab aliis partibus remotis præſertim liene & vtero tranſmittitur, qui ſubitò abditos ſinus cordis ingreſſus facultatem expultricem cordis ſtimulat, quod ſummo robore naturaliter præditum potenter inſurgit, & vehementiori niſu hoſtem expellere conatur. Vapor occulta qualitate moleſtus cor afficit in febribus malignis, peſtilentibus & venenis aſſumptis, nonnunquam ſanguis menſtruus retentus, ſemen corruptum, lumbrici aliáque putrida materia vapores malignos cordi communicat, qui facultatem illius vehementer irritant. Humores quantitate vel qualitate peccantes cordi moleſtiam exhibent, ita ſanguis nimia quantitate venas, arterias & ventriculos gravans cordis palpitationem efficit: ſic aqua in pericardio nimiâ copiâ luxurians cordis ventriculos comprimit, vt liberè dilatari non poſſint, idem præſtant humores confertim ad

cor affluentes,vt in vulneribus,formidine & terrore contingit: humores qualitate peccantes cordi infenſi ſunt, ſi venenati, putridi, corrupti, acres & calidi nimis fuerint. Secunda palpitationis cauſa ſuperius propoſita fuit refrigerationis neceſſitas,quæ tum præcipuè adeſt, cum calor præter naturam in corde creſcit, à quo ſpiritus accenduntur, vnde ad caloris refrigerium motus cordis & atteriarum augetur. Tertia cauſa eſt ſpirituum defectus,qui fit per inediam,vigilias,iram,metum,morbos vehementes, aliáſque cauſas ſubitò & copioſè ſpiritus diſſipantes, quem defectum cor reſarcire intendens,vt illos promptius regeneret, motum ſuum accelerat: Coronidis loco *Autor noſter* monet, palpitationem cordis ſympathicam idiopathicâ frequentiorem eſſe, cor enim ob arterias cum omnibus corporis partibus magnum conſenſum habet.

Diagnoſis vel ipſum affectum vel cauſas ſpectat: affectus per ſe conſpicuus eſt, æger enim manifeſtè palpitationem ſentit & adſtantes manum regioni cordis admouentes motum illum vehementem percipiunt: cauſæ palpitationem producentes ſuis etiam ſignis diſtinguuntur, calida intemperies dignoſcitur ex pulſus magnitudine, celeritate, febre, frequenti reſpiratione & frigidorum appetentia: ſi à vapore aut flatu cordis palpitatio generetur, à leui corporis motu excitatur, citò fit & citò perit: ſi ab humoribus producatur,affectus non ita ſubitò inuadit & diutius perſeuerat, qualis autem humor cauſa mali ſit,ex ſignis humoris in toto corpore redundantis facilè cognoſcitur: quæ per conſenſum palpitatio fit, ex propriis parium affectarum ſignis inno-

innoteſcit : ventriculum affici indicat in appetentia, nauſea, humorum peſſimorum vomitus, & ſtomachi morſus : moleſta circa pancreas aut lienem pulſatio, vel alius lienis affectus materiam in illis partibus latitantem ſignificat, à qua vapores aut flatus ad cor tranſmittuntur, ſic menſium ſuppreſſio & affectiones hyſtericæ ab vtero malum exoriri notant. Si humores maligni & venenati huic affectui originem dederint, magna in pulſu varietas & virium deiectio apparet, aliaque malignitatis ſigna obſeruantur : denique ſpirituum defectus cordis palpitationem excitans cognoſcitur ex cauſis præcedentibus, à quibus magna ſpirituum exolutio facta eſt. Prognoſis huius affectus periculoſa eſt ob læſum cordis motum, cui frequenter ſyncope hominem è medio tollens ſubſequitur. Palpitatio idiopathica eſt periculoſior ſympathica & vt plurimum lethalis.

Curatio palpitationis cordis varia eſſe debet pro varietate affectuum, à quibus fouetur, primùm ea, quæ à peculiari affectu cordis aut pericardij oritur, curationem vix ac nec vix recipit, ideo tota Practicorum intentio ad ſympathicam dirigitur, quæ à variis partium inferiorum affectibus dependet, quorum curationes è propriis locis depromuntur: præter illa remedia cauſæ ſublationem reſpicientia etiam vſurpentur, quæ ſymptomatis ſedationi conferunt, cor roborando & vapores ex humoribus melancholicis crudiſque eleuatos diſcutiendo : ℞. *Conſeru. roſar. rubr. ℥i. borragin. bugloſſ. ā. ℥ß. confect. alkerm. ʒi. ſyr. cort. citr. q. ſ. fiat mixtura, quâ ægrotus frequenter vtatur: Vel ℞. Aq. cardiac. noſtra in exerc.*

de

de apoplex.§.11.deſcript.borragin.roſar.ã.℥i ſacch.roſat.tab.℥ß. margarit.præpar.℈i. M.detur cochleare plenũ per interualla:Clyſteres diſcutientes & euacuãtes iniiciantur,*e.g.pro viro 30.annorũ*:*℞.Radic.alth.℥i.calam.aromat.℥ß. herb.meliſſ. carduiben.betonic. agrimon. ã. Mi. flor. chamæm.Pii.ſem.lini ʒv.carui ʒii.coq.in col.℥x.ſol.mell,anthos.℥iii. elect. hier.picr. Log.℥ß.fiat clyſter.* Vrgẽte paroxyſmo omnibus remediis præſtat venæſectio, quã inutiliter nunquam fuiſſe adminiſtratam *Galenus alicubi* confitetur.

CAPVT III.

De imbecillitate virium.

ET ſi virium imbecillitas omnium actionum animalium vitalium & naturalium læſiones generatim comprehendat, ſtrictè tamen vitales ſignificat, quæ ex pulſu debili indicantur: iſta autem virium imbecillitas in omnibus morbis grauibus, in quibus natura vel ſuccumbit,vel cauſæ morbificæ imbecilliter obſiſtit, reperiri ſolet:quemadmodum igitur in palpitatione actio cordis nimirùm pulſatio eſt deprauata, ſic in virium debilitate eſt imminuta, in quo quidem cum ſyncope coincidit, ab ea tamen differt,quòd pulſus in ſyncope difficulter percipiatur, econtra in imbecillitate virium pulſus manifeſtus eſt: in hac etiam facultas animalis etiam offenditur, vnde motus impotentia ſequitur, quæ ſine vllo cerebri,neruorum aut muſculorum vitio contingit, ſed tantum procedit à ſpirituum vitalium defectu, qui ſufficienter cerebro

non

non communicantur, vt ex iis ſpiritus animales generentur.

Cauſa proxima virium imbecillitatis eſt caloris natiui & ſpirituum defectus, à quibus vita & robur partium dependet: contingit autem ille defectus in ſingulis partibus ex inopia ſpirituum vitalium & caloris influentis à corde: deficiunt autem ſpiritus vitales, vel quod ſufficienti copia non generentur, vel quod geniti diſſipentur, corrumpantur aut ſuffocentur, vti ſuperius in ſyncope fieri diximus, vbi tamen hæc differentia reperitur, quod in ſyncope cauſæ defectum ſpirituum producentes ſubitò & derepentè effectum ſuum producant, in virium autem imbecillitate ſenſim & paulatim operentur. Præterea cum calor natiuus humido primigenio tanquam pabulo indigeat, ſi iſtud deficiat, etiam calorem natiuum debilitari & vires labefactari neceſſe eſt.

Diagnoſis huius affectus nulla explicatione indiget, ſiquidem malum per ſe patet, & ægri ſponte de virium imbecillitate conqueruntur. Prognoſis etiam ex varia cauſarum diſpoſitione dependet, pro vt enim cauſæ virium imbecillitatem producentes leuiores aut grauiores ſunt, maius vel minus periculum emergit.

Curatio huius affectus dirigenda eſt ad cauſarum ſublationem & ſpirituum vitalium reſtaurationem: cauſæ ſunt morbi graues, in quibus vel natura occumbit, vel difficulter cauſæ morbificæ reluctatur: ergo cauſarum ſublatio horum morborum curationes reſpicit, quæ è ſuis locis deſumantur. Cordis & ſpirituum vitalium robur ſeorſim inſti

inſtituendum , imo interdum cauſarum morbificarum ſublationi præferendum eſt , cum mortis periculum impendet, cauendo tamen, ne vires reficiendo cauſas morbificas augeamus, hinc in calido morbo cardiaca temperata in frigido calida vſurpantur: æger vtatur iuſculis gallinaceis reſtaurantibus. Itali in vſu habent ſorbitionem ex vitellis ouorum, vino & ſaccharo paratam , quæ optima eſt & Germanis ***Vueintuarm*** dicitur: conducit etiam *ſequens iulepus pro duabus doſibus. ℞. Aq. roſar. borragin. ā. ℥iiii. ſyr. citri, granat. ā. ℥i. ß Miſce : vel ℞. Specier. diambr. diamoſchi. ā. ʒi ß. ol. ſtill. macis, caryophyll. cinnam. ā. gt. ii. ſacch. roſat. tab. ℥vi. fiat ſ. a. tragea : vel ℞ Conſeru. roſar. rubr. ℥i. ß. borragin. betonic. bugloſſ. ā ℥ß. cort. citr. cond. nuc. indic. cond ā. ʒii. confect. alkerm. ʒi. ambr. griſ. gr. iii. moſchi orient. gr. i. iulep. roſ. q. ſ fiat opiata: vel ℞. Aq. roſar. borragin. bugloſſ. ā. ℥iiii. aceti roſat. ℥ii fiat epithema cordis regioni tepidè admouendum.*

LIBER

LIBER IX.

De Affectibus Ventriculi.

PRÆFATIO.

Vt ventriculi variæ ſunt actiones, ſic variæ earum læſiones diuerſos affectus conſtituunt, cum enim illa pars ciborum concoctioni & chyli confectioni deſtinata ſit, ad illud opus perficiendum primò inſtituta eſt cibi & potus appetentia, quæ imminui, aboleri & deprauari ſolet: abolita ciborum appetentia anorexia & apoſitia nominatur, imminuta vocatur inappetentia & cibi faſtidium: deprauata caninam famem, picam ac malaciam conſtituit, nimia potus appetentia ſitis morboſa appellatur, vitia prædicta attracticem facultatem reſpiciunt: Ea verò, quæ ad ciborum concoctionem ſpectant, prout imminuitur, aboletur aut deprauatur, vnico læſæ concoctionis nomine, comprehenduntur: Retentio & expulſio læſa in vomitu & ſingultu verſatur, vomitus tamen variæ ſunt ſpecies pro diuerſa materia excretæ natura & conditione: quia etiam ventriculus ſenſu tactus exquiſito pollet, doloribus ideo obnoxius eſt: denique ventriculus tumores, inflammationes, abſceſſus & vlcera

vlcera patitur : vt igitur omnes ventriculi affectus, qui frequentius in praxi Medica occurrunt, in hoc libro explicentur, illos Autor noſter *vndecim capitibus includit. Primum de inappetentia & cibi faſtidio : ſecundum de fame canina : tertium de pica & malacia : quartum de ſiti morboſa : quintum de ventriculi concoctione læſa : ſextum de ſingultu : ſeptimum de vomitu : octauum de vomitu ſanguinis : nonum de cholera morbo : decimum de dolore ventriculi: vndecimum de ventriculi inflammatione, abſceſſu & vlcere tractat.*

CAPVT I.

De Inappetentia & cibi faſtidio.

INappetentia & cibi faſtidium actionem ventriculi abolitam & imminutam comprehendit, abolita vocatur ἀνορεξία τε ϰ̀ ἀποσιτία, imminuta autem δυσορεξία, vſus tamen obtinuit, vt ἀνορεξία τε ϰ̀ ἀποσιτία pro imminuta & abolita appetentia ſumantur.

Cauſæ huius affectus variæ vt in ordinem redigantur, conſiderandæ ſunt cauſæ naturales, quæ famem excitant: prima eſt inanitio partium : ſecunda eſt inanitarum partium appetentia naturalis : tertia eſt venarum meſeraicarum ſuctio : quarta eſt ſuctionis ſenſus in ventriculo : quinta eſt appetentia animalis, quæ ſenſu tactus orificio ſtomachi implantato perficitur : vt igitur appetentia naturaliter

liter ſe habeat, omnes iſtas cauſas benè conſtitutas eſſe oportet, hinc ſi aliquod vitium illis acciderit, appetitus læſio exoritur. Prima cauſa partium inanitio ſi lædatur, non fit attractio ab aliis partibus & ventriculo, vnde appetentia ceſſat: deeſt autem illa partium inanitio, vel quando repletæ ſunt crudorum ſuccorum copiâ ob crapulam, intermiſſas exercitationes aut euacuationes conſuetas, vel quando tanta adeſt pinguedo, vt illa ad alimoniam partibus ſufficiat. Secunda cauſa erat appetentia naturalis & tractio alimenti vſque ad ventriculum producta, hæc vitiatur, quando partes, licet inanitæ ſint, non trahunt propter exolutum illarum robur,ſed velut effætæ languent,vt ſolet contingere in febribus acutis, malignis, peſtilentibus & hecticis:idem accidit in immodicis ac diuturnis euacuationibus, vt in fluxu hepatico, vterino,hæmorrhoïdali, hæmorrhagia è naribus, ſudore nimio, venere effrænata, inedia longa,&c. Tertia cauſa erat tractio, quæ fit è ventriculo per venas meſeraicas, hæc impeditur per obſtructiones inſignes harum venarum, vnde partes inanitæ non poſſunt materiam chyloſam attrahere: Quarta & quinta cauſa, quæ ſunt ſuctionis ſenſus & appetentia animalis bonam ventriculi & neruorum diſpoſitionem requirunt, ideo quæcumque illas diſpoſitiones euertunt,appetitum deiiciunt.

Diagnoſis huius affectus ſatis innoteſcit, æger enim ipſe de appetentia deiecta & alimentorum euerſione conqueritur: quod prognoſin ſpectat,inappetentia malum omen eſſe conſueuit, aduertendum tamen eſt,cibi faſtidium eſſe funeſtum, ſi à caloris

loris natiui exſolutione prodeat, ſed non eſſe ita periculoſum, quando ab humorum paruorum redundantia originem traxit.

Curatio huius affectus ſi ab aliarum partium vitio dependet, ab earumcuratione deſumitur, ſin autem ex proprio ventriculi morbo contingat, ad calidam vel frigidam illius intemperiem cum materia coniunctam reducitur: calida intemperies tollēda eſt blanda & frequenti humoris biliosi expurgatione: *e.g. pro viro 45. annor. ℞. Rhabarb. opt. ℈iii. ſem. aniſi ℈i. aq. cichor. ℥vi. infund. per noct. mane fact. expreſſ. fort. in col ℥iii. ſolue ſyr. roſ. ſol ſimpl. ℥ß. F. potio ſumenda manè cū regimine diætæ:* Poſt reiteratā purgationem æger tabulis diarrhodon abbatis aut cydoniis conditis vtatur: vel *℞. Conſeru. roſar. rubr. ℥i. ß. acetoſ. ℈ß. roob ribium ℈vi rad. cichor. cond. ℥ß. cort. citr. cond. ℈iii. ſyr. cort citr. q. ſ. fiat mixtura, de qua mane & ſerò quantitatem nuciſtæ æger ſumat.* A frigida intemperie producitur inappetentia, quando humores pituitoſi & melancholi in ventriculo collecti functionem illius deſtruunt, qui poſteaquam conuenientibus remediis educti fuerint, ventriculus corroborandus erit: euacuatio poteſt fieri per vomitum & aluum: per vomitum inſtituitur, ſi æger ſit nauſeabundus, formulæ emeticæ reperiuntur *in exercitation. de paralyſi* §. 4. Si humores tunicis vētriculi impacti ſint, ægerque ad vomitum non ſit aſſuetus, per aluum educantur, heic inprimis pilulæ conueniunt, quia diutius in ventriculo morantur, *e. g. pro viro L. annorū: ℞. Extract. catholic. cochiar. ā ℈ß. mag. radic. ial. gr. ii. ol. ſtill. mac. gt. i. fiant pil. xi deaur. & ſumant. mane cum regimine diætæ.* Si pilulas

lulas deglutire æger non poſſit,ſeq.infuſo purgatur: *℞. Fol ſenn.elect ℥iij. agaric.rec.troch.℈ij.rhabarb. elect.℥j.ſem.aniſi ℥j.ß.aq.meliſſæ,beton.ā ℥iij.infund. per noct. mane bulliant par.in col.℥iij.ß ſol ſyrup.de abſinth.℥j aq.cinnam.℥ij.F.potio purgās mane ſumēdā cum regimine diætæ*:vel æger vtatur ſacculo aut apozemate purganti,quod *in exercit.noſtra de apoplex.* §.13.annotauimus: Venæſectio in hoc affectu non conuenit,niſi jecur ſit calidius: tempore vindemiali vinum medicamentoſum *ibid.*deſcriptum ex muſto recenti paretur: poſt purgationem ſufficientem ad corroborantia tam interna quàm externa tranſeundum eſt: *℞. Conſeru.beton.℥j.ß roriſ.℥ß.cort. arantior. cond.℥iij.nuc. indic.cond.℥ij. confect. alker. ℥j.ſpecier.aromat.roſ.℈ij ol.ſtillat cinnam.gt.ij. ſyrup. cydonior.q. ſ.fiat mixtura,de qua pro lubitu ſumatur:* Salis abſinthij ſcrupulo cum juſculo carneo aliquoties æger etiam vtatur: in magna ventriculi frigiditate aqua cinamomi præſtantiſſima eſt: tabulæ aromaticæ roſatæ etiam conducunt. Si cum frigido ventriculo hepatis calida intemperies concurrat, vti ſæpè fit, tunc temperatiora remedia vſurpanda ſunt. Ad concoctionem ventriculi promouendam in fine menſæ pulvis aut tabulæ poſt paſtum frequenter vſurpentur, quorum formulas in ſuperius allegato *exercitationis noſtræ* loco propoſuimus. Familiaria medicamenta ventriculum corroborantia ſunt nuces juglandes caryophyllis & cinamomo transfixæ, cortices citri & arantiorum conditæ, nux indica cond. & vinum Hippocraticum: tandem regio ventriculi ſeq. linimento inungatur: *℞. Ol.nardini ℥ß. maſtich. menth.ā.℥ij. ol.*

nuciſta expreſſ.℈iv.ol. ſtillat.abſinth.℈ij.ceraq.ſ.F.linimentum.

CAPVT II.

De Fame Canina.

CVm in priori capite de appetentia imminuta & abolita actum ſit, methodus poſtulat, vt deprauata explicetur: deprauatur appetentia duobus modis, quando ſcil. quantitate vel qualitate peccat: quantitate peccat, dum alimenta majori copiâ expetuntur, quàm naturalis ordo requirit, & ille affectus βουλιμία ſeu fames canina nominatur, qualitate autem peccat,cum cibi abſurdi expetuntur, aut ea quæ rationem alimenti non habent, & pica ſeu κίττα appellatur, de priori caput hoc, de iſta caput ſeq. tractabit. Fames canina eſt ſymptoma actionis deprauatæ reſpectu quantitatis, quæ actio aucta nominatur, nempe appetentia modum naturalem excedens: pars affecta præcipua eſt ſuperius os ventriculi.

Cauſa continens eſt ſenſus ſuctionis & vellicationis vehemens appetitum ſubinde irritans: humores vitioſi in ventriculo hærentes famem caninam excitant, quatenus nimia ſua aciditate orificium ventriculi conſtringunt, corrugant ac vellicant, adeoque ſenſum naturali ſuctioni ſimilem & ſpuriam famem inferunt, qualis eſt in primis humor melancholicus à liene in ventriculum effuſus: à lumbricis chylum depaſcentibus fieri famem caninam luculentâ hiſtoriâ *Trallianus lib.* 7. *cap.* 4.

demon

demonſtrat. Hermetici aliam huius ſtupendi appetitus cauſam ſtatuunt, nempe ſpiritum diſſoluentem in corpore genitum, qui inſita proprietate; quicquid ciborum ingeritur, promptè conſumit, & legitimum nutritioni terminum naturæ non concedit.

Signa huius miſerandi affectus ſatis manifeſtà ſunt; per ſe enim apparet appetentia deprauata, quæ plures cibos aſſumere cogit. Si fames canina à lumbricis oriatur, parum periculi infert, quia his ſublatis etiam illa tollitur: aliàs affectus periculoſus eſt, quia facilè in cachexiam corporis vniuerſalem tranſit.

Quod curationem ſpectat, quia fames canina vt plurimum ab humoribus melancholicis originem ducit; ad eos præſertim remedia dirigenda ſunt; quæ humoris peccantis euacuationem & partis laborantis robur reſpiciunt. Euacuatio inſtituenda eſt per vomitum vel alvum medicamentis *in priore capite* indicatis: porrò juxtà *Hippoc. ſect. 2. aphor. 21.* λιμὸν θώρηξις λύει *famen caninam thorexis ſoluit*. Narcotica remedia ſenſum ventriculi nimis exquiſitum obtundendo hunc affectum imminuunt, theriaca recens conducit, quia præter vim narcoticam & corroborantem virtute alexiteria humorum malignam qualitatem corrigit: Pro ditioribus ambræ griſeæ aliquot grana præſcribuntur, quæ tum ventriculo robur addit, tum proprietate ſpecifica prodeſſe creditur.

cor affluentes,vt in vulneribus,formidine & terrore contingit: humores qualitate peccantes cordi infenſi ſunt, ſi venenati, putridi, corrupti, acres & calidi nimis fuerint. Secunda palpitationis cauſa ſuperius propoſita fuit refrigerationis neceſſitas,quæ tum præcipuè adeſt, cum calor præter naturam in corde creſcit, à quo ſpiritus accenduntur, vnde ad caloris refrigerium motus cordis & arteriarum augetur. Tertia cauſa eſt ſpirituum defectus,qui fit per inediam,vigilias,iram,metum,morbos vehementes, aliáſque cauſas ſubitò & copiosè ſpiritus diſſipantes, quem defectum cor reſarcire intendens,vt illos promptius regeneret, motum ſuum accelerat: Coronidis loco *Autor noſter* monet, palpitationem cordis ſympathicam idiopathicâ frequentiorem eſſe, cor enim ob arterias cum omnibus corporis partibus magnum conſenſum habet.

Diagnoſis vel ipſum affectum vel cauſas ſpectat: affectus per ſe conſpicuus eſt, æger enim manifeſtè palpitationem ſentit & adſtantes manum regioni cordis admouentes motum illum vehementem percipiunt: cauſæ palpitationem producentes ſuis etiam ſignis diſtinguuntur, calida intemperies dignoſcitur ex pulſus magnitudine, celeritate, febre, frequenti reſpiratione & frigidorum appetentia: ſi à vapore aut flatu cordis palpitatio generetur, à leui corporis motu excitatur, citò fit & citò perit: ſi ab humoribus producatur,affectus non ita ſubitò inuadit & diutius perſeuerat, qualis autem humor cauſa mali ſit,ex ſignis humoris in toto corpore redundantis facilè cognoſcitur: quæ per conſenſum palpitatio fit, ex propriis partium affectarum ſignis

inno

innoteſcit: ventriculum affici indicat in appetentia, nauſea, humorum peſſimorum vomitus, & ſtomachi morſus: moleſta circa pancreas aut lienem pulſatio, vel alius lienis affectus materiam in illis partibus latitantem ſignificat, à qua vapores aut flatus ad cor tranſmittuntur, ſic menſium ſuppreſſio & affectiones hyſtericæ ab vtero malum exoriri notant. Si humores maligni & venenati huic affectui originem dederint, magna in pulſu varietas & virium deiectio apparet, aliaque malignitatis ſigna obſeruantur: denique ſpirituum defectus cordis palpitationem excitans cognoſcitur ex cauſis præcedentibus, à quibus magna ſpirituum exolutio facta eſt. Prognoſis huius affectus periculoſa eſt ob læſum cordis motum, cui frequenter ſyncope hominem è medio tollens ſubſequitur. Palpitatio idiopathica eſt periculoſior ſympathica & vt plurimum lethalis.

Curatio palpitationis cordis varia eſſe debet pro varietate affectuum, à quibus fouetur, primùm ea, quæ à peculiari affectu cordis aut pericardij oritur, curationem vix ac nec vix recipit, ideo tota Practicorum intentio ad ſympathicam dirigitur, quæ à variis partium inferiorum affectibus dependet, quorum curationes è propriis locis depromuntur: præter illa remedia cauſæ ſublationem reſpicientia etiam vſurpentur, quæ ſymptomatis ſedationi conferunt, cor roborando & vapores ex humoribus melancholicis crudiſque eleuatos diſcutiendo: ℞. *Conſeru. roſar. rubr. ℥i. borragin. bugloſſ. ā. ℥ß. confect. alkerm. ʒi. ſyr. cort. citr. q. ſ. fiat mixtura, quâ ægrotus frequenter vtatur: Vel ℞. Aq. cardiac. noſtra in exerc.*

de

de apoplex.§.11.deſcript.borragin.roſar.ã.℥i ſacch.roſat.tab. ℥ß. margarit.prapar.℈i. M.detur cochleare plenũ per interualla: Clyſteres diſcutientes & euacuãtes iniiciantur, *e.g.pro viro 30.annorũ:℞.Radic.alth. ℥i calam.aromat. ℥ß. herb.meliſſ. carduiben.betonic. agrimon. ã. Mi. flor. chamæm.Pii.ſem.lini ʒv.carui ʒii.coq.in col.℥x.ſol.mell,anthos.℥iii. elect. hier.picr. Log.℥ß.fiat clyſter.* Vrgẽte paroxyſmo omnibus remediis præſtat venæſectio, quã inutiliter nunquam fuiſſe adminiſtratam *Galenus alicubi* confitetur.

CAPVT III.

De imbecillitate virium.

ET ſi virium imbecillitas omnium actionum animalium vitalium & naturalium læſiones generatim comprehendat, ſtrictè tamen vitales ſignificat, quæ ex pulſu debili indicantur: iſta autem virium imbecillitas in omnibus morbis grauibus, in quibus natura vel ſuccumbit,vel cauſæ morbificæ imbecilliter obſiſtit, reperiri ſolet:quemadmodum igitur in palpitatione actio cordis nimirùm pulſatio eſt deprauata, ſic in virium debilitate eſt imminuta, in quo quidem cum ſyncope coincidit, ab ea tamen differt,quòd pulſus in ſyncope difficulter percipiatur, econtra in imbecillitate virium pulſus manifeſtus eſt: in hac etiam facultas animalis etiam offenditur, vnde motus impotentia ſequitur, quæ ſine vllo cerebri,neruorum aut muſculorum vitio contingit, ſed tantum procedit à ſpirituum vitalium defectu, qui ſufficienter cerebro

non

non communicantur, vt ex iis ſpiritus animales generentur.

Cauſa proxima virium imbecillitatis eſt caloris natiui & ſpirituum defectus, à quibus vita & robur partium dependet: contingit autem ille defectus in ſingulis partibus ex inopia ſpirituum vitalium & caloris influentis à corde: deficiunt autem ſpiritus vitales, vel quod ſufficienti copia non generentur, vel quod geniti diſſipentur, corrumpantur aut ſuffocentur, vti ſuperius in ſyncope fieri diximus, vbi tamen hæc differentia reperitur, quod in ſyncope cauſæ defectum ſpirituum producentes ſubitò & derepentè effectum ſuum producant, in virium autem imbecillitate ſenſim & paulatim operentur. Præterea cum calor natiuus humido primigenio tanquam pabulo indigeat, ſi iſtud deficiat, etiam calorem natiuum debilitari & vires labefactari neceſſe eſt.

Diagnoſis huius affectus nulla explicatione indiget, ſiquidem malum per ſe patet, & ægri ſponte de virium imbecillitate conqueruntur. Prognoſis etiam ex varia cauſarum diſpoſitione dependet, pro vt enim cauſæ virium imbecillitatem producentes leuiores aut grauiores ſunt, maius vel minus periculum emergit.

Curatio huius affectus dirigenda eſt ad cauſarum ſublationem & ſpirituum vitalium reſtaurationem: cauſæ ſunt morbi graues, in quibus vel natura occumbit, vel difficulter cauſæ morbificæ reluctatur: ergo cauſarum ſublatio horum morborum curationes reſpicit, quæ è ſuis locis deſumantur. Cordis & ſpirituum vitalium robur ſeorſim inſti

inſtituendum , imo interdum cauſarum morbificarum ſublationi præferendum eſt , cum mortis periculum impendet, cauendo tamen, ne vires reficiendo cauſas morbificas augeamus, hinc in calido morbo cardiaca temperata in frigido calida vſurpantur: æger vtatur iuſculis gallinaceis reſtaurantibus. Itali in vſu habent ſorbitionem ex vitellis ouorum, vino & ſaccharo paratam , quæ optima eſt & Germanis *Vueintuarm* dicitur: conducit etiam *ſequens iulepus pro duabus doſibus.* ℞. *Aq.roſar.borragin.ã.* ℥*iii.ſyr. citri, granat. ã.* ℥*i.* ß *Miſce : vel* ℞*.Specier.diambr. diamoſchi.ã.*ʒ*i* ß*.ol.ſtill.macis, caryophyll. cinnam. ã. gt.ii.ſacch.roſat.tab.*℥*vi.fiat ſ.a.tragea : vel* ℞ *Conſeru. roſar.rubr.* ℥*i.* ß*. borragin. betonic.bugloſſ.ã* ℥ß*. cort.citr.cond.nuc.indic.cond ã.*ʒ*ii.confect.alkerm.*ʒ*i. ambr. griſ. gr. iii. moſchi orient. gr.i.iulep.roſ.q.ſ fiat opiata: vel.* ℞*. Aq.roſar.borragin.bugloſſ.ã.*℥*iii.aceti roſat.* ℥*ii fiat epithema cordis regioni tepidè admouendum.*

LIBER IX.

De Affectibus Ventriculi.

PRÆFATIO.

VT ventriculi variæ ſunt actiones, ſic variæ earum læſiones diuerſos affectus conſtituunt, cum enim illa pars ciborum concoctioni & chyli confectioni deſtinata ſit, ad illud opus perficiendum primò inſtituta eſt cibi & potus appetentia, quæ imminui, aboleri & deprauari ſolet: abolita ciborum appetentia anorexia & apoſitia nominatur, imminuta vocatur inappetentia & cibi faſtidium: deprauata caninam famem, picam ac malaciam conſtituit, nimia potus appetentia ſitis morboſa appellatur, vitia prædicta attracticem facultatem reſpiciunt: Ea verò, quæ ad ciborum concoctionem ſpectant, provt imminuitur, aboletur aut deprauatur, vnico læſæ concoctionis nomine, comprehenduntur: Retentio & expulſio læſa in vomitu & ſingultu verſatur, vomitus tamen variæ ſunt ſpecies pro diuerſa materiæ excretæ natura & conditione: quia etiam ventriculus ſenſu tactus exquiſito pollet, doloribus ideo obnoxius eſt: denique ventriculus tumores, inflammationes, abſceſſus & vlcera

vlcera patitur : vt igitur omnes ventriculi affectus, qui frequentius in praxi Medica occurrunt, in hoc libro explicentur, illos Autor noſter *vndecim capitibus includit. Primum de inappetentia & cibi faſtidio : ſecundum de fame canina : tertium de pica & malacia : quartum de ſiti morboſa : quintum de ventriculi concoctione læſa : ſextum de ſingultu : ſeptimum de vomitu : octauum de vomitu ſanguinis : nonum de cholera morbo : decimum de dolore ventriculi : vndecimum de ventriculi inflammatione, abſceſſu & vlcere tractat.*

CAPVT I.

De Inappetentia & cibi faſtidio.

INappetentia & cibi faſtidium actionem ventriculi abolitam & imminutam comprehendit, abolita vocatur ἀνορεξία τε καὶ ἀποσιτία, imminuta autem δυσορεξία, vſus tamen obtinuit, vt ἀνορεξία τε καὶ ἀποσιτία pro imminuta & abolita appetentia ſumantur.

Cauſæ huius affectus variæ vt in ordinem redigantur, conſiderandæ ſunt cauſæ naturales, quæ famem excitant: prima eſt inanitio partium : ſecunda eſt inanitarum partium appetentia naturalis : tertia eſt venarum meſeraicarum ſuctio : quarta eſt ſuctionis ſenſus in ventriculo : quinta eſt appetentia animalis, quæ ſenſu tactus orificio ſtomachi implantato perficitur : vt igitur appetentia naturaliter

liter ſe habeat, omnes iſtas cauſas benè conſtitutas eſſe oportet, hinc ſi aliquod vitium illis acciderit, appetitus læſio exoritur. Prima cauſa partium inanitio ſi lædatur, non fit attractio ab aliis partibus & ventriculo, vnde appetentia ceſſat: deeſt autem illa partium inanitio, vel quando repletæ ſunt crudorum ſuccorum copiâ ob crapulam, intermiſſas exercitationes aut euacuationes conſuetas, vel quando tanta adeſt pinguedo, vt illa ad alimoniam partibus ſufficiat. Secunda cauſa erat appetentia naturalis & tractio alimenti vſque ad ventriculum producta, hæc vitiatur, quando partes, licet inanitæ ſint, non trahunt propter exolutum illarum robur,ſed velut effætæ languent,vt ſolet contingere in febribus acutis, malignis, peſtilentibus & hecticis:idem accidit in immodicis ac diuturnis euacuationibus, vt in fluxu hepatico, vterino,hæmorrhoïdali, hæmorrhagia è naribus, ſudore nimio, venere effrænata, inedia longa,&c. Tertia cauſa erat tractio, quæ fit è ventriculo per venas meſeraicas, hæc impeditur per obſtructiones inſignes harum venarum, vnde partes inanitæ non poſſunt materiam chyloſam attrahere: Quarta & quinta cauſa, quæ ſunt ſuctionis ſenſus & appetentia animalis bonam ventriculi & neruorum diſpoſitionem requirunt, ideo quæcumque illas diſpoſitiones euertunt,appetitum deiiciunt.

Diagnoſis huius affectus ſatis innoteſcit, æger enim ipſe de appetentia deiecta & alimentorum euerſione conqueritur: quod prognoſin ſpectat,inappetentia malum omen eſſe conſueuit, aduertendum tamen eſt,cibi faſtidium eſſe funeſtum, ſi à caloris

loris natiui exſolutione prodeat, ſed non eſſe ita periculoſum, quando ab humorum paruorum redundantia originem traxit.

Curatio huius affectus ſi ab aliarum partium vitio dependet, ab earumcuratione deſumitur, ſin autem ex proprio ventriculi morbo contingat, ad calidam vel frigidam illius intemperiem cum materia coniunctam reducitur: calida intemperies tollēda eſt blanda & frequenti humoris biliosi expurgatione: *e.g. pro viro 45. annor. ℞. Rhabarb. opt. ʒiii. ſem. aniſi ʒi. aq. cichor. ℥vi. infund. per noct. mane fact. expreſſ. fort. in col ℥iii. ſolue ſyr. roſ. ſol ſimpl. ℥ß. F. potio ſumenda manè cū regimine diætæ:* Poſt reiteratā purgationem æger tabulis diarrhodon abbatis aut cydoniis conditis vtatur: vel *℞. Conſeru. roſar. rubr. ℥i. ß. acetoſ. ʒß. roob ribium ʒvi rad. cichor. cond. ℥ß. cort. citr. cond ʒiii. ſyr. cort citr. q ſ fiat mixtura, de qua mane & ſerò quantitatem nuciſtæ æger ſumat.* A frigida intemperie producitur inappetentia, quando humores pituitoſi & melancholi in ventriculo collecti functionem illius deſtruunt, qui poſteaquam conuenientibus remediis educti fuerint, ventriculus corroborandus erit: euacuatio poteſt fieri per vomitum & aluum: per vomitum inſtituitur, ſi æger ſit nauſeabundus, formulæ emeticæ reperiuntur *in exercitation. de paralyſi* §. 4. Si humores tunicis vētriculi impacti ſint, ægerque ad vomitum non ſit aſſuetus, per aluum educantur, heic inprimis pilulæ conueniunt, quia diutius in ventriculo morantur, *e. g. pro viro L. annorū: ℞. Extract. catholic. cochiar. ā ℈ß. mag. radic. ial. gr. ii. ol. ſtill. mac. gt. i. fiant pil. xi deaur. & ſumant. mane cum regimine diætæ.* Si pilulas

lulas deglutire æger non poſſit,ſeq.infuſo purgatur: ℞. *Fol ſenn.elect ʒiij. agaric.rec.troch.℈ij.rhabarb. elect.ʒj.ſem.aniſi ʒj.ß.aq.meliſſæ,beton.ã ʒiij.infund. per noct. mane bulliant par.in col.℥iij.ß ſol.ſyrup.de abſinth.℥j aq.cinnam.ʒij.F.potio purgãs mane ſumẽdã cum regimine diætæ*:vel æger vtatur ſacculo aut apozemate purganti,quod *in exercit.noſtra de apoplex.* §.13.annotauimus: Venæſectio in hoc affectu non conuenit,niſi jecur ſit calidius: tempore vindemiali vinum medicamentoſum *ibid.*deſcriptum ex muſto recenti paretur: poſt purgationem ſufficientem ad corroborantia tam interna quàm externa tranſeundum eſt: ℞. *Conſeru.beton.℥j.ß. roriſ ℥ß.cort. arantior. cond.ʒiij.nuc. indic.cond.ʒij. confect. alker. ʒj.ſpecier.aromat.roſ.℈ij ol.ſtillat.cinnam.gt.ij. ſyrup. cydonior.q. ſ.fiat mixtura,de qua pro lubitu ſumatur:* Salis abſinthij ſcrupulo cum juſculo carneo aliquoties æger etiam vtatur: in magna ventriculi frigiditate aqua cinamomi præſtantiſſima eſt: tabulæ aromaticæ roſatæ etiam conducunt. Si cum frigido ventriculo hepatis calida intemperies concurrat, vti ſæpe fit, tunc temperatiora remedia vſurpanda ſunt. Ad concoctionem ventriculi promouendam in fine menſæ pulvis aut tabulæ poſt paſtum frequenter vſurpentur, quorum formulas in ſuperius allegato *exercitationis noſtræ* loco propoſuimus. Familiaria medicamenta ventriculum corroborantia ſunt nuces juglandes caryophyllis & cinamomo transfixæ, cortices citri & arantiorum conditæ, nux indica cond. & vinum Hippocraticum: tandem regio ventriculi ſeq. linimento inungatur: ℞. *Ol.nardini ℥ß. maſtich. menth.ã.ʒij. ol.*

demonſtrat. Hermetici aliam huius ſtupendi appetitus cauſam ſtatuunt, nempe ſpiritum diſſoluentem in corpore genitum, qui inſita proprietate; quicquid ciborum ingeritur, promptè conſumit, & legitimum nutritioni terminum naturæ non concedit.

Signa huius miſerandi affectus ſatis manifeſta ſunt, per ſe enim apparet appetentia deprauata, quæ plures cibos aſſumere cogit. Si fames canina à lumbricis oriatur, parum periculi infert, quia his ſublatis etiam illa tollitur: aliàs affectus periculoſus eſt, quia facilè in cachexiam corporis vniuerſalem tranſit.

Quod curationem ſpectat, quia fames canina vt plurimum ab humoribus melancholicis originem ducit; ad eos præſertim remedia dirigenda ſunt; quæ humoris peccantis euacuationem & partis laborantis robur reſpiciunt. Euacuatio inſtituenda eſt per vomitum vel alvum medicamentis *in priore capite* indicatis: porrò juxta *Hippoc. ſect. 2. aphor. 21.* λιμὸν θώρηξις λύει *famen caninam thorexis ſoluit*. Narcotica remedia ſenſum ventriculi nimis exquiſitum obtundendo hunc affectum imminuunt, theriaca recens conducit, quia præter vim narcoticam & corroborantem virtute alexiteria humorum malignam qualitatem corrigit: Pro ditioribus ambræ griſeæ aliquot grana præſcribuntur, quæ tum ventriculo robur addit, tum proprietate ſpecifica prodeſſe creditur.

CAPVT III.
De Pica & malacia.

PIca & malacia eſt appetitus deprauatus, quo ægri res abſurdas, inutiles & noxias appetere conſueuerunt.

Producitur hic affectus à prauis & certo modo corruptis humoribus, qui in ventriculo ob læſam illius concoctionem colliguntur, vel ab aliis partibus in eum trasferuntur: ad quorum humorum productionem maximè diſpoſita ſunt corpora pituitoſa & melancholica præſertim milieres, quibus hic affectus peculiaris eſſe videtur, quamvis eodem pueri interdum, imo etiam viri ſed rariùs affligantur: coadiuuant prauorum eduliorum vſus, ſuppreſſa euacuatio naturalis præſertim menſtruorum, animi mœrores, hepatis & lienis intemperies, obſtructiones & imbecillitates, vteri affectus varij, *&c.* Iſti humores vitioſi pro variis intemperierum aliarúmque diſpoſitionum gradibus diſſimilem naturam obtinent, hinc variæ rerum abſurdarum appetentiæ oriuntur: cum autem huiuſmodi humores nunc crudi nunc aduſti exiſtant, ſic quorundam appetitus ad res acidas, auſteras, acerbas & frigidas feruntur, ita vt fructuum immaturorum, aceti, ſucci limonum, granatorum, arãtiorum, niuis, glaciei, &c. vſu aſſiduo & copioſo delectentur: alij terrea ſiccáque apparunt, vt caryophyllos, cinamomum, nucem moſchatam, ſal, cineres, gypſum, &c. Familiaris eſt hic appetitus virginibus chloroſi laborantibus & grauidis mulieribus ob ſuppreſſionem menſtruorum,

rum, quæ in corpore moram trahentia vitioſam qualitatem induunt, & ex mente *Autoris noſtri* ad partes ſuperiores delata ventriculum inficiũt noxio illo ſucco, à quo actiones illius deprauantur: pueri interdum hoc affectu detinentur,prȩſertim quorum mater chloroſi laborauit,neque viri ab eo immunes ſunt (quamvis rariùs id contingat) præſertim illi, qui melancholico temperamento præditi obſtructiones aut fluxus hæmorrhoïdum conſueti ſuppreſſionem patiuntur.

Diagnoſis huius affectus per ſe facilis eſt, ex ſola enim ægrotantis relatione innoteſcit:quod prognoſin ſpectat, chronicus eſt iſte affectus, non tamen admodum periculoſus,excluditur enim ſæpè humor noxius crebris vomitionibus,vel medicamentis conuenientibus per alvum euacuatur,& ſuppreſſæ menſium aut hæmorrhoïdum euacuationes, quæ huic malo anſam præbebant, cum tempore reſtituuntur: quæ ſi negligantur, & natura oneri ſuccumbat, grauiſſimi morbi proueniunt, vitiata enim prima concoctione neceſſe eſt, ſecundam & tertiam corrumpi, vnde graues obſtructiones, cachexiæ & hydropes contingunt, vel etiam ſi humor majori copiâ in ventriculum feratur, cordialgias inſignes interdum producit, ex qui ſyncope & nonnunquam mors ſuccedere ſolet.

Curatio huius affectus varia pro diuerſitate corporum inſtituenda eſt: in grauidis mulieribus propter abortus periculum pauca remedia adhibentur, leuiora & benigniora vſurpantur, quæ in *cura inappetentiæ* annotauimus. In virginibus chloroſi laborantibus cura ad illam dirigenda eſt, de qua

paulò poſt:quæ autem pica viris cõtingit,cum illa ab obſtructionibus hepatis & lienis dependeat, earum curatione ſuis locis proponendâ eliminabitur,

CAPVT IV.

De Siti morboſa.

SItis ſeu potus appetentia vti fames tripliciter læditur imminutè,abolitè & deprauatè : imminuitur à dulci & inſipido humore ventriculi tunicas irrigante vel ab humiditate nimia in toto corpore dominante, vt partes potulentam materiam à ventriculo non trahant : aboletur in morbis acutis, quando mens ægrotat,aut facultas naturalis omninò concidit,de qua hic ſermo non eſt:ſufficit nobis de ſiti deprauata tanquam frequentiori agere, quæ etiam bifariam quemadmodum fames diuidi poteſt, vt vna ad potulentorum varia genera feratur, altera potus quantitatem ac frequentiam reſpiciat: quæ potus genera abſurda intendit, ad picam refertur, quando ſcil. ægrotantes appetunt acetum, ſuccum limonum,aquam ſalſam,&c.ſupereſt igitur, vt ſitim auctam conſideremus, quod ſymptoma frequentiſſimum eſſe conſueuit, cum appetitus humidi quantitate peccat,& potus immodicè expetitur.

Cauſa illius proxima eſt defectus alimenti humidi & ſiccitas ventriculi aliarúmque partium, quæ ſtomacho penuriam ſuam communicare valent: iſta autem ſiccitas oriri ſolet ab omnibus,quæ ſoridam humiditatem ventriculi totiúſque corporis abſumere valent, & ad calefacientia ac exſiccantia

refe

referuntur : exſiccantia per ſe & primariò , calefacientia ſecundariò humidum abſorbendo exſiccant: ſitis morboſa eſt vel idiopathica , vel ſympathica: Idiopathica fit , cum innata ventriculi humiditas alteratur,& exhauritur ab intemperie calida vel ſicca : Sympathica oritur ex conſenſu totius corporis vel aliquarum partium , vti contingit in febribus, hepatis , pulmonis & aliorum viſcerum inflammationibus , intemperiebus calidis & ſiccis præcipuè renum , vt in diabete , quæ propterea διψακὸς nominatur : cauſæ externæ ſunt, quæ impensè calefaciunt vel exſiccant , vt aër valde calidus & ſiccus, diuturna in ſole vel ad ignem mora , vſus ciborum ſalſorum , acrium & aromatibus conditorum , copioſus vini antiqui & generoſi potus,vigiliæ nimiæ, vehemens corporis euacuatio præcipuè per medicamenta purgantia.

Diagnoſis ſenſibus ipſis ſatis ſuperque patet:quod prognoſin attinet, ſitis , quæ à cauſis procatarcticis excitatur, tutiſſima eſt, illa enim potu aſſumpto facilè ſedatur ; quæ autem à cauſis internis procedit, pro illarum varietate magis vel minus periculoſa exiſtit. Curatio ſitis morboſæ frequentius occurrit in febribus & quarundam partium inflammationibus , de qua nos ſuo loco.

CAPVT V.

De ventriculi concoctione læſa.

VEntriculi concoctio chyloſis appellata tripliciter læditur, immunitè , abolitè & depra-

uatè : imminuta concoctio *βραδυπεψία*, abolita *ἀπεψία*, deprauata *δυσπεψία* nominatur, quæ omnes differentiæ vnico cruditatis nomine comprehenduntur : hæc autem cruditas duplex ſtatuitur nidoroſa & acida, cruditas nidoroſa fit, quando alimentum in nidoroſam & vſtam quaſi materiam mutatur, vt per eructationem odor ouorum, piſcium corruptorum, vel olei frixi efferatur, qui ructus nidoroſi in calidis ac bilioſis naturis frequenter contingunt : acida cruditas oritur, cum cibi in acidam naturam vertuntur, & ructus acidi excluduntur, hæc à frigida intemperie procedit : his & tertia addi poteſt cruditatis differentia, quando ob calorem debilem cibus imperfectè coquitur, & in pituitoſam quandam materiam citra aciditatem commutatur.

Cauſæ ventriculi concoctionem lædentes ad tria genera reduci poſſunt vitium ſcilicet inſtrumenti, objecti & rerum extrinſecus aduenientium. Inſtrumenti vitium omnes ventriculi morbos ſimilares, organicos & communes complectitur, qui illius actionem euertere poſſunt : intemperies tamen frequentiſſima eſt læſæ concoctionis cauſa, cum enim concoctio à moderato calore naturali perficiatur, ſi ille à debita temperie receſſerit, tunc chyloſis inficitur : ſic frigida ventriculi intemperies remiſſior bradypepſiam, intenſior apepſiam producit, & è contra intemperies calida diſpepſiam generat. Vitium alimenti, quod eſt ventriculi proprium objectum, multis modis contingit, dum ſc. peccat in ſubſtantia, quantitate, qualitate, tempore & ordine aſſumendi. Vitioſa alimenta ratione

tione ſubſtantiæ duriora ſunt & concoctu difficiliora, vt carnes ceruinæ ac leporinæ vetuſtiores, ſale & fumo induratæ, panis furfuraceus, tubera & ſimilia: quantitate alimenta peccant, quæ nimia copia aſſumuntur, vt à calore vinci non poſſint, vnde cruditates oriuntur illis maximè familiares, qui genio & crapulæ indulgent: qualitate alimenta peccant, quæ vel nimis frigida & humida exiſtunt, vel calidiora tenuiorem chyli portionem exurunt, & in nidoroſos vapores conuertunt: ad hoc genus reducenda eſt concoquendi & condiendi ratio, varij enim elixandi, & aſſandi & condimentorum modi nouas alimentis diſpoſitiones inducunt, propter quas concoctu faciliora vel difficiliora redduntur: tempus & ordo aſſumendi præpoſterus concoctionem vitiat, vt ſi quis horam cibandi conſuetam omittens nocte intempeſta & immediatè ante ſomnum cibis ſtomacum repleat, vel ſi poſt ſolidorum & adſtringentium vt caſei, pyrorum, cydoniorum & ſimilium aſſumptionem liquida poſtmodum & corruptioni obnoxia ingerat. Denique res externæ chyloſin lædunt, ſi immoderatæ fuerint: hinc aër frigidior calorem ventriculi natiuum obtundit, & calidior eundem diſſipat: ſic exercitationes immodicæ præſertim à menſa calorem inſitum è ventriculo ad partes exteriores deriuant, vnde concoctio impeditur. Ita alui ſuppreſſio aut fluxus nimius, vigiliæ immoderatæ, ſomnus diurnus, grauiora animi pathemata, ventriculi concoctionem vehementer interturbant.

Diagnoſis huius affectus iuxta læſæ concoctionis differentias varia eſt: apepſia & bradypepſia

iiſdem

iiſdem ſignis iuxta magis & minus tantùm differẽtibus indicantur,illa autem ſunt ructus acidus, alimenti incocti & ſemicocti per os aut aluũ reiectio, cauſæ ventriculũ refrigerantes prægreſſæ, grauitas, tenſio,& inflatio in regione ſtomachi, læſio à frigidis aſſumptis,vrinæ tenues,aquoſæ & decolores,interdum tamen craſſæ & rubræ apparent ex ſucco impuro fæculento,qui ob primæ coctionis imperfectioné à chylo ſufficienter ſeparari non potuit, ſed ad renes tranſmiſſus cum ſeroſo humore impuras etiá vrinas reddit: dyſpepſiam oſtendunt ructus nidoroſi, ſapor putridus in ore, ſenſus æſtuationis & læſio à calidis aſſumptis. Si idiopathicè ventriculus laboret, propria eiuſdẽ morboſæ diſpoſitionis ſigna aderunt:ſi ſympathicè afficiatur,illud ex partium affectarum ſignis colligitur:ſin autem ab errore cauſarum externarum vel obiecti vitio ſymptoma dependeat,ex earum præſenti aut prægreſſa conſtitutione & ægri vel adſtantium relatione innoteſcet. Prognoſis huius affectus ita inſtituenda eſt:coctionis vitium quod à cauſis externis ſuſcitatur, facilè corrigitur ſublatis cauſis & idonea victus ratione inſtituta. Facilius etiam curatur læſa concoctio, quam humores ab aliis partibus in ventriculum tranſlati excitarunt, illis enim expurgatis, antequam in ventriculo morbum ſtabilem fecerint, coctionis officium reſtituitur. Abolita ventriculi concoctio omnium deterrima eſt, quia totius corporis nutritio impeditur vnde morbi lethales lienteria, atrophia,hydrops & ſimiles ſubſequuntur: Coctio imminuta ſuum etiam parit incommodum, vt colicam, cachexiam & tandem hydropis ſpeciem: de-

prauata

prauata concoctio multorum malorum & obſtructionum,ſcabiei,febrium & ſimilium cauſa eſt.

Curatio perficitur ſublatione cauſatum externarum, antecedentium & coniunctarum, quæ affectum iſtum efficiunt, augent vel conſeruant: Primò aduertendum erit, vtrum ab aliis partibus ad ventriculum humores transferantur, & in hoc caſu illi erunt euacuandi ac reuellendi, partis mandantis affectus corrigendus & ventriculus roborandus: affectuum autem aliarum partium curationes ex propriis capitibus deſumantur, & ventriculi roboratio *è præcedenti cap.* 1. depromatur: quæ autem concoctionis læſio ex proprio ventriculi vitio contingit, ea vtplurimum ab humoribus calidis aut frigidis originem ducit, hinc eandem curationem poſtulat, quam *dicto c.* 1. annotauimus.

CAPVT VI.

De Singultu.

Singultus eſt motus ventriculi deprauatus, quod rem ſibi noxiam expellere nititur: à vomitu diſtinguitur, quòd materia, quæ vomitu reiicitur, in ventriculi cauitate contineatur, & ille totus inuertatur, vt materiam excludat: in ſingultu autem materia peccans tunicis ventriculi infixa eſt, ideo ille ſe conſtringit, ac fibras ſuas concutit,vt eam expellat,& vt nauſeam quoque in hac definitione *Autor noſter* comprehendat, ſtatuit motus ventriculi expellentes tripliciter fieri, vel enim natura vult

inſur

inſurgere ad expellendum, & non ſufficienter irritatur, tunc nauſea fit, aliquando inſurgit & expellit, ſic fit vomitus, vel denique inſurgit,vt expellat, ſed non poteſt, & tunc ſingultus oritur.

Cauſa ſingultus immediata eſt humor vel vapor facultatem ventriculi expultricem irritans, qui vel in ipſo ventriculo colligitur, vel aliunde ab hepate, liene, inteſtinis aliiſque partibus, vel etiam toto corpore communicatur: ſic alimenta, medicamenta, humores acres aut lumbrici mordentes in ventriculo contenti ſingultum idiopathicum producunt: ſympathicum inferunt vicinarum partium inflammationes tranſmiſſo ad ventriculum vapore aut humore acri,vnde facultas expultrix irritatur: denique à toto corpore poſſunt transferri ad ventriculum humores vel vapores acres in affectibus totum corpus occupantibus, vt interdum in febribus acutis & malignis contingit.

Diagnoſis ſatis conſpicua eſt: cauſæ autem ſigna ita diſtinguuntur: ſi affectus idiopathicè contingit, magis continuus eſt, vomitu ſedatur, & humorum in ventriculo contentorum indicia apparent: ſin ab alterius partis morbo oriatur, eiuſdem ſigna ex proprio capite deſumuntur: Quod prognoſin attinet: ſingultus, qui à cauſa aliqua procatarctica,vt cibo,potu aut frigore exoritur, periculoſus non eſt.Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λύγξ κακόν· *inflãmationi hepatis ſi ſuperuenerit ſingultus, malum*,iuxta *Hippocr.ſect.6.aphor.*17. vide *comm. Galeni.*

Curatio huius affectus ad illius cauſas dirigitur, quæ vel ſympathicè vel idiopathicè hunc affectum producunt: ſympathicè afficientes cauſæ ſunt alia-

rum

rum partium affectus, quibus curatis ſingultus etiam aufertur, quamuis ea remedia inferiùs proponenda, quæ ſymptomati demulcendo conducunt, interim vſurpari poſſint: idiopathicus affectus fit à pituita, flatibus, bile & alio humore acri aut malignæ qualitatis participe: qui oritur ab humore pituitoſo tunicis ventriculi imbibito, curatur remediis incidentibus, detergentibus, expurgantibus ac ventriculum roborantibus, qualia *in curatione inappetentiæ à frigida cauſa* propoſuimus: qui à flatibus producitur, iiſdem remediis tollitur. Qui ab humore bilioſo oritur, repetitas purgationes blandas poſtulat: ℞. *Rhabarb. opt. pulu ʒi. ſyr. fl. perſicor. ℥ß. aq. cichor. ℥ii. fiat potio mane ſumenda cum regimine diætæ*: *Vel* ℞. *Rhabarb. optim. ʒiii. ſem. aniſi ʒi. aq. cichor. endiu. ã. ℥iii. infund. per noct. mane bull. par. in col. ℥iii. ſolue ſyr. roſ ſimplic. ℥i. fiat potio eodem modo vſurpanda*: Porrò ſequentia proſunt: ℞. *Conſeru. roſar. rubr. ℥ii. borragin. ℥i. ſpecier. diarrh. abbat. ʒi. corn. ceru. philoſoph. præpar. ℈ii corall. rubr. præpar. ℈i. ſyr. cydonior. q. ſ. fiat mixtura, de qua ſæpius æger quantitatem nuciſtæ ſumat*: *Vel* ℞. *Amyg. dulc. recort. ʒiii. ſem. cucum. melon. ã ʒii. papau. alb. ʒi. aq. cichor. acetoſ. ã. ℥iii. ſacch. roſat. tab. ℥ß. F. emulſio pro tribus doſibus ad beneplacitum ægri*: qui etiam ad retundendam humorum acrimoniam aliquoties mane ieiuno ventriculo *olei amygd. dulc. rec. expreſſi ℥i. ß.* aſſumat denique *doſis laudani opiati* pertinacem ſingultum aliis remediis non cedentem partis ſenſum nimis exquiſitum obtundendo egregiè compeſcit.

CAPVT

CAPVT VII.

De Nauſea & Vomitu.

NAuſea & vomitus differunt tantùm per magis & minus: vterq; affectus eſt motus ventriculi, quo res in cauitate ſua contentas expellit,vel expellere nititur:eſt igitur nauſea inane vomendi deſiderium cum anxietate & tenuis ac pellucidi humoris per ſaliuam excretione:eam excitare ſolet, quicquid ventriculo quantitate vel qualitate moleſtiam infert, nec tamen propter ventriculi imbecillitatem vel materiæ craſſitiem aut viſciditatem excludi poteſt. Vomitus,qui Græcis ἔμετος vel ἐμεσία dicitur,eſt motus ventriculi deprauatus,quo vis expultrix irritata, materiam in capacitate contentam ſibi moleſtam, ſenſibiliter per ſuperiora violento impetu reiicit.

Vomitus differentiæ à cauſis deſumuntur, quæ vel internæ ſunt vel externæ, ideo vomitus primùm diuiditur in naturalem & artificialem: naturalis rurſum vel extra conſtitutionem morboſam vel in ipſo morbo præſente contingit, vnde triplex illius differentia exſurgit, vt alius ſit periodicus, alius criticus, alius ſymptomaticus: Periodicus eſt, qui extra morbos præſeruationis gratia certo tempore exercetur: hinc noſtro ſeculo multi reperiuntur, qui ſingulis menſibus aut ſeptimanis humorum bilioſorum & frequentius pituitoſorum copiam vomitu reiicere conſueuerunt, quibus euacuationibus tanquam prophilaxi à multis morbis præſeruantur: hic vomitus ſymptoma non

eſt,

eſt, quia ſine vllo morbo præſente excitatur. Criticus vomitus non rarò contingit in morbis, quo materia morbifica prius coctione præparata ſalutariter euacuatur, vel tota, vnde perfecta morbi ſolutio, vel maiori ex parte, vnde magna illius imminutio ſuccedit. Symptomaticus vomitus fit à natura irritata & debilitata ſine ægri alleuatione, quoniam continuò materiæ morbificæ affluxu fouetur & perſeuerat. Aliæ vomitus differentiæ petuntur ab excretis, quandoque materia, quæ excernitur, alibilis eſt, nonnunquam excrementitia: alibilis materia eſt cibus, chylus, aut ſanguis: excrementitia eſt pituita, bilis, melancholia, ſerum, pus, lumbrici, &c. Vomitus artificialis generali vocabulo appellatur, quicumque à cauſis externis inducitur: præcipuæ ſunt ictus, caſus, compreſſio circa epigaſtrium, aura venenata, fœtidus odor, exercitationes moleſtæ aut violentæ, vt ſuccuſſus equi inſuetus nauigatioque in mari, & ſimiles cauſæ externæ, quæ naturam irritando vel humores commouendo vomitum excitare ſolent: præ cæteris aſſumpta maximam vim habent vomitum excitandi, tum medicamenta emetica & venena toto genere nobis infeſta, tum alimenta noxia vel alicui peculiariter aduerſa: idem præſtat alimentorum qualitas pinguis & oleoſa, illorumque ordo aſſumendi præpoſterus, quando nempe humectantia & relaxantia poſt aſtringentia ſumuntur: denique alimenta nimia quantitate ingeſta, quamtumuis euchyma & laudabilia, vomitum excitare ſolent, vti crapulæ deditis ſæpè contingit, tunc enim natura nimiâ mole grauata inutile pondus, cuius co-

ction

ctioni par eſſe non poteſt, excludere tentat: cauſæ internæ ſunt antecedentes vel coniunctæ: antecedentes vel à corpore vniuerſo vel à peculiari aliqua parte in ventriculum confluunt: à toto corpore feruntur in phlethora, cachexia, febribus, aliiſque affectibus totum corpus occupantibus: à parte aliqua peculiari deriuantur ſæpè humores in ventriculum, vt in hepatis inflammatione, lienis aut meſenterij obſtructione, ſuppreſſis menſtruis aut hæmorrhoïdibus & ſimilibus. His addenda eſt praua pori cholidochi conformatio, quando ſcil. ille in ipſum ventriculum implantatur, vnde *πικρόχολοι ἄνω* nominantur, & vomitu bilioſo frequenter diuexantur; diſcrepantes de hoc meatu ſententias ex *Achaia, Argẽterio, Carolo Stephano, Veſalio* proponit è iudicio *Bartholiniano* Magnus Æui noſtri Anatomicus *Riolanus lib.2. anthropogr. c.20.* quas poſtea *nonnemo ſuis marginibus anatomicis* inſeruit: vomitus etiam interdum fit quando obſtructa inteſtina in colico vel iliaco affectu humores liberum exitum non inuenientes ad ſuperiora propellunt: nonnunquam lumbricis ab inteſtinis ad ventriculum aſcendentes eiuſque tunicam vellicantes vomitum efficiunt: denique abſceſſus diſruptus in liene, meſenterio aliiſque abdominis partibus vomitum purulentum excitare ſolet: cauſæ vomitus ſunt prædictæ, ſi nempe ad ventriculum deuenerunt, quamdiu enim in aliis partibus continebantur, cauſæ antecedentes erant, harum præcipuæ exiſtimantur humores varij, quorum nonnulli in ipſo ventriculo generantur, pituitâ inprimis, cuius maximus prouentus per cruditates & apepſias

ſias ſæpe in ventriculo gignitur, ſi nempe ſtomachus debilis alimenta probè non concoquat, & in pituitoſum excrementum conuertat; aliquando etiam in corruptis cibis bilis porracea in ventriculo producitur, vt luculenter in pueris lactentibus apparet, qui ex lactis in ventriculo corruptione fæces porraceas excernere conſueuerunt.

Signa vomitus diagnoſtica per ſe manifeſta ſunt; cauſæ autem variæ variis ſignis innoteſcunt: ſi ventriculi vitio vomitus contingat; eiuſdem partis laborantis ſigna apparent, vt cibi faſtidium, grauitas, tenſio & inflatio in regione ſtomachi, tarda ac difficilis concoctio, ructus acidi vel nidoroſi, aliáque debilitatem & intemperiem illius partis demonſtrantia: ſi ex morbo organico vel communi ventriculum afficiente, vt tumore vel vlcere, vomitus oriatur, eorum morborum ſigna ſe produnt: ſi per ſympathiam totius corporis aut aliarum partium vomitus contingat, affectus totum corpus vel aliquam partem obſidentes aderunt: ſi ex cerebro humores ad ventriculum confluant, catarrhi ſigna antecedunt: ſi ex hepate humor tranſmittatur, plerumque bilis vomitu reiicitur, qui ante paſtum moleſtior eſt: ſi ex inteſtinis materia ad ventriculum feratur, dolor colicus aut iliacus vel lumbrici aderunt: denique ſi per vteri ſympathiam vomitus excitetur, conceptio vel menſium ſuppreſſio aut alia vteri ſymptomata ſe manifeſtabunt: etiam aliquibus ſignis intelligere poſſumus, vtrum humor in cauitate ventriculi contineatur, vel ipſius tunicis adhæreat: ſi in cauitate colligatur, leuiſſimo conatu expellitur, adeſtque ventriculi tenſio & an-

xietas ab aſſumpto alimento, quæ non ceſſat, donec humores vomitu euacuati ſint, qui ſoli plerumque excernuntur & alimentum retinetur, ſin humores ventriculi tunicis agglutinentur, ab ingeſto cibo præcipuè vomitus contingit, & alimenta relictis humoribus extruduntur, cibis verò non aſſumptis nauſea admodum vrget, & magno conatu craſſa viſcidáque rejiciuntur: cauſas externas ægri ipſi referunt, vt ſi nimio potu & cibo ſe ingurgitauerint, ictum grauem in illa regione acceperint, vel prauum aliquod edulium aut venenoſum ingeſſerint. Imminentis vomitus ſigna ſunt, dolor capitis, vertigo tenebricoſa, oris ventriculi morſus, & ſaliua. Prognoſis huius affectus ſequens eſt: in bilioſis febribus bilis, in pituitoſis pituita criticè per vomitum erumpens, morbi ſolutionem affert, vel maximam ſalutis ſpem pollicetur: vomitus niger cum fœtore inſignem humorum corruptelam ſignificat, qui mortem vtplurimum minatur.

Curatio à ſequentibus dependet: ſi vomitus ab aliarum partium morbis oriatur, illis tempeſtiuè occurrendum erit: ſi fiat ab humoribus bilioſis, pituitoſis aut melancholicis ventriculum ſtimulantibus, illi vomitoriis medicamẽtis educendi ſunt: vide *exercitat. noſtram de paralyſi* §. 4. Si vomitoria non arrideant, rhabarbarum præſertim in vomitu bilioſo aliquoties vſurpetur, quia purgando adſtringit & ventriculum corroborat, *e. g. pro viro* 30. *annorum.* ℞. *Rhabarbar. opt. pulu.* ʒj. *ſyr. roſ. ſol. ſimpl.* ℥j. *aq. acetoſ.* ℥ij. *fiat potio mane cum regimine diætæ ſumenda. Vel* ℞. *Rhabarb. opt.* ʒiij. *ſem. aniſi* ʒj. *aq. acet. cichor. ã.* ℥iij. *infund. per noctem, mane bulliant par. in col.* ℥iij.

ſolue

ſolue ſyr. fl. perſicor. ℥ß. *fiat potio eodem modo capeſſenda.* Poſt conuenientem purgationem vomitus cohibendus erit, quod ſeqq. præſtant. ℞. *Conſeru. roſ. rubr.* ʒj.ß. *radic. ſymph. cond. cort. citr. cond. ā.* ℥ß. *ſyr. granator. cydonior. ā. q. ſ. F. mixtura, de qua pro lubitu magnitudinem nuciſtæ ager aſſumat.* Spiritus vitrioli cum aqua plantaginis ad moderatam aciditatem exhibitus vomitum potenter cohibet: Salis abſinthij ſcrupulus vnus cum ſyrupo cydoniorum mixtus remedium eſt præſtantiſſimum: exterius applicetur ſtomacho emplaſtrum de cruſta panis, vel ſeq. oleis regio ventriculi calidè illinatur. ℞. *Ol. maſtich cydonior. ā.* ℥iij. *nuciſtæ expr* ʒj.ß. *miſce*: tandem in vomitu contumaciſſimo ad narcotica tranſeundũ eſt.

CAPVT VIII.

De Vomitu Sanguinis.

SAnguinis è ventriculo per os excluſio, quæ vomitus ſanguinis vulgò nominatur, hoc cum omnibus aliis hæmorragiis commune habet, vt per anaſtomoſin, rixin, diabroſin aut diapideſin contingat, quos vaſorum affectus in hæmoptiſeos theoria pathologicè expoſuimus, hinc etiam cauſæ ſanguinis vomitum efficientes cum hæmoptiſeos cauſis coincidunt, vnde cauſa coniuncta eſt ſanguinis quantitas vel qualitas excedens: ſanguis quantitate abundans vaſa rumpere aut orificia illorum aperire poteſt, ſicque rixin aut anoſtomoſin efficit, quod in phlethoricis corporibus contingit: idem qualitate peccans, ſi nimirùm calidior tenuiórque

 ſit,

ſit, per anoſtomoſin effluit, quia calor orificia dilatat,& tenuitas efficit, vt facilius effluere poſſit: eædem qualitates diapedeſin pariunt, calor enim rarefacit tunicas vaſorum, & tenuitas ſanguinis in cauſa eſt,vt per poros tunicarum transfluere queat: denique ſanguinis acrimonia vaſorum tunicas erodit, ac diabroſin producit: Cauſæ antecedentes eædem ſunt, quas coniunctas appellauimus, & loco tantùm differunt, quando enim ſanguis quantitate vel qualitate peccans vaſa immediatè aperit, cauſa coniuncta nominatur, idem in vaſis contentus cauſæ antecedentis rationem habet, ad cauſas etiam antecedentes referuntur partes mandantes, quarum præcipuæ ſunt caput, hepar,lien & vterus: ſanguis fertur à capite ad ventriculum per palatum & œſophagum, ſæpe etiam catarrhus ferinus ex pituita acri ſalsáque genitus ventriculi vaſa aperit: ſanguis deriuatur ab hepate & liene per vaſa, quæ ad ventriculum feruntur, & cum illis partibus communicant: denique ab vtero in ſuppreſſione menſium ſanguis refluens ventriculi venas aperit, ita vt mulieres repertæ fuerint, quæ per vomitum ſanguinis periodicum purgationes menſtruas patiebantur. Cauſæ externæ ſunt omnia, quæ vulnerare aut contundere poſſunt, item æſtus vehementior ob ebullitionem,quæ in ſanguine fit, vnde iuuenes ſanguinis vomitui aliiſque hæmorrhagiæ ſpeciebus maximè obnoxij ſunt: frigus etiam immodicum conſtringendo venam rumpere poteſt: idem efficiunt motus intempeſtiui & exercitationes inſuetæ, quæ ſanguinem in vaſis vehementer conturbant: denique omnes cauſæ, quæ hæmopti-
ſin

ſin producunt, huc referendæ ſunt, ſanguis enim in venis & arteriis à quacunque cauſa ſiue interna ſiue externa vehementer commotus ad eam partem facilius irrumpit, quæ debilior & illius receptioni magis diſpoſita eſt, hinc ſi ventriculus aut vaſa quæ ad ipſum feruntur, talem diſpoſitionem habent, vomitus ſanguinis potius quàm alia hæmorrhagiæ ſpecies excitatur.

Diagnoſis huius affectus in eo potiſſimùm verſatur, vt pars, à qua ſanguis profluit, nobis innoteſcat: ſi ex ventriculo ſanguis effundatur, in eo doloris aut grauitatis ſenſus ferè continuus percipitur, & ſanguis aliquando cum cibis nonnunquam cum bile vel pituita erumpit: ſi à capite ſanguis profluat, circa fauces & palatum titillatio percipitur, aliqua ſanguinis portiuncula muco permixta per nares emungitur, & capitis dolor aut grauitas ingens præcedit, quæ poſt talem hæmorrhagiam ſedatur: ex liene & jecore ſanguis copioſior effunditur, ac plerũque rumor aut dolor in illa parte apparet: ex liene craſſus ac niger ex jecore rubicundus & ſpumoſus profluit: denique ſi vomitus ſanguinis fiat à ſuppreſſione menſium, illa ab ægrotantis relatione innoteſcit. Quod prognoſin ſpectat, vomitus ſanguinis, à quacunque cauſa producatur, non eſt expers periculi, vel enim ex nimia ſanguinis affuſione mors ſubitanea imminet, vel ſi in ventriculo ſanguis corrumpatur, lypothomias & ſuffocationes parit: minus tamen periculoſus eſt vomitus ſanguinis ex ſuppreſſione menſium oriundus, quàm ſi ex hepate vel liene procedat, ille enim prouocatis menſtruis tollitur,

vti *Hippocrat. ſect. 5. aphor. 3*[illegible]. innuit: Qui ex vomitu ſanguinis in hydropem aſcitem prolabuntur, ex eadem pereunt, quia hæc aſcitis ex ſumma caloris natiui diſſipatione oritur.

Ad huius affectus curationem opus eſt remediis ſanguinem à ventriculo reuellentibus & apertionẽ vaſorum conſtringentibus ac glutinantibus, quibus jungenda erunt, quæ partem primariò affectam reſpiciunt, à qua ſanguis in ventriculum tranſmittitur: victus ratio in hoc morbo maximum momentum habet, alimenta ordinaria debent eſſe adſtringentia & refrigerantia, vt hordeata, oryzata, amygdalata, &c. abſtineat æger ab omnibus cibis acrioribus, ſalſis & plurimùm calidis: ægri parca manu nutriendi ſunt, ne natura luxuriantem ſanguinem generet: potus ſit decoctum C. C. vſti, cum quo emulſio amydalina paretur: Aër ſit frigidiuſculus extra ventorum flatus, Solis & Lunæ radios: Somnus ſit modicus: Aluus ſit libera & vehementiora animi pathemata euitentur: Diæta in hunc modum inſtitutâ ad chirurgica & pharmaceutica remedia progrediẽdum eſt: venæſectio inſtituatur in brachio dextro, ſi à jecore, vel in ſiniſtro, ſi à liene malum oriatur, vena malleoli aperiatur, quando menſium ſuppreſſio anceceſſit: dein ℞. *Aq. plantagin.* ℥ij. *caph. gr.* ij. *miſce, pro vna doſi: vel* ℞. *Specier. diarrh. abbat.* ʒj, *corall. rubr. præpar.* ℈ij. *lapid. hæmatit. præpar. boli armen. præpar.* ã. ℈j. *ſacch. opt. aq. plantagin. ſol.* ℥iij, *fiant ſ.a. rotulæ pro lubitu vſurpandæ: vel* ℞. *Syrup. plantagin. ex ſucco parat* ℥ij. *ſyr papau. errat. cydonior.* ã. ℥j. *aq. plantagin.* ℥ß. *Miſce, de quo æger ſæpe cochlear plenum aſſumat: vel* ℞. *Conſeru. roſ. rubr.* ℥j. ß,

rad.

rad.ſymph.cond.card. cydonior. cond. cort.citr.cond.ā. ℥ß.*ſyr. plantag.& de roſis ſicc ā.q.ſ. fiat mixtura, de qua æger pro lubitu magnitudinem nuciſtæ capiat:* vbi magno impetu ſanguis excernitur, nec prædictis remediis ſedatur, ad narcotica veniendum eſt: ad integram morbi ſolutionem per aliquot dies purgatio blanda & frequens inſtituenda eſt, quâ ſanguis à feroſis & bilioſis humoribus tum affectum producentibus liberatur, cuius formulam ſuprà *lib. 7.cap.6.* indicauimus. Quod ſi vomitus ſanguinis ex vehementiore peritonæi & meſenterij concuſſione metuendus ſit, ad illarum partium robur thermæ nitroſæ, bituminoſæ & ſulphureæ ex artis præſcripto conſuluntur, quod in *centur. prima obſeru. noſtr.* defendemus, vbi genuinam funeſtorum ſymptomatum deſcriptionem proponemus, quæ ex horrendo caſu Senator Spectatæ Integritatis *Dn. Adelbertus Vveittnaverus* ὁ Μαγιςίτης, per annorum aliquot decurſum paſſus erat.

CAPVT IX.

De Cholera.

CHolera eſt violentiſſima humorum bilioſorum, acrium aut corruptorum per vomitum & aluum excretio: cholera dicitur ἀπὸ τῆς χολῆς à bile, vti *Galenus lib.2. M. M. cap.2.* docet, cum ex bile vel humore prauo illam æmulante ac ſupra & infra erumpente hoc malum oriatur. *Alexander Trallianus lib.7. cap.* 14. choleræ nomenclationem deducit ἀπὸ τῶν χολάδων *ab inteſtinis*, nã Veteres Græci

inteſtina χολάδας, ἐγκοιλία & ἔγκατα vocant, vti *Laurentius lib.6. hiſtor.anatom.cap.12.* monet: Partem affectam alij ventriculum alij inteſtina ſtatuunt: *Autoris noſtri* ſententia eſt, primariò affectum eſſe ventriculum, cuius facultas expultrix vehementer irritatur, vt per vtrumque orificium humor noxius expellatur, ſecundariò autem inteſtina affici.

Cauſa proxima huius affectus eſt humor bilioſus, exuſtus, acidus, ſalſus vel putreſcens in ventriculo, inteſtinis, hepate, liene, meſenterio aut pancreate collectus: *Hippoc. lib.7. de morb. vulg. text.90.* cauſas ferè omnes, à quibus praui iſti humores generantur, ſeq. verbis enumerauit: τὰ χολερικὰ ἐκ κρεηφαγίης, μάλιστα δὲ χοιρείου ἐνωμοτέρων· καὶ ἀπὸ ἐρεβίνθων καὶ μέθης εὐώδεος παλαιοῦ, καὶ ἡλιώσιος καὶ σηπίης καὶ καράβων τε καὶ ἀστακῶν, καὶ λαχανοφαγίης, μάλιστα δὲ πράσων καὶ κρομμύων. ἔτι δὲ θριδάκων ἑφθῶν καὶ κράμβης καὶ λαπάθων ἐνωμοτέρων, καὶ ἀπὸ πεμμάτων καὶ μελιτωμάτων καὶ ὀπώρης καὶ σικύου πέπονος, καὶ οἰνογάλακτος καὶ ὀρόβων καὶ ἀλφίτων νέων. *Cholera morbus ex carnis eſu contrahitur. præcipuè verò ſuillæ crudioris, ex cicere, vinique odorati veteris ebrietate, inſolatu, ex ſepiæ vſu, locuſtarum, & gammarorum, olerum maximéque porri & ceparũ, quinetiam & ex lactucis coctis, braſſica, lapatho crudiore & ex bellariis, dulciariis, pomis, cucumere, pepone, & potione, quæ ex vino & lacte miſtis conficitur (*οἰνόγαλα *vocatur) eruo, polenta recenti.* Animaduerſione dignum eſt, vnde tanta humorum copia detinetur quæ per vomitum & aluum in cholera rejicitur: vulgò reſpondetur, illos humores in meſenterio & locis vicinis contineri, ac nonnunquam è toto corpore confluere: cui reſponſioni

Autor

Autor noſter ſubnectit, humores corruptos in ventriculo aut partibus proximis contentos malignâ qualitate alios etiam inficere, quemadmodum venenata medicamenta *vt antimonium, colocynthis, elaterium, &c.* bonos humores corrumpendo hypercartharſin efficiunt.

Signa diagnoſtica ſunt humoris bilioſi acidi vel aliis modis corrupti per vomitum & ſeceſſum frequens ac copioſa excretio, ventriculi & inteſtinorum morſus, inflatio, dolores, ſitis cum æſtu & anxietate, nauſea vehemens, pulſus paruus, inæqualis, extremorum frigiditas, aliaque grauiſſ. ſymptomata: primarium affectum ventriculi vitio oriundũ conjicimus, ſi reliquæ partes benè conſtitutæ ſint, præterea adeſt nauſea perpetua, anguſtia, morſus & dolor ventriculi. Prognoſis huius affectus periculo nõ vacat, cum ille ſubitaneã mortem plerumque inferat: ſi vomitum mitigari incipiat & faciei color cadaueroſus in meliorẽ reſtituatur, ſalutis ſpes affulget.

In principio morbi vomitus ſtatim ſiſtendus non eſt, donec maior prauorum humorum portio exiuerit, dein mox corpus ſeq. potiuncula repetitis vicibus euacuetur: ℞. *Rhabarb. elect. pulu.* ʒj. *ſyr. de abſinth* ℥j. *aq. cichor.* ℥ij. *ſumatur cum regimine diæta*: poſtea vomitus cohibendus eſt medicamentis internis & externis, quæ *ſupra cap.7.* contra vomitum bilioſum propoſuimus. Narcotica principem locum obtinent, ac præcipuè *theriaca recens ad* ʒj. exhibita vehementes illas euacuationes velut in momento cohibet, idem præſtat laudanum opiatum, ſic enim impetus humorum cohibetur, vt natura illos concoquere ac edomari valeat: quia in hoc affectu à maxi

maximis euacuationibus vires citò concidunt, earum inſtaurationi, diligenter incumbendum eſt iis auxiliis, quæ *ſuprà lib.8. cap.1.&* 2. propoſuimus.

CAPVT X.

De dolore Ventriculi.

DOlor ventriculi eſt triſtis eiuſdem partis ſenſus à rebus mordentibus, diſtendentibus & continuitatem illius ſoluentibus excitatus: in ventriculo autem tres partes plurimùm inter ſe diſcrepantes conſiderandæ ſunt, orificium nempe ſuperius ac inferius & reliquum corpus totam cauitatem conſtituens. Orificium ventriculi ſuperius exquiſito ſenſu præditum eſt propter neruos ſtomachicos, qui illud textura admirabili, iuxta *Riolanum lib.2. anthropogr. cap.* 20. cingunt & amplexantur, hinc dolores in eo acutiſſimi fiunt, qui vicinum cor in conſenſum trahunt, vnde cardialgia & cordiogmus oritur,tantus enim eſt cordis cum orificio ventriculi ſuperiore conſenſus, vt veteres illud orificium *καρδίαν* nominauerint.

Proxima doloris cauſa eſt ſolutio continui à rebus mordentibus vel diſtendentibus excitata, frequentiores ſunt humores & flatus, quibus adduntur lumbrici tunicas ventriculi vellicantes: humores acres vel maligni, vt bilis porracea, æruginoſa, atra, pituita ſalſa, dolores illius excitare poſſunt: flatus in ventriculi cauitate tenſionem dolorificam efficiunt, ſed multò magis intra tunicas illius coërciti;qui affectum contumaciorem producunt, cum diffici

difficilius inde expelli valeant : morbi etiam tum ipſius ventriculi tum partium vicinarum hunc dolorem parere conſueuerunt, vt intemperies calida, frigida, inflammatio, ſcyrrhus, vlcera & vulnera: humores & flatus ventriculi dolorem excitantes vel in ipſo ventriculo generantur, vel à toto corpore aut quibuſdam illius partibus in eum deriuantur: à toto corpore promanant in febribus, vel dum corpus prauis humoribus refertum eſt : ab aliis partibus fluunt præcipuè ab hepate, liene & cerebro, ab hepate bilis, à liene humor melancholicus à capite pituita ſalſa ortum trahit. A cauſis infrequentioribus etiam talis dolor excitari poteſt, qualem calculi producunt apud *Schenckium lib.3. obſeruat. medicin. de ventric. p.m.324. edit. Lugdun.* Sic matrona honeſta, cum vltra annos duos de dolore ventriculi conquereretur,& nullis remediis mitigari poſſet, tandem ex conſilio Medici emeticum aſſumpſit, vnde fruſtum corij laridi fumo exſiccati, quod ante duos annos deglutierat, maxima adſtantium cum admiratione euomuit, & breui planè conualuit : vtinam ſemper cauſæ morborum tam facilè debellari poſſent ! optat *Fabricius Hildanus centur.4. obſeru. chirurgic.33.* Cauſæ externæ ſunt alimenta praua quantitate vel qualitate infecta, item medicamenta fortiora aut acriora tandemque venena.

Signa diagnoſtica ad partem affectam & cauſam diriguntur, veram cardialgiam oſtendit dolor acerbiſſimus ab exquiſito partis ſenſu oriundus, anxietas, jactatio & lipothymia, nonnunquam propter neruorum propagines cerebrum in conſenſum

ſenſum trahitur, vnde vertigines, hemicraniæ & epilepſiæ producuntur: in aliis ventriculi partibus dolores acerbi fiunt, ſed tam grauibus ſymptomatibus non comitantur. Cauſæ iſtos dolores efficientes propriis ſignis diſtinguntur, quorum magis perſpicua ab excretis deſumuntur, ſi enim bilis, pituita, flatus vel lumbrici per os aut aluum excernantur, facilè conjicitur, ab huiuſmodi cauſis affectum dependere; attamen etiamſi nulla materiæ morbificæ excretio fiat, ſignis peculiaribus bilis, pituitæ, flatuum & lumbricorum præſentiam internoſcere poſſumus, quemadmodum etiam morbi peculiares tum ventriculi ipſius tum vicinarum partium dolorem producentes ex propriis ſignis innoteſcunt. Quod prognoſin ſpectat: certum eſt, cardialgiam reliquis vētriculi doloribus eſſe periculoſiorem propter exquiſitum oris ventriculi ſenſum & maximum cum partibus principibus conſenſum, vide *Riolanum lib. 2. encheirid. anatom. cap. 23.* Maior vel minor cauſæ morbificæ prauitas & ſymptomatum vehementia maius vel minus periculum portendit.

Curatio huius affectus pro cauſarum varietate mutanda eſt: ſi enim ab aliarum partium affectibus oriatur, illorum therapia inſtituatur, ſi autem in ipſo ventriculo cauſa ſtabuletur, dolor vel à flatu vel ab humoribus acribus & bilioſis, vel ab inflammatione, abſceſſu aut vlcere procedit: qui à flatibus generatur, remediis illos diſcutientibus tollitur, hinc ſeq. clyſter. injiciatur, *e. g. pro viro 30. annor.* ℞. *Radic. alth.* ℥j. *lil. alb* ℥ß. *fol. origan. calaminth. puleg. rutæ, centaur. min. ā.* Mj. *ſem. aniſi* ʒiij. *coq. in aq. font.*

font.q.ſ.in col. ℥x. *ſol.mell.anthos.* ℥iij. *benedict.laxat.* ℥j.ß. *ol.chamam.aneth.ā.* ℥ß. *fiat clyſter*: porrò ſeqq. ſacculi alternis vicibus ſtomacho calidè applicentur. ♃. *Radic.alth.cyper.ā.* ℥vj. *calam.aromat.galang. ā.* ℥iij. *fol.betonic.meliſſa, menth.ā.* Miij. *ſummit. abſinth.* Mj. *flor.ſamb.chamam.melil.ā.* Pij. *ſem.aniſi fœnic.ā* ℥ij. *ex inciſis fiant ſacculi duo, qui in vino alb. veter.coquantur & expreſſi ventriculo alternatim admoueantur.* Æger purgetur ſeq. pilulis: ♃. *Extract. catholic.cochiar. ā.* ℈ß. *ol.ſtillat.aniſi gt.* j. *fiant pilulæ* vij. *deaur. & mane cum regimine diata ſumantur.* Vbi ex doloris vehementia periculum imminet ad narcotica confugiendum eſt, quibus prudenter exhibitis felix effectus ſæpe ſuccedit, tandem remedia corroborantia vſurpentur, qualia *pracedent.c.* 5. propoſuimus. Si dolor à bile excitatur, aliquoties æger cum rhabarbaro expurgetur, quando autem ab inflammatione, abſceſſu vel vlcere contingit remedia *in ſequenti capite* proponenda vſurpentur.

CAPVT XI.

De inflammatione, abſceſſu & vlcere ventriculi.

LIcet in ventriculo quemadmodum in aliis partibus omnia tumorum genera contingere poſſint, tamen nos methodum *Autoris noſtri* ſequentes hîc tantùm de inflammatione agemus, quæ frequentior eſt, cum reliqui tumores rariſſimè eueniant. Eſt igitur inflammatio ventriculi tumor præter naturam à ſanguine in ventriculi ſubſtantiam eiuſ

eiuſque membranas effuſo : ille autem ſanguis vel purus eſt & phlegmonem producit, vel cum bile, pituita aut melancholia permixtus, & phlegmonem eryſipelatoſam, œdematoſam aut ſcyrrhoſam efficit.

Signa huius affectus diagnoſtica ſunt ingens dolor, ardens, pungens, diſtendens, pulſans & in dorſum vſque protenſus, tumor adeſt tactu interdumque viſu conſpicuus, reſpiratio & deglutitio difficulter fit, cruentum nonnunquam aliquid euomitur, & febris connexa ſæuiſſimis ſymptomatibus vrget. Si inflammatio à ſolo ſanguine oriatur, mitior eſt, ſi eryſipelatoſa contingat, ſymptomata grauiſſima ſunt, & ſpeciatim febris lipyria accedit cum ſiti inextinguibili, hæc etiam febris inflammationi inteſtinorum eryſipelatoſæ aduenire ſolet. Inflammatio ventriculi affectus eſt periculoſus & vtplurimum lethalis: ſi inflammatio in abſceſſum degenerat, ille tumore perſeuerante ex doloris & febris remiſſione cognoſcitur : rupto abſceſſu vlcus relinquitur, quod puris per vomitum & aluum excretione innoteſcit. *Riolanus* nunquam ſine laude nominandus ſæpe obſeruauit, ſuperius orificium ſtomachi ex congeſtione humorum intumeſcere, & abſceſſum immedicabilem pati, qui per biennium ægris ad mortem vſque miſerabiliter contabeſcentibus ingreſſum cibi & potus intercepit: idem *Riolanus* vidit etiam abſceſſus prægrandes in parte inferiori ventriculi vſque ad pylorum inſtar cartilaginis induratum ac pugno æqualem, qui per duos menſes continuò vomitu vſque ad mortem ægros fatigarunt, vti *lib.2.anthr.cap.*20. atteſtatur.

Vlcus

Vlcus ventriculi non ſolùm ex abſceſſu diſrupto ſed etiam ab aliis cauſis internis & externis producitur : internæ ſunt humores acres in ventriculo geniti vel aliunde tranſmiſſi, vt bilis flaua, atra & pituita ſalſa:externæ cauſæ ſunt medicamenta acria, erodentia aut venena : cognoſcitur vlcus in ventriculo genitum ex pure, quod vomitu aut per aluum rejicitur. Prognoſis funeſta inſtituenda eſt, niſi vlcus ſit perexiguum, ac febrem coniunctam non habeat, membrana enim ventriculi exulcerata vtpote pars ſpermatica difficulter coaleſcit:porro medicamenta parum præſtant, quia ab eſculentis & potulentis aſſumptis impediuntur.

Curatio prædictorum affectuum ſigillatim inſtituenda eſt : primùm inflammationis curatio inchoatur à venæſectione repetita in vtroq; brachio, quantùm vires ferre poſſunt, virium imbecillitas cum fiat ab oppreſſione, quæ vacuationem poſtulat, phlebotomiam non prohibet : præterea apertio hæmorrhoidum, ſi æger illi aſſuetus ſit, ſanguinem à ventriculo vtiliter reuellit : purgantia in hoc affectu improbantur, quia humores conturbant & in partem affectam attrahunt. Interim clyſteres refrigerantes, emollientes & lenientes erunt injiciendi, quorum formula ſeq. eſt. ℞. *Radic. alt.* ℥ij. *herb.* 4. *emoll. ā.* Mj. *ſem. lini* ℥ß. *coq. in aq. font. in col.* ℥x. *ſol. elect. lenit.* ℥j. ß. *ol. roſar. violar. ā.* ℥ß. *vitel. ouor. n.* ij. *F. clyſter*, alterantia & roborantia per os aſſumenda *in curatione doloris ventriculi ab humore bilioſo* propouimus: peculiariter confert ſyrupus de nymphæa & portulaca præſertim in principio, quia repellentis medicamenti vicem implet : vel ℞. *Amyg. dulc. rec. exc.* ℥iij.

*exc.*ʒiij.*ſem.melon.cucum.excort.ā.*ʒij.*papau.alb.*℈ij. *aq.nymph.portulac.ā.*℥iij. *ſacch.roſ.tab.*℥ß.*F.emulſio pro duabus doſibus.* Vel ordinetur ſeq.julepus: ℞. *Aq.roſar.*℥iiij. *plantagin.*℥ij. *ſyr. granator.papau.errat. ā.* ℥j ß. *F. julepus pro duabus doſibus.* Si dolor vehementer vrget, ſyrupus de papauere exhibeatur: pro potu vtatur æger decocto hordei, cui ſyrupus violaceus admiſceri poteſt: in progreſſu morbi illa vſurpentur, quæ reſolutionem adjuvent: ℞. *Farin. rad alth* ℥j.ß. *ſem lini* ℥ß. *coq.in lacte capr.ad form. cataplaſmat quod inter duo lintea ſtomacho tepidè applicetur:* Si tumor ad ſuppurationem tendat, abſceſſu rupto æger decoctum hordei cum ſyrupo violaceo mixtum & iuſcula hordeata diligenter vſurpet, nec non lactis caprini cum ſacch. roſat. mixti ℥iiij. ſingulis matutinis diebus per tres ſeptimanas bibat, dein ſeq.potione vulneraria vtatur: ℞. *Radic. enulæ pimpinel ā.*ʒiij.*folior. ſcabioſ agrimon.betonic. veronic.ā* Mj.*flor.roſar.rubr.*Pij.*inciſa dentur ad ſacculum ex ſind. alb. cui duæ menſuræ vini albi veteris affundantur, de quibus æger ieiunus mane* ℥vj. *aſſumat:* In declinatione morbi ad ventriculum ab illuvie expurgandum ſeq. potiuncula conuenit: ℞. *Tamarindor* ℥ß. *aq. font.*℥x. *coq.lento igne, vt remaneant* ℥vj. *in colat infund rhabarb.opt.*ʒij. *mane expreſſio colata detur ad vſum:* denique ad vlceris occluſionem ſeq.rotulæ vſurpentur: ℞ *Specier. diatrag.frig. diarrh.abbat.diatrionſant.ā.*℈ij. *corall.rubr. præpar.lapid.hæmatit.præpar.boli armen. ā.*℈j. *ſacch. opt.aq.roſar.ſol.*℥iiij. *F.ſ.a.rotulæ.*

LIBER

LIBER X.

De affectibus Inteſtinorum.

PRÆFATIO.

SVMMA *totius nutritionis perfectio ex mente* Autoris noſtri *in tribus hiſce operationibus conſiſtit, optimè ſcil. ingerere, digerere & egerere: prima, quæ appetitum, & ſecuncunda, quæ concoctionem reſpicit, ad ventriculum pertinet: tertia ſpectat inteſtina, quorum egeſtio ſecundùm naturæ leges peracta maximum toti corpori commodum afferre ſolet, è contra ſi deficiat vt in adſtrictione alvi, vel exuperet, vt in variis alui fluxibus contingit, grauiſſimi morbi emergunt: prætereà ſuperfluorum retentio in inteſtinis dolores calidos, iliacos & hæmorrhoidales inferre ſolet, denique putredines in iiſdem genitæ non ſolùm alvi fluxus, ſed etiam lumbricos generant: vt autem hæc omnia ſigillatim exponantur, liber iſte decimus vndecim capita comprehendet: Primum de dolore colico: ſecundum de ileo: tertium de aſtrictione alui: quartum de lienteria & affectione cœliaca: quintum de diarrhœa: ſextum de dyſenteria: ſeptimum de teneſmo: octauum de fluxu hepatico: nonum de lumbricis: decimum de*

fluxu hæmorrhoidali: vndecimum de hæmorrhoidum dolore tractabit.

CAPVT I.

De dolore Colico.

COlicus dolor nomen deſumit, à parte affecta ſc. inteſtino colo, cuius ſtructuram eleganter proponit Celeberrimus *Riolanus lib. 2. anthropogr. c. 14. edit. Pariſienſ. A. S. M. DC. XLIX.* meritò à iunioribus Medicis conſulendus, vt feliciori tramite in exactam acerbiſſimi huius affectus cognitionem peruenire poſſint, vbi ſimul *Riolanus* Magno *Varolio* repertionem valvulæ inteſtini coli maſculè vindicat.

Cauſæ doloris coli ſunt flatus & humores: flatus ex cruditatibus aut frigida ventriculi vel inteſtinorum intemperie geniti ſi commodè non excludantur, propter induratas fæces aut alias cauſas inteſtina obſtruentes magnâ copiâ in inteſtinis craſſioribus colo præſertim cumulantur, & ibi dolorem intenſum efficiunt: humores craſſi, frigidi & pituitoſi tunicis inteſtinorum impacti colicam producunt tum mordendo, ſi acrimoniâ quâdam aut ſalſedine prædici ſint, tum refrigerando partem, quæ conſtrictionem & divulſionem inde patitur, hinc *Galenus lib. 2. de loc. affect. cap. 5.* de ſe ipſo teſtatur, ſe in dolore colico acerbiſſimo pituitam vitream actu frigidam excreuiſſe, tum denique flatus emittendo, qui facilè ex humore craſſo, viſcido ac lento à calore debili eleuantur: humores bilioſi acres

acres & melancholici acidi pungendo ac vellicando inteſtina, huiuſmodi dolores efficiunt: in harum autem cauſarum actione dubitare licet, quomodo colicus iſte dolor ſuas exacerbationes & remiſſiones habeat eâdem materiâ in inteſtinis remanente? quæ quamdiu præſens eſt, diſtenſionem aut morſum inferre deberet: ad quod dubium reſpondet *Autor noſter*, materias illas interdum quietas permanere, & nullum tunc temporis aut exiguum dolorem efficere, ſed interdum excitari per fermentationes varias, quæ in humoribus contingunt, vti epilepſia, hyſtericæ paſſiones & febrium acceſſiones ad oculum demonſtrant: porrò aduertendum eſt diligenter flatus iſtos aut humores non tantùm in cauitate inteſtinorum reſidere, hinc enim facilè ab euacuantibus medicamentis excluderentur, ſed plerúmque ipſis inteſtinorum tunicis infixos eſſe, vnde difficulter auelluntur, morbúmque longiorem ac contumaciorem efficiunt: dantur & aliæ colici doloris cauſæ ſed minus frequentes, nimirùm calculi in inteſtinis geniti aut lumbrici glomerati inteſtina obſtruentes apud *Fabricium Hildanum centur.* 1. *obſeru* 57. vel contorſio eorundem à flatibus excitata, quæ via eſt ad iliacam paſſionem, interdum materia, quæ colicam excitat, peſtilens eſt, ſicut *Paulus Ægineta lib.* 3. *c.* 48. refert.

Diagnoſis huius affectus in genere facilis eſt, dolor enim acerbiſſimus vrget vagabundus, ita vt nunc hepatis, nunc lienis, nunc ventriculi, nunc renum regionem occupet, qui nunc ſupra nunc infra vmbilicum apparet, decocto in conſenſum ventriculo

vomitus ſæpè excitatur, quo interdum pituitoſa, interdum biliosa, porracea & eruginoſa reiiciuntur: poſt cibum dolor intenditur, quia repletus ventriculus inteſtina comprimit: alvus vtplurimùm aſtricta eſt, vt nihil per eandem ægri ne flatum quidem emittere poſſint, ſi verò aliquid excernatur,id majori ex parte flatus ſunt: ſi dolor fiat à pituita, non adeo vehemens eſt, niſi flatus habeat adjunctos, qui erumpere nequeant, ægri à calidis juuantur, à frigidis læduntur, præceſſit victus ratio generandæ pituitæ idonea, interdum non tamen perpetuò vrina crudior & albidior eſt, quod juniores Medicos fallere ſolet, nonnunquam enim in colica pituitoſa & flatulenta etiam vrina flaua ac rubicunda apparere conſueuit propter vehementem dolorem, qui humores in venis contentos accendit: ſi à flatibus colica oriatur, dolor tendens & ventris inflatio adeſt, ægri flatuum multitudinem & ventris rugitum percipiunt, à quorum exclusione alleuantur, diæta flatus generans præiuit, vt aquæ frigidæ potio intempeſtiua, vſus frequens leguminum, raparum, caſtanearum, olerum, fructuum, &c. ſi flatus in cauitatibus inteſtinorum contineantur, dolor vagus eſt, neque in vno loco conſiſtit, & per interualla renouatur, ſi verò intra eorum tunicas coërceatur, dolor fixus & continuus eſt, quia flatus exitum non inueniunt: ſi colicus dolor ab humore acri & bilioſo oriatur, ille acerbiſſimus eſt, vellicans ac pungens cum æſtu & ſiti, plerúmque febris vrget, ac vrinæ bilioſæ conſpiciuntur, victus ratio bilem producens anteceſſit, & materiæ bilioſæ excretione malum imminuitur:

Dolor

Dolor reliquarum partium in infimo ventre contentarum à colico dolore propriis ſignis facilè diſtinguitur excepto dolore nephritico, cuius ſigna cum doloris colici ſignis tantam affinitatem habent, vt Medici peritiſſimi in eorum diſtinctione ſæpius aberrent, quod *Galenus a.l. de ſemetipſo* confitetur, ſequentibus tamen hi duo affectus ſatis dilucidè inuicem diſcernuntur, ſi accuratè examinentur: primò dolor nephriticus in rene fixus eſt, & ab eo ad teſtem juxta longitudinem vreteris exporrigitur: colicus vagus eſt, & cinguli inſtar medium ventrem affligit: ſecundò in colico dolore ab excretionibus per alvum & vomitum majus leuamen quàm in nephritico emergit: tertio in dolore nephritico vrina ab initio clara tenuis apparet, ac poſtea arenulæ vel lapilli excernuntur: at in dolore colico vrinæ in principio craſſiores exiſtunt. Quod prognoſin ſpectat, colicus dolor ſi leuior ac remiſſior fuerit, periculo vacat, ſi dolores ſint acerbiſſimi, in vno loco firmiter fixi, nunquam intermittentes, nihil per alvum excernatur, vigiliæ vrgeant, ac demum ſingultus, vomitus, delirium & ſudores frigidi ſequantur, lethalis affectus eſt: colicus dolor contumax à materia acri & biliofa oriundus in affectus grauiſſimos, arthritidem, epilepſiam & frequentiùs paralyſin ſæpè degenerat: colicus dolor peſtilens vtplurimùm lethalis eſt.

Curatio huius affectus pro varietate cauſarum varianda erit: flatulenta & pituitoſa colica eandem medelam poſcit, mox injiciatur clyſter *in præced. lib. cap.* 10. ordinatus, qui aliquoties reïterandus eſt, donec dolor euacuerit, poſteà ſacculi *ibidem* deſcri-

pti calidè ventri admoueantur, vel ſeq.linimentum ordinetur: ℞.*Ol.chamam.aneth.ā.ʒiij.ſtillat.abſinth.* ℈j.*carui* ℈ß.*vnguent. reſumpt.q.ſ. linimentum, quo venter calidè illinatur* : dein corpus ſeq. potiuncula aliquoties expurgetur,*e g pro viro XXX.annor.* ℞. *Magiſt.jalap gr.x ſpiritus aniſiʒj.jul.roſ.q.ſ.ad grat. ſoluatur cras mane ad igrē & ſumatur ſtatim cū regimine diæta* : colica billioſa curatur clyſteribus emollientibus & acrimoniam humorum attemperātibus: *e.g.pro viro eiuſdem ætatis.* ℞. *Rad.alth* ℥j.ß.*herb.*4. *emoll ā.Mj.flor.ſamb.Pj ſem.lini* ℥ß.*coq.in aq.font. q.ſ.in col.*℥x.*ſolu.mell.viol.*℥iij.*elect.diacath* ℥j.ß.*F. clyſter aliquoties repetēdus,vſq; dolor remiſerit.*Dein ſeq.infuſum ordinentur: ℞.*Rhabarb.optim* ʒiu.*ſem. aniſi* ʒj *aq.cich.q.ſ.infund.per noct.mane bull.par.in col.*℥iij.*ſolu. ſyr.roſ ſol.ſimpl.*℥j. *F.potio purgans,quæ reiteretur,donec tota bilioſorū humorum ſaburra educta fuerit.* Æger à vino abſtineat, & ſeq.decoctum bibat: ℞.*Rad.acetoſ frag.liquir.raſ.ā* ʒij.*tamarind. rec.*℥j ß.*ſem.aniſi* ʒij *coq.in aq.font q.ſ.pro menſuris duabus:*denique ſi vehementiſſima doloris acerbitas affligat,ad narcotica confugiendum eſt.

CAPVT II.

De Iliaco affectu.

ILiaca paſſio nomen accipit ab ileo, omnium inteſtinorum ſimul junctorum longitudinem duplo ſuperante, vti *Riolanus* ante *nonneminem* obſeruauit, quia hoc inteſtinum in hoc affectu vtplurimùm laborat, quamvis & alia tenuia imò interdum

dum craſſa inteſtina eodem morbo corripiantur: aliis volvulus ſiue conuolvulus nominatur, quoniam in eo inteſtina conuolvi videntur: Barbari *miſerere mei* vocant, quia miſerabile eſt malum commiſeratione diuina ſummopere indigens: iliacus affectus eſt motus ilei aliorúmque inteſtinorum prępoſterus, in quo alvus conſtringitur, & quæ per inferiora ejici deberent, ad ventriculum feruntur ac per vomitum expelluntur.

Motus iſte inuerſus oritur à facultate inteſtinorum expultrice vehementer irritata, quæ dum humores excrementitios per inferiora expurgare non poteſt, illos ad ſuperiora propellit, qui interdum adeo violentus eſt, vt etiam aliquando fæces imo clyſteres per vomitum rejiciantur: iſta autem expultricis inteſtinorum irritatio à pluribus cauſis dependet, quarum præcipuæ ad obſtructionem referuntur, quæcúmque igitur inteſtina vehementer obſtruunt, vt nihil per inferiora deſcendat, hunc affectum producunt, poſteaquam enim facultas expultrix diu enixa eſt fæces per loca ordinaria excernere, fine ſuo fruſtrata & excluſionis neceſſitati ſatisfacere attentans aliam viam ingreditur, & motu præpoſtero excrementa per vomitum rejicit: cauſæ obſtruentes ſunt fæces induratæ ac retentæ, flatus craſſi magnâ copiâ in inteſtinis collecti, eaque vehementer diſtendentes, inflammatio alijque tumores magni, nec non inteſtinorum contortio, quæ in hernia & colico dolore ſæpè contingit, cui ileos ſuccedit.

Signa iliaci affectus alia communia ſunt dolori colico alia propria: communia ſunt dolor in re-

gione abdominis, diſtenſio ventris, alvus adſtricta, cibi faſtidium, nauſea, vomitus, inquietudo, ſpirandi & mingendi quædam difficultas: propria ſunt dolor ſæuiſſimus, inflatio vehemens, tumor in hypogaſtrio eminens & durus, omnimoda alui ſuppreſſio, vt nihil per inferiora deſcendat: malo progrediente accedit vomitus bilioſæ, pituitoſæ, chyloſæ & tandem ſtercoraceæ materiæ: morituris ſudor frigidus copioſus, cordis tremor & animi deliquia ſuperueniunt: ſigna cauſarum ſunt ſequentia: ſi ileos ab inflammatione fiat, quod communiter accidit, morbus eſt acutiſſimus, febris intenſa, dolor vehementiſſimus, vomitus bilioſi citò apparent, quos fæcum rejectio & reliqua indicia exitialia breui conſequuntur: ſi ileos à fæcibus induratis oriatur, alui adſtrictio à pluribus diebus præceſſit, in principio dolor abeſt, qui poſtea ſuperuenit, & febris intenſa non viget: quod prognoſin ſpectat, ileos omnis periculoſiſſimus eſt affectus: ſi ſymptomata remittant, & medicamenta vel alimenta aſſumpta per inferiora deſcendant, ſalus expectatur.

Curatio huius morbi juxta cauſas varia eſt: ſi ab inflammatione aut fæcibus induratis malum oriatur, clyſteres injiciantur, quos *in præced. cap.* annotauimus, aluo clyſmatibus emollita mox purgationes. *ibidem* deſcriptæ cum ſacculis & linimento ordinentur, quæ omnia provt neceſſitas efflagitabit, repeti poſſunt: potus ſit decoctum *ibidem* indicatum: æger diætam tenuiſſimam obſeruet, quippe multa alimenta aſſumpta ægro nullum ſolatium afferunt, cum per vomitum rejiciantur: quando

do iliaca paſſio à prolapſu inteſtinorum in ſcrotum producitur, illa prudenti manu chirurgi in ſuum locum reponenda erunt.

CAPVT III.

De adſtrictione Alui.

PEr adſtrictionem alui *Autor noſter* non intelligit omnimodam alui ſuppreſſionem, vt nihil per inferiora deiiciatur, qualis in ileo contingit, ſed indigitat pigram & tardam alui deiectionem, quâ fæces rarò nec pro aſſumptorum ratione excernuntur, hinc illæ neceſſariò indurantur, quia diutius retentæ vi caloris continuò exſiccantur: adſtrictio alui eſt ſymptoma facultatis expultricis imminutæ vel retentricis auctæ: Cauſa fit multorum morborum, ideo excreta & retenta in numero ſex rerum non naturalium recenſentur, quæ debitam naturæ legem non ſeruantes infinitos morbos producunt.

Cauſæ huius ſymptomatis plurimæ ſunt: fæcum durities & ſiccitas non ſolùm eſt effectus adſtrictionis alui ſed etiam cauſa efficiens, quia fæces induratæ difficilius excernuntur & facultatem expultricem non irritant: duræ autem fiunt & ſiccæ præſertim ab hepatis calore excedente, qui omnem humiditatem in inteſtinis contentam potenter attrahit, & fæces ſicciores relinquit, quibus cauſis accenſentur inteſtinorum calida & ſicca intemperies, tumores, obſtructiones, ani paralyſis, &c.

Signa diagnoſtica ex cauſarum diagnoſi dependent:

dent:calidæ hepatis intemperies ſigna inferius *l.* 11. *cap.* 1. proponentur: tumores & alij inteſtinorum morbi ex propriis indiciis depromuntur. Quod prognoſin ſpectat:alui conſtrictio magis vel minus periculoſa eſt pro varietate cauſarum,quæ illam excitant:ſi ab inteſtinorum inflammatione fiat,grauiſſimum & lethale malum eſt:alui obſtructio à fæcibus induratis ſæpè colicos dolores diuturnos parit.

Curatio huius affectus à cauſarum ſublatione dependet,quæ ex propriis capitibus deſumitur, ſed cū illa vtplurimùm longius duret,præſertim quando alui adſtrictio à calida hepatis aut inteſtinorum intemperie oriatur, & interim grauiſſima incommoda pariat,aluum remediis conuenientibus ſtimulare neceſſe eſt,*e.g. pro viro* 30.*annorum*: ℞. *Radic. alth lil. alb.ā* ℥*i.herb.*4.*emoll.ā. Mi.flor.melil.P*ı *ſem.lini* ℥ß. *coq.in col.*℥*x.ſolue mell.anthos* ℥*iii.elect.lenitiu.*℥*i.ß. F.clyſter iniiciendus,quoties opus fuerit*:dein adnitendum eſt aliis remediis aluum ſollicitare,quandoquidem frequētiori clyſmatum vſu natura ſegnior euadat,& tandem aſſueſcat, nunquam aluum deponere niſi clyſteribus ſollicitetur : aliquoties in ſeptimana *cremor.tartar.*ʒ*i.*hora ante prandium in iuſculo carneo ſumatur:elegantes formulas paſſularum & prunorum dulcium nec non pilularum *Conuentibus Benedictinis* familiarium curioſus lector *in exercit. noſtr.de apoplex.*§.13. reperiet:denique ſemicupium frequens *ex herbarum* 4.*emollientium* decocto paratum ad partes inferioris ventris humectandas aluumque emolliendam vtiliſſimum erit.

CAPVT

CAPVT IV.

De Lienteria & Cœliaca paſſione.

LIēteria eſt ſpecies alui fluxus,in quo cibus,prout aſſumitur,per aluū celeriter excernitur:in cœliaca autem paſſione alimenta imperfectè cocta per aluum redduntur , vnde patet affectus iſtos tantùm per magis & minus differre, hinc lienteria ad actionem abolitam, cœliaca paſſio ad imminutam refertur, ex quibus etiam colligitur in hiſce affectibus, licet inter morbos inteſtinorum referantur, ventriculum valde affici,vnde *Galenus lib. 6. de loc.affect. c. 2.* lienteriam & cœliacam paſſionem ventriculi ac inteſtinorum morbum eſſe agnoſcere videtur.

Cauſæ horum affectuum ab *Autore noſtro* tres proponuntur,frigida ventriculi & inteſtinorum intemperies, earundem partium irritatio & ſumma facultatis retentricis ex graui morbo debilitas: frigida intemperies crudorum, pituitoſorum & glutinoſorum humorum copiam generat, quæ ventriculi rugas oblinit, vt alimenta retineri nequeant, ſimile quidpiam in vtero contingit, cuius tunica interior ſi glutinoſis humoribus obducatur, ſemen ſtatim rurſus effluit, vnde ſterilitas multis mulieribus accidit : irritatio ventriculi & inteſtinorum ab acribus humoribus fit, qui partes vellicando ad excretionem præmaturam ſtimulant, ſicuti humores bilioſi in vrina contenti ſtranguriam efficiunt : ſumma facultatis retentricis imbecillitas in grauibus & lethalibus morbis ſæpè lienteriam producit,

ſic

ſic dyſenteria ſæpè,dum natura ſuccumbit, in lienteriam degenerat: ita in febribus malignis ſæpius iuſcula per aluum incocta ſtatim reiiciuntur: hiſce cauſis adhuc accenſentur obſtructiones venarum lactearum, quò chyli tranſitum impediunt, vnde illum per aluum fluere neceſſe eſt.

Signa horum ſymptomatum præcipua ex antedictis patent: ſi alimenta cruda celeriter per inferiora deſcendant, lienteriam ſignificant, econtra ſi aliquantulum immutata effluant, cœliacam affectionem oſtendunt: ſigna cauſarum inde colliguntur: ſi lienteria aut cœliaca paſſio fiat à frigida intemperie & pituitoſis humoribus, pituitoſa excrementa cum ructibus acidis deiiciuntur, ac ſitis & dolor abeſt, quando materia à capite fluit, maior eſt fluxus poſt ſomnum, & aliæ cauſæ caput alterantes catarrhíque ſigna apparent: ſi ab irritatione proueniat,morſus interdum in ventriculo & calor in hypocondriis percipitur, ſitis aliquando vrget & deiectiones bilioſæ conſpiciuntur. Quod prognoſin attinet: lienteria & cœliaca paſſio diu perſeuerans periculoſa eſt, quia toti corpori nutrimentum ſurripit, vnde atrophia vel hydrops conſequitur: ſi grauiſſimis morbis ſuccedat, lethalis eſt.

Curatio pro varietate cauſarum varianda eſt: quando malum ab humoribus pituitoſis producitur, illi blandè educendi ſunt, ordinetur infuſum purgans ſuprà *lib.9.cap.* 1. contra inappetentiam à cauſa frigida oriundam propoſitum, cui vinum medicamentoſum tempore vindemiali parandum, mixtura,& reliqua *ibidem* ſubſequentia remedia accedant:

cedant, præſtat etiam *theriaca* aut *mithridati* ℨi. inprimis ſi malignitas adfuerit, ægro exhibere: ſi malum ab humoribus bilioſis oriatur, illa conueniunt, quæ *in ſeq. cap.* contra diarrhœam bilioſam proponemus: ſi lienteria à nimia retentricis facultatis imbecillitate proueniat, ſeqq. ſacculi in vino rubro coquendi calidè ventri inferiori applicentur: ℞. *Radic. tormentill. biſtort. ā* ℥i. *cortic. arantior. ſicc.* ℥ß. *fol. menth. plantagin. roſar. rubr. abſinth. ā. M ii. nuciſta, caryophyll. cinnam. ā* ℨiii. *incidantur & contundantur pro ſacculis duobus*: conducit etiam mixtura & linimentum, quod *ſupra lib. 9. cap. 7.* contra vomitum à bile exortum propoſuimus: quando propter venas lacteas obſtructas chyloſæ deiectiones promanant, materiam medicam *infrà in hepatis affectuum curationibus* proponemus.

CAPVT V.

De Diarrhœa.

Diarrhœa eſt illa alui fluxus ſpecies, in qua humores excrementitij ſine ſanguine, chylo & exulceratione inteſtinorum excernuntur, vnde diarrhæa ab aliis alui fluxus ſpeciebus diſtinguitur, nam in lienteria & cœliaca paſſione alimentum incoctū aut ſemicoctum eiicitur, in dyſenteria & teneſmo ſanguis cum humoribus excrementitiis permiſcetur, quemadmodum in fluxu hepatico & hæmorrhoïdali ſanguinolenta excretio pura obſeruatur.

Diarrhœæ plurimæ ſunt differentiæ, quæ vt dilucidè

lucidè exponantur, ad tria capita referendæ ſunt, quorum primum reſpicit materiam, quæ excernitur, ſecundum continet locum, à quo illa materia profluit, tertium exhibet modum & cauſam efficientem, quæ alui fluxum producit: ratione materiæ excretæ alui fluxus iſte in bilioſum, pituitoſum, melancholicum & ſeroſum diuiditur: ratione loci, à quo humores profluunt, vel diarrhœa prouenit à toto corpore vel ab aliqua parte peculiari, vt cerebro, ventriculo, inteſtinis, hepate, liene, vtero aliiſque partibus: ita calculi in cyſtide fellea geniti hunc fluxum excitare poſſunt, hinc in Epiſcopo *Malleacenſi* qui diarrhœa bilioſiſſima per tres ſeptimanas perſeuerante ſublatus eſt, intra veſiculam felleam arefactam tres lapillos duriſſimos *Riolanus lib. 2. anthropogr. cap. 22.* obſeruauit: tertiò ratione modi & cauſæ efficientis diarrhœa alia eſt critica, alia ſymptomatica, alia à cauſa interna vt praua partium diſpoſitione vel externa vt à medicamento vel veneno aſſumpto oritur: iſtæ autem differentiæ vtplurimùm ſimplices non reperiuntur, ſed in vno eodemque alui fluxu ſæpè complicantur, ita vt non rarò bilis, pituita & ſeroſus humor ſimul excernantur: eſt adhuc alia diarrhœæ ſpecies, quæ *συντηκτικὴ* nominatur, hæc ex colliquatione humorum vniuerſali ortum trahit, & plerumque in viſcerum inflammationibus, febre ardente ac peſtilenti contingit.

Diagnoſis in genere manifeſta eſt, nam in hoc affectu excrementa liquidiora & frequentiora per aluum deiiciuntur, quàm inſtituto naturæ conueniat: ſigna differentiæ, quæ à materia petitur, conſpicua

ſpicua ſunt, nam ſenſibus ipſis patet, vtrum excrementa bilioſa, pituitoſa, melancholica vel ſeroſa excernantur: partes mandantes difficiliorem diagnoſin habent, quæ ita diſtinguntur: ſi à toto corpore humores profluant, febris continua, cachexia vel leucophlegmatia adeſt aut præceſſit, & nullius partis affectus particularis apparet, quando autem hæc diarrhœa critica eſt, inde morbi ſolutio aut maxima illius imminutio ſuccedit: interdum diarrhœa contingit ſine vllo morbo in corporibus nonnullis prauos humores cumulantibus, quæ robuſta illos, dum copiâ luxuriant & naturam grauãt, per interualla deponunt, vti *Gal lib. 7. M. M. c.* 11. docuit hinc *Celſ. lib. 4. c.* 19 ait: *vno die fluere, aluum ſæpè pro valetudine eſt atque etiam pluribus, dum febris abſit, & intra ſeptimum diem conquieſcat, purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat, vtiliter effunditur.* Si diarrhœa ſymptomatica ſit, vires deiiciendo & morbum augendo periculum minatur: ſi à cerebro oriatur diarrhœa illud aliquo affectu manifeſto laborat: ſi à ventriculi vitio procedat, ſigna aderũt, quæ vitiatã ventriculi concoctionẽ demonſtrant: ab inteſtinis alui fluxus promanat, præſertim ſi illa lumbricis referta ſint: ſi ab hepate malum oriatur, deiectiones bilioſæ erunt, & ſigna hepatis affecti apparebunt: ſi à liene proueniat diarrhœa, excretiones ſubnigræ & alia lienis laborantis indicia aderunt: ſi ab vtero fluxus alui procedat, ſuppreſſio menſium vel ſymptomata affecti vteri vrgebunt. Prognoſis diarrhœæ ſequens eſt: diarrhœa critica bona & ſymptomatica mala cenſetur: periculoſæ ſunt deiectiones liquidæ, quæ non ſentiuntur, nam

aut delirium aut caloris natiui extinctionem indicant: diarrhœa, quæ cum morbo acuto incipit & perſeuerat, mala eſt, magnam enim materiæ morbificæ copiam vel qualitatè malignam ſignificat. Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάρροια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον. *Si leucophlegmatia implicito valida diarrhœa ſuperuenerit, morbum ſoluit:* iuxta *Hippoc. ſect.7. aphor.19.* vetus eſt *aphoriſmus*, ſi talis alui fluxus in morbi principio & conſtantibus viribus accidat: Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι· *mulieri grauidæ ſi aluus profuſior ſit, abortionis periculum imminet,* iuxta *Hipp. ſect. 5. aphor. 34.* Rationem ſequentem *Heurnius in commentar.* annectit: *ob ſocietatem, quæ vtero eſt cum inteſtinis facilè horum affectio in vterum deriuatur:* alui deiectiones vitellinæ, virides, æruginoſæ, nigræ ſi perſeuerent, malæ ſunt.

Quod curationem ſpectat, cum diarrhœa ſymptomatica oriatur ex corruptis humoribus pituitoſis, melancholicis, ſeroſis & præcipuè bilioſis acrimoniâ ſuâ facultatem inteſtinorum expultricem irritantibus, illius medelam cum blanda purgatione adſtringente auſpicari oportet: *e g.* ℞. *Rhabarbar. opt. pulu. ℈i. ſyr. roſ ſol. ſimpl. ℥i. aq. cich. ℥iii. F. poto purgãs cum regimine diætæ ſumẽda:* vel ℞. *Rhabarbar. opt. ʒiii. ſem. aniſi ℈i. aq. endiu. cichor. ã, ℥iii. infund. per noct. mane bulliant par. in col. ℥iv. ſolu. ſyr. fl. perſicor. ℥ß. F. potio eodẽ modo ſumẽda:* corpore ſufficiẽter euacuato adſtringentia & roborantia vſurpãda erunt, quæ *in ſequen. cap.* proponemus: totus venter *ol. maſtich. & cydonior.* calidè illinatur: ne diarrhœa in dyſenteriam tranſeat, ſeqq. parentur, *e. g.* *pro*

*pro viro XXX.annor.℞ Lact.vacini ℥x.mell.roſ.℥ij. viol.anthos.ã.℥j.F. clyſma pro neceſſitate reiterãdum: ℞.Amygd dulc.rec.exc.℥viij aq.decoct.C.C.vſti mẽſur.j. ſacch roſ.tab.℥j ß.F.emulſio pro potu ordinario: ℞.Conſeru.roſ.rubr.℥j.ß.cort.citr.cõd carn.cydonoir. cõd.ã ℥ß.ſyr.gran.corall.ã.q.ſ.F.mixtura,de qua æger pro lubitu magnitudinẽ nuſticæ ſumat:*inſeruiũt etiam tabulæ diarrh.abbat.aut diatrionsãt.pro beneplacito vſurpandæ:ſi ex fluxu frequentiori & acriori periculũ eſt,ne vires deficiãt,*laudanum opiatũ* exhibeatur: in contumaci diarrhœa conducit vſus meſpilorũ,vti *Foreſtus lib.22.obſeru.1.* atteſtatur: *Quidam diuturno alvi fluxu laborabat,& omnem ſuam ſubſtãtiam fruſtra in Medicorũ ope conſumpſerat, conſilij cauſa,vt ab hoc malo liberari poſſet,me acceſſit,cui conſiliũ dedi,vt meſpila etiã immatura in maxima copia deuoraret,quibus comeſtis alvi profluuiũ paucis diebus ceſſauit,vti & cuidam euenit mercatori Zelãdo, ad Ioannẽ Spirinchium quondam Medicũ Louanienſ. celebriorem profecto, vt ab eo curaretur:qui cum multis menſibus laboraſſet profluuio, & tandem etiam dyſenteria, neque ab vllis Medicis curari poſſet,tandem meſpilis comeſtis ex eiuſdem Medici conſilio ſanitatem conſequutus eſt,& Medico trecentos aureos pro ſola meſpilorum præſcriptione numerauit, quibus ſolis in priſtinam ſanitatem fuerat reſtitutus.* Sed aduertendum eſt,vt ante meſpilorum vſum corpus ab omni cacochymia liberum fiat:ſi diarrhœa à catarrho oriatur, cerebro tanquam parti mandanti proſpiciendum eſt, vide *lib.1.c.4.* denique ſi malum ab hepatis aut lienis affectibus producatur, de illorum curatione ſuo loco agendum erit.

CAPVT VI.

De Dyſenteria.

DYſenteria eſt alui dejectio cruenta, torminoſa, frequens, ab vlcere inteſtinorum promanans, quod humores acres inteſtinis peculiariter aduerſi illáque corrodentes efficiunt: definitur per dejectionem cruentam ad differentiam aliorum alui fluxuum vt cœliacæ paſſionis, lienteriæ, diarrhœæ: deſcribitur per dejectionem torminoſam, ne fluxus hepaticus aut alia excretio cruenta ſine torminibus fiens includatur, quam conſueta ſanguinis euacuatio ſuppreſſa, caſus, ictus, amputatio membri: &c. ſæpè producit: porrò cauſa, quæ definitioni adiicitur ad perfectam huius affectus cognitionem nos deducit, illúmque ab aliis cruentis dejectionibus ex vlcere inteſtinorum non prodeuntibus diſcriminat: tandem cum id ſolùm vlcus dyſentericum nominetur, quod ab humorum acrium & malignorum eroſione fit, hinc illa pſeudodyſenteria excluditur, quam vlcera ab aſſumptis erodentibus *arſenico, euphor. colocynth. cantharid. &c.* producunt. Subjectum huius affectus primarium ſunt inteſtina nunc tenuia nunc craſſa nunc vtraque.

Proxima dyſenteriæ cauſa eſt inteſtinorum irritatio & facultatis expultricis ſtimulatio ab vlcere illorum procedens: mediatæ ipſius vlceris cauſæ ad internas & externas redigi poſſunt: internæ vel aduentitiæ ſunt, & aliunde iam diſpoſitæ ad inteſtina confluunt, vel ſunt eſſentiales in ipſis inteſtinis

ſtinis genitæ : internæ aduentitiæ ſunt humores ſubſtantia lenti & tenaces inteſtinis adhærentes, eáque acrimoniâ ſuâ & mordacitate erodentes cum hac qualitate, quâ peculiariter illis infeſti ſunt: quamvis enim lentor humorum cum acrimonia ad efficiciendum vlcus videatur ſufficiens, interim tamen,quia ſæpè alui fluxus obſeruantur, quos humores hiſce qualitatibus prædití ſine dyſenteria efficiunt, & ſæpe illa ab humoribus viſciditate carentibus contingit, hanc qualitatem, quâ peculiariter humor inteſtinis aduerſatur, adiicere neceſſum eſt:prætereà rem ita ſe habere dyſentericorum miaſmata comprobant, quæ ſiue ex fæcibus, ſiue corporibus eorundem exhalantia, ſeu per cibum & potum,ſeu per inſpirationem,aut quomodocunque communicata ſimilem fluxum ſuſcitare valent: in ſpecie autem hi humores ſunt bilis flaua, pituita ſalſa, bilis atra, acres, putridi & prædicto modo diſpoſiti, vel ſinceri vel commiſti, in ventriculo, hepate, liene geniti, & ad inteſtina tranſmiſſi: internæ eſſentiales cauſæ in ipſis inteſtinis genitæ ſunt ſanies vel pus acre & erodens,à rupto abſceſſu poſt inteſtinorum inflammationem ortum, aliíque humores ob excreticis pigritiam ibi detenti putreſcentes & dyſenteriam efficere volentes, inter dyſenteriæ cauſas externas omnia numerantur, quæ ad generationem vitioſorum talium humorum faciunt, vel genitis prauam illam diſpoſitionem inurunt, ex quibus primum ſibi locum vindicat aër, in cuius tamen qualitatibus primis cauſam dyſenteriæ ponendam eſſe non autumanus, nec enim aëre quoad qualitates primas ſimiliter conſtituto

iidem morbi ſemper graſſantur, propterea ad peculiarem & malignam aëris diſpoſitionem confugiendum erit, quæ in corporibus noſtris materiam inteſtinis peculiariter aduerſam producere poteſt: inter cauſas euidentes ſecundum locum occupant cibus & potus, qui talem naturam habent, vt facilè putreſcant, & in humores acres conuertantur: tales ſunt fructus fugaces præcipuè non ſatis maturi, qui præter quod facilè corrumpantur, ſua adſtrictione etiam alios humores excernendos in corpore retinent: ad fructus etiam referri debent vuæ & muſtũ, illis enim ex nebulis, areneis ac vermibus multa inſunt, quæ humores inficere poſſunt: ſomnus & quies, vigiliæ & exercitia ad hunc affectum producendum non parum ſubſidij afferunt: illa enim calorem obtũdendo functiones naturales infringunt, & omnis generis excrementa ſuperuacanea cumulant, hæc autem corpus nimio calore accendendo bilem inflammant & humores exagitant, ac ita huic affectuí materiam ſuppeditant, quod etiam deficiens excretio vel retentio eorum, quæ naturaliter excerni debent, efficere poteſt; tantem ad dyſenteriæ cauſas meritò contagium referendum eſt, cum hac graſſante vnum ab alio affici quotiana experientia demonſtret: Oraculum ſcientiarum *Thomas Bartholinus cent. 2. hiſtor. anat. rarior. 65. diarrhœam & dyſenteriam epidemicam* refert, *qua trium menſium ſpacio aliquot millia hominum in vrbe Hafnia A. S. M. DC. LII. occubuerunt.*

Differentiæ dyſenteriæ variæ ſunt: ratione cauſarum dyſenteria alia ſanguinea, alia bilioſa, alia pituitoſa, alia melancholica, &c. dicitur: ratione

ſubje

ſubjecti modo gracilia modo craſſa inteſtina laborant: ratione adjuncti alia febrem & inflammationem, alia nauſeam, vomitum, ſitim, alia ſingultum comitem habet, alia alio modo ægrum excruciat: ratione qualitatis alia mitis eſt ſine magno vitæ periculo, alia vehemens, contagioſa, peſtilens, epidemica: ſi excreta conſideremus, diuerſa illa diuerſis dyſenteriæ temporibus, vnde etiam diſtincti gradus dyſenteriæ oriuntur: ab initio enim cum ſanguine & humoribus acribus viſcoſa & mucoſa quædam materia excernitur, quæ nil aliud eſt quàm inteſtinorum mucus, cuius beneficio fæces facilius tranſeunt, & ſenſus illorum hebetior fit: aucto affectu ramenta inteſtinorum & illo magis ſæuiente ipſam inteſtinorum ſubſtantiam cum excrementis ejici *Fernelius lib. 6. de part. morb. & ſympt. c.* 10. ſcripſit, & *Hercules Saxonia lib.* 3 *c.* 23. refert, *quod Venetiis præter maximam puris copiam membranam vlnæ longitudinis in dyſenteriâ* excretam viderit.

Signa diagnoſtica ſunt frequens alui dejectio cum dolore ventris & torminibus præſertim in ipſo excretionis actu & paulo ante excretionem, quæ eiiciuntur, ferè toto genere à naturalibus excrementis alui variant: aliquando dyſenteriæ febris conjungitur, nam juxta *Fernel. a. l. non omnem dyſenteriam febris comitatur*: interdum ſtatim ab initio dyſenteriæ febris adeſt, vel eam etiam præcedit, vbi ſcil. in febre natura humores acres ad inteſtina propellens hunc affectum producit: nonnunquam dyſenteriæ febris ſuperuenit propter humorum putredinem ac partium inflammationem: plerúmque appetitus proſtratus, nauſea, vomitus & fre-

quenter teneſinus complicantur: quod ad ſigna cauſarum attinet, ab excrementis ea præcipuè ſumuntur, quibus etiam reliqua indicia adiungenda ſunt, quorum beneficio vniuerſus corporis ſtatus, & quis humor in eo dominetur, intelligi poteſt: in primis autem conſiderandum, num maligna ſit dyſenteria, quod ex ſymptomatum ſæuitiâ cognoſcitur: maximum porrò in curatione momentum affert, ſi medicus exploratum habeat, an tenuia vel craſſa inteſtina in dyſenteria afficiantur: vulgus exiſtimat, ſi dolor ſupra vmbilicum ſentiatur, tenuia inteſtina affici, ſi autem infra percipiatur, tunc craſſa inteſtina pati, ſed cum tenuia inteſtina & ſupra & infra vmbilicum jaceant, non ſaltem hoc conſiderandum, hinc vt ritè cognoſcatur, an inteſtina craſſa, vel tenuia afficiantur, ante omnia dolorem, locum doloris, tempus exitús excrementorum, mixtionem ſanguinis ac purulentæ materiæ cum excrementis alui perpendere oportet: ſi inteſtina tenuia afficiuntur, dolor acutiſſimus eſt, ita vt ægroti aciculis quaſi ventrem ſibi dilacerari conquerantur, nam hæc inteſtina, quia magis membranoſa, ſenſu exquiſitiore prædita ſunt, alvus non ſtatim à torminibus & dolore ſoluitur, & cruor atque pùs cum aliis excrementis permiſtum cernitur: quando inteſtina craſſa laborant, non ita vehemens ſentitur, nam inteſtina craſſa tenuibus ſuo modo ſunt magis carnoſa, vnde ſenſum minùs exquiſitum poſſident, vti hoc ex differentiis doloris in colica & ileo manifeſtè apparet, licet enim in colica dolor ſatis acerbus ſit, tamen in ileo longè acerbior pecipitur, quapropter etiam *miſerere*

mei

mei vocatur, excrementa dein ſtatim poſt ſenſum doloris eiiciuntur, quibus ſanguis & pus ſupernatant: hucúſque diſſertationem elegantem, quam Decus Eruditorum *D.Rudolphus Burckardus, Mathematum Profeſſor & Collegij Medici Aſſeſſor meritiſſimus* nuper in lucem dedidit, ferè κατὰ πόδα ſequuti ſumus, quoniam ille *Autoris noſtri* mentem nervosè & ſuccinctè expreſſit. Prognóſis huius affectus in hunc modum inſtituitur: periculoſior eſt dyſenteria, in qua inteſtina tenuia exulcerantur, nam huic grauiora ſymptomata, cibi faſtidium, ſingultus & vomitus enormis ſuccedunt: *Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται θανάσιμον. dyſenteria ſi ab atra bile initium duxerit, funeſta*, juxta *Hippocr. ſect.4.aphor.24.* dyſenteria à flaua bile proueniens medicabilis eſt, ſed quæ à pituita ſalſa oritur, crudelior & contumacior exiſtit, quia propter lentorem diutius inteſtinis adhærentem grauiùs affligit: *ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι κακόν. καὶ σὺν πυρετῷ κάκιον. ſi diurnæ dyſenteriæ acceſſio appetentiæ dejecta adiungatur, malum, eóque magis, ſi febris coniuncta ſit*: juxta *Hipp. ſect.6. aphor.3.* *ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ ὁκοῖαι ἂν σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον. ſi quando dyſenteria detinet, excernuntur eiuſmodi velut carunculæ, funeſtum*, juxta *Hippoc. ſect.4.aphor.26.* profundum enim vlcus indicatur, quod inteſtini particulas abradit; vigiliæ immodicæ, dejectiones nigræ, ſanguinis excretio copioſa, ſuperueniens lienteria & convulſiones mortem indicant: ſi dyſenteria ſit ſymptoma febris malignæ vel peſtilentis, aut illa aliquo morbo acuto accedat, lethum prænuntiat.

Principaliores dyſenteriæ indicationes in hoc

conſiſtunt : ante omnia viribus aut aliis,quæ fortuitò accidunt , non contra indicantibus , externis ac euidentibus cauſis amotis, acres & vitioſi humores euacuandi ſunt , eorum acrimonia temperanda , malignitas alexipharmacis expugnanda , dolores mitigandi , vlcus mundandum & conſolidandum eſt.

In dyſenteria venæſectionem admittimus, ſi ſanguis magnopere abundet, aut cum impetu ad inteſtina feratur , & magna ventris inflammatio pertimeſcenda ſit : conueniens diæta ſeqq. abſoluitur : aër ſit temperatus , & ad caliditatem potius quàm frigiditatem vergat , diligenter cauendum eſt , ne aër à tetro extrementorum fœtore inquinetur : ægrotus cibo & potu parcè vtatur,cibi ſint boni ſucci , qui ad morbi progreſſum ſimul adſtringendi ac ventriculum & inteſtina corroborandi vim habeant, omnis acrimoniæ, ſalſedinis & aciditatis expertes : inter alia præſtant oryza munda cocta,hinc *Lerius* apud *Autorem noſtrum* refert, multos dyſentericos in longinqua nauigatione propemodum fame enectos oryza in lacte coctà additis ouorum vitellis reſtitutos fuiſſe : cremor hordei egregiè detergit , lac caprinum cum ſaccharo roſaceo vtiliter exhibetur, ſi febris abſit : quando vinum concedere licet,æger ſubrubro vtatur,ſi autem propter conjunctam febrim vſus vini interdicendus erit , emulſionem amygdalinam *in præced.cap.* annotatam bibat : quies & ſomnus approbantur, quia fluxum ſedant, dolores demulcent,& vires reficiunt, è contra motus & nimiæ vigiliæ humores magis exagitant, viréſque dejiciunt, quaproptet ſi ſomnus longè

emane

maneat, arte concilietur: tandem æger ab animi affectibus vehementioribus, tanquam ab infenſo veneno ſibi caueat: ex fonte pharmaceutico plurima remedia hauriuntur, quibus affectũ hunc tollere oportet: ſtatim ab initio viribus conſentientibus acres humores blando medicamento euacuare oportet, primarium eſt rhabarbarum, quod ſeq. modo vſurpatur: *℞. Rhabarb. opt. ʒi. ſyr. violar. purpur. ℥i. aq. plantagin. ℥iii. F. potio mane cum regimine diætæ ſumenda: vel ℞. Rhabarb. opt. ʒiii. ſem. fœnic. ʒi aq. plantagin. acetoſ. ã. ℥iii. infund per noctem, mane in col. ℥iv. ſol. ſyrup. de alth. Fern. ℥i. F. potio eodem modo capienda:* quando craſſa inteſtina afficiuntur, tunc clyſmata maximè conducunt, quæ affectis tenuibus propter valuulam *Varolianam* non multum proſunt: formula clyſteris dolorem lenientis & detergentis ſequens eſt, *e. g. pro viro* 30. *annorũ: ℞. Lact. vacin. ℥x. mell. violar. ℥ii. roriſmar. ℥i. vitell. ouor. n. ii. F. clyſter pro neceſſitate aliquoties reiterandis:* formula clyſteris mundificantis, fluxum ſedantis & conſolidantis hæc erit: *℞. Radic. conſolid. mai. ℥i. tormentill. ℥ß. herb. plantagin. Mii. ſaniculæ, veronicæ ã. Mi. flor. roſar. rubr. Pi. coq. in lacte q. ſ. in col. ℥x. ſolue ol. roſar. ℥i. hypericon. ℥ß. F. clyſma pro neceſſitate reiterandum.* Sequentes pulueres in omni dyſenteria egregias operationes producunt, quos etiam in noſtra epidemica dyſenteria magno cum fructu ordinauimus: *℞. Sacch. roſat. tab ℥ii. gum. arab. ʒii. tragac. ʒi. C. C. philoſ. præpar ʒi. ß. corallor. rubr. præpar. ʒi. F. puluis, de quo æger in potu emulſion. amygdal. aut pulticula oryzæ cochlear plenum ſumat: ℞ Radic. tormentill. ʒii. boli armen. ſpec. diatrionſant. ã. ʒi. fiat puluis pro viii. doſibus*

in

in iuſculo hordeato ſumendus:vt diuerſis indicationibus ſatisfiat,ſeqq. remedia egregiè conueniunt : ℞. *Aq.plantagin.℥iii.ſaniculæ ℥ii.roſar. ℥i.ſyrup.cydon. plantag ã.℥i.ß.F.iulepus pro duabus doſibus*:℞. *Amygd.dulc.rec.exc.ʒiii.ſem.papau. alb. ʒi. aq. plantag. ℥iv.veronic.℥ii.ſacch.roſ.tab.℥ß.C.C. philoſ. præpar. ℈i.F.emulſio pro duabus doſibus*:℞.*Conſeru.roſar.rubr.℥ii.radic.ſymph mai.cond.℥i.carn. cydonior. cond. ℥ß.ſyr.granator.q.ſ.F.mixtura,de qua æger pro lubitu magnitudinem nuciſtæ ſumat*:℞.*Confect. de hyacintho ʒi.ſpecier.diarrh.abb. ʒi.ß. diatrionſant. ʒß.corallor. rubr.præpar. boli armen. præpar.ã.℈ii. ſacch. opt.aq. roſar.ſolut.℥i7.F.ſ.a. rotulæ, quibus æger ad beneplacitum vtatur* : externè venter ſeq. linimento calidè illinatur : ℞.*Vnguent. comitiſſ.℥i.ß.ol.cydonior.ʒiii. maſtich.℥i.F.linimentum.* Si dolor vehementiſſimus vrgeat,ad narcotica tranſeundum erit,quippe dolorẽ ſedant,fluxum cohibent, ſomnum conciliant,& ſic vires reficiunt,*e.g.pro viro* 30.*annorum* : ℞. *Syr. papau.ſimpl.ʒvi.aq.roſar.ʒiii M.& hora ſomni commoda aſſumatur*:nos cum laudano noſtro opiato, dum nuper dyſenteria *heic Baſileæ & in vicinia* graſſaretur, ægrotis magnum leuamen attulimus, cuius genuinam compoſitionem *Candidatis Aſclepiadeis*,in quorũ vſus *Riuerium Contractũ* edimus, cãdidè ſubnectemus. ℞.*Extract.opij ℥ß.croci ℈ß.margar. præparat.ſucc.alb.præparat. corallor. rubr.præparat.ã.℈i. lapid.bezoar.orient.gr.v.F.ſ.a.maſſa, doſis eſt granum vnum*:quod in omnibus affectibus tutiſſimè concedi poteſt, vbi illius mentionem faciemus.

CAPVT

CAPVT VII.
De Teneſmo.

TEneſmus eſt aſſidua per aluum deiiciendi cupiditas, quâ nihil præter mucoſum quoddam, ſubcruentum aut purulentum excernitur.

Cauſa proxima huius affectus eſt vlcus inteſtini recti, à quo materia purulenta continuò emanat, & facultatem expultricem irritat, vnde aſſidua deſidendi cupiditas emergit: cauſæ antecedentes teneſmi cum cauſis dyſenteriæ coincidunt.

Ad diagnoſin huius affectus nihil aliud requiritur, quam vt eum à dyſenteria diſtinguamus: in teneſmo aſſidua eſt egerendi cupiditas, in dyſenteria interuallum admittit, præterea in teneſmo poſt magnum conatum exiguus mucus ſanginolentus aut purulentus excernitur, in dyſenteria autem tum excrementa tum humores ſingulis deiectionibus redduntur. Quod prognoſin attinet, *Celſus lib. 4. cap.* 18. aſſerit, teneſmum *facilè tolli, neque vnquam per ſe hominem iugulare,* econtra illum *Galen. lib. 5. de vſu partium c.* 4. inter morbos infimi ventris *grauiſſimos* recenſet: reſpondet *Autor noſter*, teneſmus ratione durationis & moleſtæ grauis morbus dici meretur, periculoſus tamē nō eſt, niſi ab atra bile excitetur, tum enim ad cancri exulcerati naturam accedit: γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος ἐκτρῶσαι ποιέει: *ſi ingrauidatæ mulieri teneſmus ſuperuenerit, abortire eam facit,* iuxta *Hippoc. ſect.* 7. *aphor.* 27. quoniam vterus inteſtino recto affecto ſuperiacens in conſenſum trahitur: denique vlcera

recti

recti inteſtini, ſi diutiùs durent, in fiſtulam immedicabilem degenerant.

Teneſmi curatio à dyſenteriæ curatione parum differt: nam primum humores acres iiſdem potionibus ex rhabarbaro euacuandi ſunt, donec inhibita fluxio videatur: ſi adſit inflammatio (quæ febri potiſſimum dignoſcitur) aut phlethora, venæſectio inſtituatur: dein clyſteres nunc lenientes cum dolor vrget, nunc detergentes & adſtringentes pro varia vlceris conſtitutione ordinentur, quorum formulas *in præcedenti cap.* annotauimus: in clyſterum autem vſu obſeruandum eſt, vt ſæpè & in parua quantitate ſcil. *ad* ℔ß. iniiciantur, quia difficulter ob conatum aſſiduum retinentur, dein vt canalis in podicem blandè inſeratur, ne partem irritet & dolorem adaugeat: porrò *℞. Flor. verbaſc. M iii. roſar. rubr. chamæm. ā M i. inciſa dentur ad ſacculos duos in lacte vaccino coq. & alternatim tepidè ano applicandos: ℞. Thur. ℨii. maſtich. ſtyrac. cal. ſuccini ā ℨii. F puluis pro ſuffitu, qui in cathedra perforata excipiatur:* denique nos doſin laudani noſtri opiati aliquoties conceſſimus, vnde omnis teneſmus euanuit.

CAPVT VIII.

De Fluxu Hepatico.

Fluxus hepaticus eſt ille, in quo ſeroſi & ſanguinei humores loturæ carniū ſimiles excernuntur. Producitur hic affectus ab hepatis imbecillitate, propter quam bonum ſanguinem generare non poteſt

poteſt, ſed chylum in ſanguinem tenuem, & ſeroſum conuertit, qui cum alendis partibus idoneus non ſit, ad inteſtina expellitur, vnde fluxus hepaticus contingit: cauſa huius imbecillitatis vel atoniæ proxima eſt occultior quædam intemperies, quæ conſumptionem humidi primogeniti in hepate producit, vnde calor inſitus maximè diſſipatur: hanc occultam intemperiem producere poſſunt febres ardentes & ſyntecticæ, intemperies viſcerum calidior ac inſignis putredo: idem efficiunt cauſæ externæ, vinum meracum copioſè hauſtum, larga frigidæ potio, venena & medicamenta purgantia vehementiora aſſumpta: his addere licet omnes alias cauſas, quæ impenſè refrigerando vel calefaciendo hepatis robur ac tonum diſſoluunt: datur præterea fluxus hepaticus illegitimus, qui ex inſigni ſanguinis corruptione oritur, quando nempè illis bilis flaua vel atra in maxima quantitate permiſcetur: ſic colica bilioſa ſæpè hunc fluxum præcedit, vt nuper funeſtum exemplum præbuit *Cordatus Libertatis Patriæ Aſſertor*, DN. IEREMIAS GEMVSAEVS, *incluta Reipubl. Baſil. Scholarcha, Tredecem Vir & Senator Ampliſſimus*, de cuius toto morbi decurſu *in centur.* 1. *obſeru. noſtr.* pleniùs diſſeremus.

Signa diagnoſtica ex antecedentibus facilè colliguntur: in fluxu hepatico vero deiectiones liquidæ & loturæ carnium ſimiles apparent, quod in aliis fluxibus ſanguineis non contingit. Prognoſis huius affectus funeſta eſt, quoniam ille ex conſumptione calidi & humidi primogeniti oritur.

Curatio huius affectus perficitur remediis hepar corroborantibus, eius intemperiem corrigentibus

&

& fluxum cohibentibus : imprimis iulepi conueniunt:℞. *Aq.plantagin.cichor.acetoſ.ā.* ℥ii.*ſyr.cydonior.granator.papau.errat.* ā ℥i. *F. iulepus pro tribus doſibus*:ſimulq; mixtura,pulueres, emulſiones & rotulæ *in præced.c.*ordinatæ præſcribantur:porrò æger de ſeq.ſyrup. frequenter lambat : ℞. *Syr.de roſ.ſicc. corallor.cydonior ā.*℥*i.aq.plantagin.*℥ß.*M*. Pro potu emulſionem amygdal. *ibidem* deſcriptam vſurpet, eandemque diætam obſeruet:regio hepatis ſeq. linimento calidè illinatur:℞.*Vnguent.roſat.ſantal. ā.* ℥*iii.ol.roſar q.ſ.F. linimentum*:denique doſis laudani opiati noſtri,cum hic fluxus noctu ingraueſcat, tutò concedi poteſt.

CAPVT IX.

De Lumbricis.

QVamuis lumbrici in variis corporis partibus generentur, quia tamen hoc rarò contingit, & frequenter in inteſtinis magnus fit eorum prouentus, ideo *Autor noſter* tantùm de his *in hoc cap.* agere inſtituit : ante omnia dubitatur, ad quod genus affectuum præter naturam lumbrici referendi ſint? *Autor noſter* reſpondet,ſub diuerſo reſpectu ad omnia genera referri : quatenus enim lumbrici inteſtina vellicant, obſtruunt, alioſque morbos producunt, cauſæ morbificæ dici poſſunt : provt verò ſunt ſubſtantiæ illis ſupperadditæ, quæ naturaliter in inteſtinis continentur, inter morbos in numero aucto (quemadmodum & calculus) toto genere præter naturam recenſentur, denique quatenus per

os

os aut aluum præternaturaliter excernuntur, inter vitium excretorum numerantur. Tria lumbricorum genera *Galen.in commen.ſect.3.aphor.26.* proponit. ἀσκαρίδες εἰσὶ λεπταί τινες ἕλμινθες, ἐν τῷ κάτω μάλιστα τοῦ παχέος ἐντέρου μέρει γεννώμεναι, καὶ φαίνονται γε πλεῖσται σαφῶς ἐπὶ τῶν ἀπεπτούντων ὑποζυγίων γεννώμεναι, τὴν δ' ἀπεψίαν αὐτῶν ἡ δυσωδία τῶν διαχωρημάτων ἐνδείκνυται, τὸ δ' ἄλλο γένος τῶν ἑλμίνθων αἱ στρογγύλαι, γεννῶνται μὲν ἐν τοῖς ἄνω μᾶλλον ἐντέροις, ὥστε καὶ εἰς αὐτὴν ἐπιβαίνουσιν ἔστιν ὅτε τὴν γαστέρα, πολὺ δὲ πλείους αὗται τῶν ἀσκαρίδων ἐν τοῖς παισὶ γίγνονται. σπανιωτέρα δ' ἡ τῆς πλατείας ἕλμινθος γένεσις ἐστὶν ἥτις καὶ μακροτάτη γίγνεται παρεκτεινομένη πολλάκις ἅπασι τοῖς ἐντέροις· *aſcarides ſunt tenues quidam lumbrici, qui maximè in parte inferiore craſſi inteſtini gignuntur, & plurimi apparent in iumentis malè cibum coquentibus, quorum malam coctionē fœtor excrementorum indicat: aliud genus lumbricorū eſt rotundorum, qui magis in ſuperioribus inteſtinis generantur, adeo vt ad ipſum quoque ventriculum aſcendant: multò autem plures hi quàm aſcarides in pueris gignuntur: rarior eſt lumbrici lati generatio, qui & longiſſimus eſt, & ſæpè per tota inteſtina extenditur.*

De cauſa lumbricorum efficiente admodum controuertitur: alij calorem putridum, alij natiuum, alij vtrumque accuſant: primi omnia inſecta ex putredine oriri contendunt: ſecundi aſſerunt, calorem putridum viuentis generationem deſtruere: tertij vt diſcrepantes haſce ſententias concilient: dicunt à calore putrido materiam diſponi ad generationem vermiū, eamque ita præparatam à calore natiuo in lumbricos conuerti, quæ tamen conciliatio iuxta *Autorem noſtrum* cōſiſtere non poteſt, cum

cum idem agens & materiam diſponat & formam inducat: hinc *Autor noſter* aſſerit, calorem, qui reſpectu corporis humani putridus eſt, lumbricorum reſpectu natiuum fieri: *Idem* ſtatuit, nullo modo neceſſarium eſſe, vt alimenta vermibus generandis idonea priùs in pituitam conuertantur, ex iis enim immediatè, dum putreſcunt, vermes generari poſſunt, quemadmodum obſeruamus in carne, caſeo, caſtaneiis, pomis, pyris, cerafis, aliiſque fructibus vermes per putredinem produci, conſule *Sennert. lib.* 3. *part.* 1. *ſect.* 1. *cap* 5.

Si vermes per aluum excernantur, vel vomitu eiiciantur, aliis ſignis diagnoſticis non indigemus, ſed quia ſæpius diu in ventre deliteſcunt, ſignis vt cognoſcantur, opus erit: frequentiora ſunt oris fœtor, febris putrida, lenta, pulſus inæqualis, narium pruritus (quas propterea infantes digitis immiſſis ſæpè ſcalpunt) tuſſis ſicca, conuulſo, ventris dolor & morſus: pro coronide inter ſigna lumbricorum in corpore latentium cenſeri debet gingiuarum eroſio, quod *Autor noſter* ſeq. obſeruatione confirmat: puer quidam eroſione gingiuarum à longo tempore grauiter vexabatur: multa variaque remedia tam interna quàm externa ipſi adhibita fuerunt, fruſtra tamen omnia, tandem vitam cum more commutauit: aperto corpore tanta inuenta fuit abundantia vermium, vt aliquibus in locis inteſtina eroſerint, & multi in ventris capacitate inuenti fuerint.

Curatio lumbricorum ad eorum expulſionem dirigitur, hæc commodè perficitur medicamentis, quæ vermes enecant, expellunt & materiam putridam

tridam euacuant:inter purgantia præſtantiſſimũ eſt rhabarbarũ *e.g. pro iuuene 20. an.* ♃. *Rhab.opt.*ʒiij. *ſpica* ℈j.*aq.gram.portulac.cent.min.ã q.ſ. infund.per noct.mane bull.par.in col.*℥iij.*ſol. ſyr. fl.perſic.*℥ß. *F. potio purgans mane cum regimine diæta ſumenda, & pro neceſſitate reiteranda : vel* ♃. *Rhab[illegible]b. opt.*ʒij. *ſyr.de abſint.*℥j.*aq.cent.min.*℥ij.*F.potio matutina:vel* ♃.*Syrup fl.perſic.*℥ij.ß. *aq.gramin.*℥j. *F.potio matutina : vel* ♃. *Syr.roſ compoſ.*℥j.*elect.de ſuc.roſar.*ʒij. *aq.portulac.*℥j.ß. *F. potio matutina,* formulã *ſyr.roſ. compoſ.* propoſuimus in *exercit.apoplex.*§.11. Quia autem ſæpe non niſi magno cum labore & longo tempore verminoſi affectus in nonnullis expugnari poſſunt,Autores quamplurima remedia tam interna quam externa præſcribunt : nos quamdiu praxin Medicam exercemus, ſeq. puluerem *à* ℈j. *vſque ad* ʒj. fortunato cum ſucceſſu præſcribimus:♃.*Semin. contr.verm.*℥ß.*corall.folior.ſenn el.ct.ã.*ʒij. *rhabarb. elect.C.C. philoſ.præpar.ã.*ʒj.*diagrid.*℈ß.*fiat ſ.a.puluis officinalis:*Puerulis delicatulis nonnunquam *ſeq. pulu.* ordinamus : ♃. *C.C.philoſ. præp.corallin.ã* ℈j. *F.pulu. ſubtiliſſimus pro quatuor doſibus in iuſcu ſumendus :* miranda præſtat mercurius dulcis, cui aliquot grana diagrydij admiſcentur, vt citius è corpore tranſeat *e. g. pro iuuene 8. annor.* ♃. *Mercur. dulcis gr.*xij. *diagrid.gr.v. conſeru.roſ.rub.*℈j. *F.bolus mane cum regimine diæta ſumendus & pro neceſſitate repetendus* : ſi febris adeſt,æger decoctum C.C.vſti bibat,fortè non minoris eſt efficaciæ aqua fontana cum ſpiritu vitrioli aut ſulphuris ad gratiam acida reddita, nam iuxta *Autorem noſtrum* hi ſpiritus vim ſpecificam habent vermes enecandi : ſi lumbrici in-

craſſis inteſtinis hæreant, clyſmata illos necantia iniiciantur, *e.g pro viro 30.annorum*: ℞. *Radic.gentian* ℥j. *herb. centaur.min.carduiben.abſinth.abrotan.* ā. Mj. *flor.perſicor.* Pij. *coq.in aq.font.q.ſ.in col.*℥x.*ſolu. elect.hier.picr.Log.*℥j. *F.clyſter pro neceſſitate reiterandus*: egregiè etiam conducit matutino tempore aliquot guttulas *elixir.propriet.Parac.* in vino albo aſſumere: externè venter *ol.abſinth.& hypericonis* calidè illinatur, vel vnguentum noſtrum contra vermes vſurpetur, cuius compoſitio ſeq.eſt. ℞. *Ol. abſint.hypericon.ā* ℥j *rutac.amygd.amar.ā.*℥ß.*ſuccor. flor.perſicor.centaur.min.ā.*℥iij. *abrotan.ſicc.far.lupinor.aloes ſuccotr.fell.taur.ā.*ʒj. *ceræ q.ſ.F.ſ.a.vnguentum officinale.*

CAPVT X.

De Hæmorrhoidum fluxu immodico.

QVemadmodum moderatus hæmorrhoidum fluxus ſalutaris eſt, & à morbis grauiſſ. hominem præſeruat: ſic econtra immoderatus morbos pernicioſos vt totius corporis imbecillitatem, omnium viſcerum præſertim hepatis refrigerationem, cachexiam & hydropem inducit.

Iſte fluxus immodicus eaſdem cauſas habet, quæ alias hæmorrhagias excitant, nempe ſanguinem quantitate vel qualitate peccantem: dum ſanguis magnâ copiâ ad venas hæmorrhoidales defertur, eas impensè dilatat, & oſcula venarum aperit: ſi ſanguis qualitate peccat, acrimoniâ nimiâ facultatem expultricem ob bilis aut ſeri acrioris mixtionem irritat, quæ poſtea & vtilem & inutilem ſanguinem protrudit.

trudit. Cognoſcitur immodicus hæmorrhoidũ fluxus ex viribus proſtratis ac copia ſanguinis excreti tum etiam fœdo totius corporis colore ad citrinum vergente,vt ægri ictero laborare videantur:ſi à ſanguinis quantitate affectus prodeat, æger phlethoricus eſt : ſi à ſanguinis acrimonia fiat,cauſæ bilẽ aut ſerum acre generantes præceſſerunt,ſanguis magno impetu effunditur,& admodũ rubicũdus apparet,cũ aliàs,ſi ſanguis qualitate peccet,ſubniger eſſe ſoleat: ſigna prognoſtica ex prædictis ſufficiẽter colligũtur.

Curatio abſoluitur reuellentibus & adſtringentibus remediis : cum phlebotomia in omni ſanguinis profluuio reuellens ſit remedium, ideo etiam in fluxu hæmorrhoidũ immodico ſanguis è vena brachij detrahendus erit,quantũ ægri vires permittunt: purgationes blandæ humores bilioſos & ſeroſos ſanguinis impetum conciliantes ad inteſtina deriuant, *e.g.pro viro L.annorum : ℞. Tamarindor.℥ß. aq.cichor.acetoſ.ã.℥iij. coq.lento igne vt reman.℥iiij. in colat.infund.rhabarb.opt.ʒij.mane facta ebullit. leui col.ad ſyr.roſ.ſol.ſimp.℥j. F potio purgans mane cũ regimine diæta ſumenda,& pro neceſſitate reiteranda:* in principio fluxũ non ſtatim eſſe ſiſtendũ,eleganti hiſtoria *Reinerus Solenander ſect.*4. *conſil.medic.*20. oſtendit : *Memini (quod mouendum mihi hic eſt) me ante annos* 10. *Annam ex Ducibus Cliueſium prognatam Illuſtr. Comitem à Vvaldeck grauiſſimo hæmorrhoidum diuturnóque fluxu curantem magnâ diligentiâ ſummóque niſu, quia viderem, viribus labefactatis ſpiritibúſque diſſolutis ſummum diſcrimen imminere, profluuium obfirmaſſe : verùm cùm illa inde primò die recreata, ſequentibus mirificè grauari & circa*

præcordia tumere atq; inflari inciperet, reuocatus ſexto die, coactus venis recluſis profluuium rurſus moui, neque potui tutò & ſecurè ſtringere, priuſquam corpori leuibus vacuationibus hepatique neceſſario aliis alterantibus atque roborantibus perſpexiſſem : itaque dextrè hîc agendum, ne volentes, quod dicitur, vitare Charybdin in Scyllam incidamus, hoc eſt, proſpicientes minori malo peius aliud grauiuſque conciliemus : Aluus libera diligenter ſeruetur, ne in nimio conatu, qui ad fæces duras expellendas neceſſarius eſt, hæmorrhoides magis aperiantur & copioſiorem ſanguinem effundant, inprimis hîc conducunt paſſulæ vel pruna blandè purgantia, quorum compoſitiones *in exercit. de apoplex* §. 13. protulimus, poſtmodum ad ea remedia deueniendum eſt, quæ venas adſtringunt, qualia ſupra *lib. 7. c. 5. & lib. 9. c. 8.* propoſuimus : inter topica primas tenet vnguentum Comitiſſæ iuxta Celeberrimi *Zuelferi* notas egregiè correctum, quo locus hæmorrhoidum tepidè illinatur : prodeſt etiam ſeq. ſuffitus, ℞. *Thuris maſtic. ã.* ʒij. *flor. verbaſci roſar. rubr.* ã. ℈j. *troch. de carabe* ʒj. *F. puluis pro ſuffitu, qui in cathedra perforata excipiatur*, æger decoctum *C. C. vſti aut emulſionem amygdalinam* bibat & diætam tenuem obſeruet.

CAPVT XI.

De dolore Hæmorrhoidum.

VEnæ hæmorrhoidales (quas eleganter deſcripſit *Riolanus lib. 2. anthropogr c. 17.*) ſæpius tumore afficiuntur, qui grauiſſimum dolorem excitare ſolet : oritur iſte tumor ab eadem cauſa, quæ fluxum

fluxum hæmorrhoidum producit, ſanguis enim quantitate vel qualitate peccans ſi venarum extremitates aperire nequeat, in iiſdem congeritur, illáſque replendo tumorem cum inflammatione & dolore efficit: cauſa præcipua denegati effluxus eſt ſanguinis melancholici craſſities.

Tumor hæmorrhoidum ab aliis affectibus ani diſtinguendus eſt, quales ſunt rhagades, condylomata, thymi & fici: rhagades ſunt vlcera in fiſſuras diducta iis ferè ſimiles, quæ in manibus ac labiis à vehementi frigore excitantur, & nullam cum hæmorrhoidibus ſimilitudinem habent, condylomata ſunt tumores pelliculæ ani rugoſæ, ad quam ſi humores confluant, ruga intumeſcit, & condyloma producitur, ab hæmorrhoide diſtinguitur, quoniam hæc maior, nigra, rotunda eſt, cum illa ſit oblonga, concolor & venas non attingat: thymi ſunt tubercula carnoſa, qui in ano & pudendo virili ac muliebri oriuntur, florum thymi formam referunt, vnde nomen ſortiuntur, parui ſunt huiuſmodi tumores doloris expertes colore candido vel ſubrubro, econtra hæmorrhoides maiores nigriores & dolorificæ exiſtunt: fici ſunt tubercula carnoſa magnitudine thymos ſuperantia, liuida & doloroſa, ideo hæmorrhoidibus tumefactis ſimiliora, ſed ab iis diſtinguuntur, quod carnoſa omnino ſint, hæmorrhoides autem venarum extremitates dilatatas & ſanguine turgidas repræſentent: pro coronide *Autor noſter* monet, quod omnes iſti tumores ani (tumore hæmorrhoidum excepto) ſola manu chirurgica tollantur, vnde aliam medendi methodum non poſtulant. Quod prognoſin tumentium

præcordia tumere atq; inflari inciperet, reuocatus ſexto die, coactus venis recluſis profluuium rurſus moui, neque potui tutò & ſecurè ſtringere, priuſquam corpori leuibus vacuationibus hepatique neceſſario aliis alterantibus atque roborantibus perſpexiſſem : itaque dextrè hîc agendum, ne volentes, quod dicitur, vitare Charybdin in Scyllam incidamus, hoc eſt, proſpicientes minori malo peius aliud grauiuſque conciliemus : Aluus libera diligenter ſeruetur, ne in nimio conatu, qui ad fæces duras expellendas neceſſarius eſt, hæmorrhoides magis aperiantur & copioſiorem ſanguinem effundant, inprimis hîc conducunt paſſulæ vel pruna blandè purgantia, quorum compoſitiones *in exercit. de apoplex* §. 13. protulimus, poſtmodum ad ea remedia deueniendum eſt, quæ venas adſtringunt, qualia ſupra *lib. 7. c. 5. & lib. 9. c. 8.* propoſuimus : inter topica primas tenet vnguentum Comitiſſæ iuxta Celeberrimi *Zuelferi* notas egregiè correctum, quo locus hæmorrhoidum tepidè illinatur : prodeſt etiam ſeq. ſuffitus, ℞. *Thuris maſtic.* ā. ℥ij. *flor. verbaſci roſar. rubr.* ā. ℈j. *troch. de carabe* ʒj. *F. puluis pro ſuffitu, qui in cathedra perforata excipiatur*, æger decoctum *C. C. vſti aut emulſionem amygdalinam* bibat & diætam tenuem obſeruet.

CAPVT XI.

De dolore Hæmorrhoidum.

VEnæ hæmorrhoidales (quas eleganter deſcripſit *Riolanus lib. 2. anthropogr. c. 17.*) ſæpius tumore afficiuntur, qui grauiſſimum dolorem excitare ſolet : oritur iſte tumor ab eadem cauſa, quæ fluxum

fluxum hæmorrhoidum producit, ſanguis enim quantitate vel qualitate peccans ſi venarum extremitates aperire nequeat, in iiſdem congeritur, illáſque replendo tumorem cum inflammatione & dolore efficit: cauſa præcipua denegati effluxus eſt ſanguinis melancholici craſſities.

Tumor hæmorrhoidum ab aliis affectibus ani diſtinguendus eſt, quales ſunt rhagades, condylomata, thymi & fici: rhagades ſunt vlcera in fiſſuras diducta iis ferè ſimiles, quæ in manibus ac labiis à vehementi frigore excitantur, & nullam cum hæmorrhoidibus ſimilitudinem habent, condylomata ſunt tumores pelliculæ ani rugoſæ, ad quam ſi humores confluant, ruga intumeſcit, & condyloma producitur, ab hæmorrhoide diſtinguitur, quoniam hæc maior, nigra, rotunda eſt, cum illa ſit oblonga, concolor & venas non attingat: thymi ſunt tubercula carnoſa, qui in ano & pudendo virili ac muliebri oriuntur, florum thymi formam referunt, vnde nomen ſortiuntur, parui ſunt huiuſmodi tumores doloris expertes colore candido vel ſubrubro, econtra hæmorrhoides maiores nigriores & dolorificæ exiſtunt: fici ſunt tubercula carnoſa magnitudine thymos ſuperantia, liuida & doloroſa, ideo hæmorrhoidibus tumefactis ſimiliora, ſed ab iis diſtinguuntur, quod carnoſa omnino ſint, hæmorrhoides autem venarum extremitates dilatatas & ſanguine turgidas repræſentent: pro coronide *Autor noſter* monet, quod omnes iſti tumores ani (tumore hæmorrhoidum excepto) ſola manu chirurgica tollantur, vnde aliam medendi methodum non poſtulant. Quod prognoſin tumentium

hæmorrhoidum ſpectat, illæ vtplurimum periculoſæ non ſunt, aliquando tamen adeo magnam inflammationem ſuſcipiunt, vt dolorem vehementiſſimum pariant: ſi hæmorrhoides ſuppurentur aut exulcerentur, ſæpe fiſtulam ani inſanabilem efficiunt, nam pars affecta mollis & humida vlceris exſiccationem difficulter patitur.

Si dolor vehementer vrgeat & hæmorrhoides externæ intumeſcant, reuulſionis loco vena brachij aperiatur: purgantia vehementiora non conueniunt, quia humores ad partem affectam propellunt & tumorem irritant, attamen aluus continuò emollienda eſt, ne dura excrementa cum aliquo conatu emiſſa dolorem exaſperent, leniora remedia *in præcedenti capite* propoſuimus: ad humoris acrimoniam demulcendam emulſiones conducunt: ℞. *Amyg. dulc. rec. exc.* ʒiij. *ſem. cucum. melon. ā.* ʒij. *papau. alb.* ʒj. *aq. malu.* ℥iij. *parietar. nymph. ā.* ℥j. ß. *ſacch. roſ. tab.* ℥ß. *F. emulſio pro duabus doſibus*: interim topica varia parti admouenda ſunt ad dolorem leniendum, inflammationem auferendam & tumorem diſcutiendum, quorum præſtantiores aliquot formulas ſubnectemus: ℞. *Ol. nucleor. perſicor. ol. papau. ā.* ʒij. *miſce*: *vel* ℞. *Ol. amygd. dulc. ol. ouor. ā.* ʒij. *vnguent. popul. q. ſ. F. linimentum, cui in dolore acerbiori aliquot grana opij admiſceantur*: apud *Autorem noſtrum* maximè *Horſtius* commendat linimentum ex linaria herba & floribus cocta cum adipe porcino, cui expreſſo & parumper refrigerato vitellum oui permiſcet, quod cum lana aut goſſypio dolenti parti applicat, hoc linimentum dolores confeſtim ad miraculum ſiſtit, cuius compoſitionem

tione'n *Horſtio* communicauit *Ioan. Vvolfius* Celeberrimus Medicus *Haſſiacus*,qui hoc ſecretum eximium *Principi ſuo Haſſiæ Landgrauio* reuelare noluit, donec ipſi annuatim bouem ſaginatum promitteret: ſi maxima hæmorrhoidum inflammatio adſit, illæ *oleo roſaceo & violaceo* illinantur, vel ſeq. ſacculus ordinetur: ♃. *Herb.malu. parietar. portulac.*ā.Mj. *flor.ſambuci,verbaſci* ā.Pij.*ſem.lini* ℥iij.*inciſa den'ur ad ſacculum oblongum in lacte coquend. & tepidè hæmorrhoidibus applicandum*: ſi tumor nullis remediis diſſolui poſſit, hæmorrhoidas hirudinibus aperire conducit: pertinet hûc egregium ſummi *Riolani* conſilium: *Si ſanguinem craſſum & melancholicum ab hæmorrhoidalibus venis educere volueris, vt vena porta exoneretur, verſus coccygem & magis introrſum ad inteſtinum hirudines admouebis, ſi venam cauam duntaxat deplere cogites à lateribus podicis & verſus perinæum ac ſuperficietenus ſanguiſugas affiges.*

LIBER XI.

De affectibus Hepatis.

PRÆFATIO.

HEPAR quemadmodum alia viſcera, omnibus morborum generibus obnoxium eſt : quatenus enim ex partibus ſimilaribus componitur, varius intemperies patitur ; quatenus verò eſt pars organica, tumoribus ac obſtructionibus afficitur, ac denique ſolutione continui, vlceribus & vulneribus corripitur : porro quamuis hydrops vel totum abdomen in aſcite & tympanitide occupet, vel etiam vniuerſum corpus vt in anaſarca infeſtet, prima tamen illius radix vtplurimùm à vitio hepatis dependet : Autor noſter *ſaltem affectus præcipuos, qui frequentius in praxi medica occurrunt, exponere aggreditur, eoſque ſex capitibus comprehendit, quorum primum de calida hepatis intemperie, ſecundum de eiuſdem inflammatione, abſceſſu & vlcere, tertium de obſtructione hepatis, quartum de ictero, quintum de ſcyrrho, ſextum de hydrope tractat.*

CAPVT I.

De calida hepatis intemperie.

CAlida hepatis intemperies eſt ſimplex vel compoſita, quæ aut ſine materia aut cum materia coniungitur, vtplurimùm coniunctam materiam habet, quandoquidem calida hepatis intemperies bilioſos humores generare conſueuit.

Cauſæ huius intemperiei ſunt aër calidior, exercitationes immodicæ, vigiliæ, immoderatæ, ira frequens, aliáque animi pathemata grauiora, præſertim alimenta vel medicamenta calidiora frequenter vſurpata & vinum forte largius epotum, quibus accedit partium vicinarum caliditas nimia, ſic in febribus à calore cordis ipſum hepar accenditur.

Signa diagnoſtica calidioris iuſtò hepatis ſunt cibi faſtidium, ſitis, aluus adſtricta, calor vehemens in toto corpore & præcipuè in volis manuum ac pedum, ægri à calidis læduntur, & à frigidis iuuantur, ac ſi præterea calidiores humores exuperent, bilis per vomitum aut aluum aliquando excernitur, nec non plerunq; oris amaror & febris adeſt. Quod prognoſin attinet: calida hepatis intemperies non valde periculoſa eſt, cum hepatis conſtitutioni non ita aduerſetur, ſed multorum morborum & hepatis & aliarum partium cauſa eſſe ſolet, difficilis eſt curationis, præſertim ſi ventriculus frigidus ſit, quod plerunque contingit, illa enim quæ ad hepar refrigerandum exhibentur, ventriculo nocent, & illius intemperiem intendunt.

Cura

Curatio abſoluitur in correctione illius intemperiei refrigerantia remedia & biliosi humoris euacuatione, qui vt ab intemperie calida hepatis producitur, ſic viciſſim illam fouet, aliorúmque morborũ cauſa exiſtit. Primùm venæſectio hepar refrigerat, bilioſi ſanguinis portionem educit, & obſtructiones à bile ſoluit, mittẽdus eſt ſanguis è brachio dextro, quantitas plenitudini ac viribus reſpondeat vel vna vice vel per interualla pro affectus magnitudine & duratione, phlebotomiæ autem ſeq. potio purgans præmittatur, *e.g. pro viro* 30.*annorum* : ℞. *Syr. roſ. compoſ. in exercit. de apoplex.* §. 11. propoſ. ℥j.ß. *elect. de ſuc. roſar.* ʒij. *aq. cichor.* ℥j.ß. *F. potio purgans mane cum regimine diæta ſumenda*, quæ etiam poſt venæſectionem pro neceſſitate repetenda erit, ſiquidem magno cum fructu humores bilioſos expurget, & illorum obſtructiones aperiat : pro potu ordinario æger ſeq. decoctum bibat : ℞. *Radic. acetoſ. fragar. liquir. raſ. ã.* ʒij. *C. C. vſti* ℥ß. *inciſa coq. ad menſur.* ij. conducit etiam ſequens julepus, ℞. *aq. acetoſ. cichor. ſyr. citr. ã* ℥iij. *Miſce pro duabus doſibus matutinis* : exhibeantur juſcula cum recentibus *foliis cichor. acetoſ. & fragar.* parata : inſuper opiata & rotulæ hepar refrigerantes ac corroborãtes præſcribantur: ℞. *Conſeru. roſar. rubr.* ℥j.ß. *acetoſ. citr. rad. cichor. cond ã* ℥ß. *roob. ribium* ℥j. *ſyr. berber. q. ſ. F. mixtura, de qua pro lubitu ſumatur* : ℞. *Specier. diarrh. abbat.* ʒj. *diatrionſant* ʒß. *corallor. rubr. præpar.* ℈ij. *ſacch. opt. aq. roſar. ſol.* ℥iij. *F. ſ. a. rotulæ, de quibus ad beneplacitum capiatur*: exteriùs regio hepatis ſeq. linimento tepidè illinatur : ℞. *Vnguent roſat. ſantal. ã.* ʒiij. *ol. violar. q. ſ. F. linimentum* : vel ſeq. epithema hepati applice

applicetur: ℞. *Aq. cichor. acetoſ. ā.* ℥iij. *acet. roſat.* ℥j.ß. *F. epithema* : tandem balneum aquæ tepidæ vel legitimus acidularum potus tempore æſtiuo maximè conducit.

CAPVT II.

De hepatis inflammatione, abſceſſu & vlcere.

HEpatis inflammatio eſt tumor calidus à ſanguine in illius ſubſtantiam effuſo oriundus: prout autem ſanguis vel purus eſt vel aliis humoribus permixtus, ſic varias tumoris differentias producit; ſi enim à ſanguine puro oriatur, phlegmonẽ exquiſitam parit, ſin ab eodem cum bile, pituita aut melancholia mixto generetur, phlegmonem eryſipelatoſam, œdematoſam aut ſcirroſam producit: adhuc alia eſt differentia ratione loci, cum inflammatio vel hepatis partem gibbam vel cauam occupet, *nam Medici omnes conſentiunt, quod gibba parte laborante integra & illæſa perſtare queat altera, inde colligunt, variis ductibus partes iſtas ſeorſim affectas expurgandas eſſe, gibba per vrinas, caua per aluum vacuari debet*, vti *Riolanus lib. 2. anthropogr. cap. 19.* ante *nonneminem* obſeruauit.

Cauſæ huius affectus immediatæ ſunt ſanguinis nimia quantitas, efferueſcentia, tenuitas, acrimonia & exagitatio in venis, propter quas cauſas ſanguis facilè effunditur: hepar magis diſpoſitum redditur ad ſanguinem influentem recipiendum, ſi calidius ſit, vel dolore aliquo afficiatur, calor enim & dolor attrahunt, vel denique ſi natiuâ quâ-

dam aut adſcititia imbecillitate laboret, quia omnes partes humoribus grauatæ ad debiliores ſeſe exonerant: cauſæ externæ plurimæ eſſe poſſunt, vt nimia corporis calefactio à ſole, motu vel igne, cibi multis aromatibus conditi, immodicus vini generoſi potus, excandeſcentia, percuſſio & caſus circa hepatis regionem: ex applicatione medicamentorum calidorum circa orificium ſtomachi & appoſitione cucurbitularum ad regionem hepatis eiuſdem inflammationem produci, duabus elegantibus hiſtoriis aſſerit *Fabricius Hildanus centur. 2. obſeru. 46. & 47.*

Signa diagnoſtica ſeqq: recenſentur: primum eſt grauitas in dextro hypochondrio, quæ à diſtenſione hepatis contingit, & ab ægro percipitur, dum ſe ab vno latere in aliud vertit: ſecundum eſt dolor, qui nunc in vno nunc in duobus & tribus locis percipitur, nã cum ***neruulos duos inſignes venam portam comitari & ſubſtantiam hepatis ſubire*** viderit ***Riolanus***, in illius regione dolor grauans ſentitur, aliquãdo in nothis coſtis dolor tendens obſeruatur, nam iuxta eundem ***Riolanum*** hepar ***ope tenuiſſimarum fibrarum*** illis ***affixum eſt***, nonnunquam dolor propter conſenſum membranarum jugulo moleſtias creat: tertium ſignum eſt febris, quæ noctu vtplurimùm exacerbatur, & pro humoris peccantis ratione magis vel minus acuta notatur: quartum ſignum eſt difficultas reſpirandi, quia iuxta *Riolanum* hepar ***ſtrictè toti diaphragmati per vnum continnúmque ligamentum validiſſimum supernè adſtringitur:*** ſigna cauſarum in hunc modum ſe habent: ſi inflammatio à puro ſanguine oriatur, rubor faciei adeſt, pulſus magnus

magnus mollis, vndoſus, vrina rubra, craſſa, ætas iuuenilis & victus liberalis præceſſit: ſi bilis dominetur, color faciei citrinus eſt, pulſus velox, inæqualis, durus, vrina tenuis, impensè citrina, oris amaror, vomitus bilioſus, cauſæ bilem multiplicantes antegreſſæ: quia inflammatio muſculorum abdominis cum hepatis inflammatione magnam ſimilitudinem habet: ideo hæc ab illa propriis ſignis diſtinguenda eſt: in muſculorum abdominis inflammatione cutis circumtenditur, vt ſi quis apprehenſam digitis attrahere velit, ea minimè ſequatur, ſic rectorum muſculorum tumores vmbilicum comprehendunt, & aliorum inflāmationes eorum figuram quodammodo repræſentant, quapropter muſculorum abdominis ſitus Medico Practico diligenter expendendi ſunt, quos ante *nonneminem* exactè deſcripſit *Riolanus lib. 1. anthropogr. cap.* 8. econtra hepatis inflammatio partis laborantis figuram & circumſcriptionem refert: præterea totius corporis color eſt magni momenti ad hoſce affectus diſtinguendos, nam ille in muſculorum abdominis inflammatione viuidus permanet, & in hepatis inflammatione citrinus apparet, inſignia exempla proponit *Galenus lib. 5. de loc. affect. cap. 7. & Valleriola lib. 4. obſeruat. medic. 5.* Porro pleuritis ab hepatis inflammatione difficulter diſtinguitur, vt apud *Galenum l.a.* in hiſtoria *Siculi Medici* ſemetipſum decipientis videre eſt: ſi inflammatio pleuram in latere dextro occupet, difficultas ſpirandi erit maior, pulſus durus, tuſſis moleſtior cum ſputo cruento & purulento: in hepatis autem inflammatione tuſſis eſt arida & tumor ſub coſtis ſpuriis in dextro
hypo

hypochondrio apparet. Prognoſis ita inſtituitur: omnis inflammatio hepatis periculoſiſſima eſt, & ſi non citò jugulat, in hydropem aut atrophiam terminatur: ἐπὶ φλεγμονῇ τ͂ ἥπατ© λύγξ κακόν. *inflammationi hepatis ſi ſuperuenerit ſingultus malum*, iuxta *Hippocrat. ſect.7. aphor.17.* indicat enim augmentum & malignitatem inflammationis, quæ ventriculum per conſenſum afficit: ſi inflammatio hepatis per reſolutionem non diſcutiatur, quod raró contingit, in abſceſſum degenerat, aliàs in gangrænam conuertitur: ſuppuratio vtplurimùm intrà viginti dies accidit, & abſceſſus etiam periculoſus eſt, à quo pauci euadunt, quòd ſi ille particulam hepatis exiguam occupet, & pus album ac æquale per aluum vel vrinas effluat, ægrotus liberari poteſt: tumor extimam corporis ſuperficiem poſſidens, ita vt in ſumma cute emineat cum quodam fluctuationis ſenſu, cauterio aperitur, & ſi pus inſtar amurcæ emanet, ægri certò intereunt: poteſt etiam vlcus in hepate fieri ab humoribus acribus & erodentibus præſertim bilioſis, quæ ſenſim putreſcentes malignã & virulentam qualitatem acquirunt: huius vlceris ſine præcedenti inflammatione geniti diagnoſis difficillima eſt, quibuſdam tamen ſignis aliqualiter cognoſcitur, ac primùm dolor in hypochondrio dextro percipitur, æger ſenſim contabeſcit, & ſi vlcus ſit in caua hepatis parte, dejectiones alui purulentæ apparent, interdum & quippiam cruentum excernitur cum dolore inteſtinorum ob materiæ acrimoniam, vt dyſenteriam æmuletur, quæ ab hoc affectu diſtinguitur, quod circa hepar ſenſus grauitatis & punctionis hæreat; ſi in parte hepatis gibba vl-
cus

cus lateat, vrina purulenta abſque vllo affectus renum aut veſicæ indicio conſpicitur, febris lenta progreſſu morbi in hecticam degenerat, ciborum omnium præcipuè carnis magnum eſt faſtidium, ac tandem frequens animi deliquium accedit.

Curatio inflammationis hepatis eadem ferè inſtituitur, quæ in ventriculi inflammatione ſupra *lib 9. cap.11.* propoſita fuit: æger decoctum bibat *in praced. cap.* annotatum: conducit etiam ſeq. julepus: *℞. Aq.cichor.acetoſ.ã.℥iij.ſyr. berber.granat. ã. ℥j.ß. F. julepus pro duabus doſibus*: in declinatione morbi pilulæ ex terebinthina concedantur: exterius varia topica in toto morbi decurſu admouenda ſunt: *℞. Aq. endiu. cichor. ã.* ℥iij. *plantag. acetoſ. ã.* ℥j. *acet.roſat.*℥ij. *ſpecier. diatrionſant.*℈ij. *F epithema tepidè regioni hepatis frequenter admouendum: vel ℞. Vnguent. roſat. ſantal. refrig. Gal. ã.* ʒij. *ol nymph. q.ſ. F. linimentum pro regione hepatis*: ſi inflammatio ad ſuppurationem vergat, regioni hepatis ſeq. ſcutum applicetur: *℞. Emplaſtri melilot. & diachili ã. q ſ. F. ſ.a. ſcutum hepaticum ſindone rubro obducendum*: vide ſupra *lib.9. cap.11.* cum ex rupto abſceſſu maximum vitæ periculum immineat, inde paucos euadere nequaquam dubitandum erit.

CAPVT III.

De Obſtructione hepatis.

Hepatis obſtructio eſt anguſtia & occluſio præternaturalis meatuum hepatis & propaginum venæ

venæ portæ ac cauæ tranſitum humorum naturalium alimentique diſtributionem impediens à materia ipſarum cauitatem opplente producta : nam *in regione* caua hepatis (vti *Riolanus d.l.* obſeruauit) *exempto epiploo, ſupra paruum lobum intra hepar deprehenditur cauitas profunda inſtar cauernæ, quæ ferè ad apicem iecoris pertingit, in hanc cauitatem intruſa manu canales quamplures hac & illac diſperſos inuenies, qui digitum poſſunt admittere : haud dubiè in hac cauitate magnus humorum aceruus colligi poteſt; inde contumaces obſtructiones procreantur, ſi cauitatibus iſtis impactus & incuneatus humor fuerit.*

Materia obſtructionem efficiens vtplurimùm eſt humor craſſus, viſcidus & lentus, qui in meatibus illis ſubſiſtit, & à calore magis magiſque incraſſatur, ita vt obſtructiones, quò diuturniores ſunt, eò contumaciores euadant, interdum etiam humorum copia obſtructiones efficere ſolet, vt *Galenus lib.*10. *method. med. c.*2. docuit. Humor obſtruens eſt pituita viſcida, melancholia fæculenta, ſanguinis craſſities, denique bilis in hepate diutius hærens contumaces obſtructiones parit : cauſæ antecedentes ſunt, quæcunque humores craſſos & viſcoſos producere valent, qualia in *exercitat de apoplex.* § 13. propoſuimus : mala hepatis diſpoſitio ex laudabili cibo obſtructiones gignit, ſi nempe oblatum chylum non benè concoquat, ſed in materiam tartaream & mucilaginoſam conuertat : ventriculi intemperies obſtructionum cauſa eſt, dum chylum crudiorem generat, qui ab hepate poſtmodum in ſanguinem laudabilem non elaboratur; ſiquidem vitia primæ concoctionis in ſecunda non

non corrigantur. Obſtructiones in hepate latitantes oſtendunt, alui excrementa à naturali ſtatu recedētia præſertim liquidiora, humida, alba, chyloſa & interdum ſanguinolēta, vrina alba, tenuis & velut aquoſa (quia partes craſſiores propter obſtructiones tranſire non poſſunt, ſed ſola portio aquoſa tenuior impermixta præterlabitur, poteſt tamen eſſe citrina, ſi caliditas adſit) difficilis reſpiratio, præcipuè ſi æger concitatiori greſſu ambulet, vel montes aut ſcalas aſcendat, faciei color pallidus, tuſſis ſicca, pulſus inæqualis, macies & ſegnities totius corporis. Obſtructio recens facilè, inueterata difficulter curatur: obſtructio hepatis niſi citò & penitus tollatur, acerbiora mala nempe febres, inflammationes, alui fluxus varios, colicam, icterum, cachexiam, ſcyrrhum & hydropem inferre conſueuit.

Curatio auſpicanda eſt ab vniuerſali totius corporis euacuatione, quæ fit primùm potione purgante ad ægrotantis naturam directa; mox venæſectio in brachio dextro inſtituatur, niſi corpus valdè emaciatum fuerit: dein apozema ordinetur, quod in *exercitat. noſtra d.* §. annotauimus: æger ſæpius *cremor tartari* ʒj. in iuſculo carneo ſumat: regio hepatis ſequenti linimento calidè inungatur. ℞ *Gummi ammoniac. in aceto ſcyllyt. ſol* ℥j. *ol. cappar.* ℥ß. *roſ.* ʒij. *vng. reſumpt. & ſant. l. ā q. ſ. F linimentum*: porrò ſeq. opiata conuenit: ℞. *Conſeru. roſar. rubr. beton. ā.* ℥j. ß. *cōd. rad. cichor. enulæ ā* ℥ß. *confect. alker. ſpecier. diarrh. alb. ā* ʒj *ſyr. cort. citr. berber. ā. q. ſ. F mixtura, de qua pro beneplacito ſumatur*. Balnea tepida etiam conferunt, in quibus herbæ emollientes bullierint, ſi obſtructiones contumaciores fuerint, ſeqq. pilulæ

conueniũt: ℞. *Extract. pilul. marocoſt. Minder.* ʒj. ß. *ammoniac. Querc.* ℈ij *ol. ſtillat. aniſi gt. ij. F. maſſa, ex qua formentur pilulæ dimidij piſi magnitudine, deaurentur & conſpergantur puluere cinnam. ſumantur ſingulis ſeptimanis nouem hora ante cœnam*: vel vſurpepetur extractum *Conuentibus Benedictinis* familiare, cuius compoſitionem à *Reuerendiſſimi* FINTANI *Archimandritæ Beivvillenſis ad Petram Integerrimi, &c. Patribus Religioſis, & Amicis, &c.* conceſſam in *exercit. noſtra d.* §. propoſuimus: præ ceteris omnibus remediis ad delendas obſtructiones inueteratas maximè conueniunt remedia ex tartaro, vitriolo & chalybe præparata: ex tartaro fit cremor, ſal & ſpiritus tartari: ℞. *Cremor. tartari* ℥j. *ocul. cãcr. prap.* ʒij. *ſacch. opt. aq. cichor. ſol* ℥iv *F ſ. a. morſelli, de quibus mane vnus ſumatur*: ſal tartari maximam habet deobſtruendi vim, ſi *eius* ℈ij. ſæpè in juſculo carneo ſumantur: idem præſtat ſpiritus tartari, ſi *eius guttæ vj vel vij.* in vino albo capiantur: ſummam vitrioli efficaciam oſtendunt aquæ naturales ex vitriolo acidæ, quarum vſus frequentiſſimus & præſtantiſſimus eſt ad omnes morbos ob obſtructionibus natos tollendos: ex vitriolo autem paratur ſpiritus, qui julepis hepaticis ad gratam aciditatem permiſcetur: ℞. *Aq. cich* ℥iv. *agrimon.* ℥ij *ſyr. bizantini* ℥iij. *ſpiritus vitrioli gt. x. F. julepus pro duabus doſibus*: præſtat etiam tartarum vitriolatum, ſi *eius* ℈j. cum iuſculo carneo aliquoties aſſumatur, nec nõ mixtura ſimplex ſiue diatrion, quando *eius guttæ* vj. *aut vij* in potiuncula vini albi capiuntur: denique ex chalybe varia remedia parantur, nos in croco martis contra obſtructiones hepatis, cachexias, hydrodes, melancholiam

choliam hypochondriacam egregios effectus obſeruauimus: ℞. *Croci Mart. aper.* ℥iii. *ſpecier. aromat. caryophyll.* ʒii. *dentur ad ſaccul. ex ſindone alb. cui menſura dua vini albi veter. affundatur, ſtet per duos dies dein mane* ℥iv. *ieiuno ſtomacho bibantur & corpus moderata deambulatione exerceatur, vt eò melius medicamenti vires in actum deducantur, ac in partes obſtructas tranſmittantur* : abſoluto hoc vino chalybeato ſeq. tragæam ordinamus: ℞. *Croci Mart. aper.* ʒii. *ſpecier. diarrh. abbat.* ʒi. ß. *fecul. radic. aronis.* ʒi. *ol. ſtillat. cinnam, gt. iii. ſacchar. roſat. tab.* ℥iv. *F. ſ. a. tragæa*, qua finita ſeqq. rotulas præſcribimus : ℞. *Croci Mart. aper.* ʒii. *confect. alkerm.* ʒi. ß. *ſpecier. diarrh. abbat.* ʒi. *ſacch. opt. aq. cichor. ſol* ℥iv. *F. ſ. a. rotula, de quibus mane ieiuno ſtomacho æger duas aut tres aſſumat.*

CAPVT IV.

De Ictero flauo.

ICterus eſt color flauus totius corporis à bilis in cutem vniuerſam effuſione proueniens.

Hæc transfuſio à multis cauſis producitur, quæ ad tria capita referuntur, malam ſcil. hepatis diſpoſitionem, veſiculæ felleæ meatuum obſtructionem & biliosi humoris prauitatem : mala hepatis diſpoſitio varia eſt intemperies, inflammatio, obſtructio, ſcyrrhus : obſtructio diuturna meatuum felleæ veſiculæ facit, vt bilis poſtea in vniuerſum corpus effundatur, hæc anguſtia vtplurimum à mala hepatis diſpoſitione oritur, cæterum de genuina

humoris biliosi expurgatione conſulendus eſt *Iaſolinus*, è quo juxta *Riolani* judicium *nõnemo* multa deprompſit, dum Orbi Erudito *Theatrum ſuum Anatomicum* adornauit: prauitas bilis conſiſtit vel in quantitate nimia, quæ à maſſa ſanguinea ſecerni non poteſt, vel in praua qualitate, quæ humores in febribus præſertim corrumpendo debitam ſecretionem impedit, vel etiam interdum naturam ad ſubitam illius propulſionem irritat, vt in ictero critico & ſymptomatico contingit.

Signa diagnoſtica icteri per ſe manifeſta ſunt, color ſcil. flavus in toto corpore & maximè in albis oculorum conſpicuus, quem corporis pruritus & ſegnities, linguæ amaror, vrina intensè flaua & crocea ac interdum vomitus bilioſus & alvus adſtricta conſequitur. Prognoſis ſeq. eſt: vti icterus criticus facilè curatur, ita ſymptomaticus graue periculum minatur: icterum *ex toto, ſi poſt febrem oriatur, etiam prodeſſe, ſi poſt hunc febris, occidere* aſſerit *Diocles* apud *Cornel. Celſum lib. 3. cap. 24.* Icturus à ſcyrrho hepatis proueniens periculoſiſſimus eſt, ille enim plerúmq; in hydropem lethalem degenerat, vti hoc etiam nuper in *Reuerẽdiſſima ac Nobiliſſima Domina* MARIA APOLLONIA DE OFFENBVRG *Abbatiſſa Otmarshemiẽſi* obſeruauimus, & in *Cẽt. prim. obſeru. noſtr.* latius deducemus. Cum *Riolanus lib. 2. encheirid. anatom cap. 25.* in ictero flauiſſimo totam cutim bile ſuffuſam, vrinas flauo colore lintea tingentes & deiectiones albicantes, in alio autem ictero vrinas flauas & excrementa ſimilia obſeruarit, inde diuerſos ad bilis expurgationem meatus eſſe confirmat: in ictero flauiſſimo meatus hepati-

cus

cus eſt obſtructus, in alio autem ictero deiectiones flauæ quantitatem bilis per inteſtina ruentis denotant, vnde cum in hoc poſteriore contumaces non vrgeant obſtructiones, etiam breuius curationis tempus expectandum erit.

Curatio icteri ad cauſarum ſublationem dirigenda eſt, ſi à calida hepatis intẽperie, inflammatione, obſtructione malũ oriatur, illorum affectuum curationes ex antecedẽtibus *huius libri capitibus* depromẽdæ ſunt: ſi icterus ab obſtructione meatuum cyſtidis felleæ dependeat, remedia in præced. cap. enumerata maximè conueniunt, quibus nonnulla huic affectui magis propria ſubnectemus: *e.g. pro viro XXX. annor.* ℞. *Syrup roſ. compoſ. ex S.R.A. in exercit. de apopl.* §. 12. *deſcript.* ℥j. *elect. de ſucc. roſ.* ʒiij *aq. chelidon.* ℥j. ß. *F. potio purgans mane cum regimine diæta ſumenda & pro neſſitate reiteranda*: aliquoties etiam ſeqq. pilulæ ordinẽtur. ℞. *Gutt. gamandr. gr. x. ol ſtillat. aniſi gt.* j *cum mucilag. gumm. trag. F. pil. vij. deaurentur & ſumantur mane cum regimine diæta*: præſtant etiam potiones ex rhabarbaro, quarum formulas ſupra *lib.* 10. *c.* 5. propoſuimus: venæſectio non conuenit, niſi inflammatio hepatis, febris aut phlethora valdè vrgeat: poſt vniuerſales euacuationes in declinatione morbi ſeq. ſucculus præſcribatur: ℞. *Rad. apij. rubiæ tinctor. ã.* ʒiij. *herb. chelidon. maj. agrimon. chamædr. carduiben. ã M* ß. *marrubij, frag. ſummit. centaur. min. abſint ã. P*j. *rhabarb. opt.* ℥j. *ſem. aniſi* ʒij. *inciſa dentur ad ſaccul. ex ſindone albo, cui menſuræ duæ vini albi affundantur, de quibus mane* ℥vj. *æger ieiuno ſtomacho bibat.* Sublatis obſtructionibus color flavus breui euaneſcet: ſi balneo aquæ

tepidæ ægrotus vtatur, qui ab ira tanquam veneno infenſiſſimo ſibi diligenter caueat.

CAPVT V.

De Scirrho hepatis.

SCirrus hepatis eſt tumor durus, renitens & aliquo modo indolens, ab humore craſſo in hepatis ſubſtantiam impacto atque indurato genitus.

Producitur à materia craſſa aut viſcida vel vtraq; mixta, ſiue collecta ſit paulatim in hepate, ſiue à liene tranſmiſſa fuerit, hinc non ſolùm ex humore melancholico craſſo ſed etiam ex pituita viſcida & lěta ſcirrhus generatur, qui autem ictero ſuccedit, ille ab humore bilioſo craſſo ortum trahit, quandoq; etiam à ſanguine oritur, cum vel tenuiores illius partes diſſipantur, & craſſiores relinquuntur, vel dum à nimio refrigerantium vſu ſanguis incraſſatur.

Signa diagnoſtica ſunt durities & retinentia in dextro hypochondrio hepatis circumſcriptionem referens, abeſt febris & dolor inſignis, quibus ab inflammatione hepatis diſtinguitur, tandem corpus emaciatur, quia nec hæmatoſis nec anadoſis rectè perficitur. Prognoſin huius affectus proponit *Galen. lib. 2. de arte curat. ad Glaucon. c. 5.* ἀναίσθητος σκίρρος ἀνίατος· ὁ δὲ δυσαίσθητος οὐκ ἀνίατος μὲν, οὐ μὴν εὐίατος. *ſcirrhus inſenſibilis curam non recipit, quid difficulter ſentitur, nec immedicabilis eſt, nec facilem curationem admittit:* pergit *c. 6.* ἥπατος σκίρρον ἀρχόμενον ἰασάμεθα, πολλάκις ἐκλαθέντα δ' εἰς πλείους ἡμέρας οὔτ' αὐτὸς ἠδυνήθην ἰάσασθαι οὔτ' ἄλλον τινὰ ἰάσασθαι δυνηθέντα.

hepatis

hepatis ſcirrhum ab initio quidẽ ſanauimus ſæpè, vbi verò ad plures dies foret extenſus, neque ipſe potui ſanare, neque vidi, qui poſſet: ſcirrhus icterum generans vel illi ſuccedens pernicioſus eſt, vnde *Hippocrat. ſect. 6. aphor. 42.* ait: ἐν τοῖσιν ἰκτερικοῖσιν τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι πονηρόν, *ex ictero laborantibus jecur durum fieri, malum.*

Scirrhi curatio incipitur à cauſæ antecedentis ablatione, cui remedia aduersùs obſtructionem hepatis in *praced. c. 3.* annotata inſeruiunt, poſtmodum materia indurata emollientibus & aperientibus diſcutienda eſt, quorum formulas *ibid.* propoſuimus: *Zacutus Luſitanus l. 2. prax. med. admiran. obſeru.* 48. conſeruam marrubij extollit: ſcirrho hepatis premebatur Nobilis Vir̃, qui multis remediis fruſtra vſurpatis tandem conſerua ex marrubij floribus parata per XL. dies vtebatur quantitate vnius vnciæ diluculo aſſumpta, de ſuper aqua marrubij diſtillata ebibita, inde ſenſim tumor emollitus & æger ſanitati integræ reſtitutus fuit: in ſcirrho topica etiam conueniunt, ℞. *Rad. alth. lil. alb. ã. ℥j. briyon. ℥ß. herb. 4. emoll. abſint. agrim. ã. Mj. flor. chamæm. melil. roſ. ã. Pj. ſem. lini ʒvj. fænigr. ʒiij. aneth ʒij. inciſa coq. in vini albi & aq. font. ã. ℔vj. ad remanent ℔iv. tinctis in colatura linteis regio hepatis mane & ſerò tepidè foueatur*: dein ſeq. linimentum ordinetur: ℞. *Gumm. ammoniac. in acet. ſcyllyt. ſol ℥j. ol. cappar. ℥ß. chamæm ʒiij. lil. alb. abſinth. ã. ʒij. vnguent. reſumpt. q. ſ. F. linimentum tepidè vſurpandum*, poſtea ſeq. ſcutum præſcribatur: ℞. *Gummi ammoniac. in aceto ſcyllyt. ſol ʒvj. emplaſtr. de mucilag & melil ã q ſ. F. ſ. a. ſcutum hepaticum*: deniq; fonticulus tibiæ dextræ ap-

dam aut adſcititia imbecillitate laboret, quia omnes partes humoribus grauatæ ad debiliores ſeſe exonerant: cauſæ externæ plurimæ eſſe poſſunt, vt nimia corporis calefactio à ſole, motu vel igne, cibi multis aromatibus conditi, immodicus vini generoſi potus, excandeſcentia, percuſſio & caſus circa hepatis regionem: ex applicatione medicamentorum calidorum circa orificium ſtomachi & appoſitione cucurbitularum ad regionem hepatis eiuſdem inflammationem produci, duabus elegantibus hiſtoriis aſſerit *Fabricius Hildanus centur. 2. obſeru. 46. & 47.*

Signa diagnoſtica ſeqq. recenſentur: primum eſt grauitas in dextro hypochondrio, quæ à diſtenſione hepatis contingit, & ab ægro percipitur, dum ſe ab vno latere in aliud vertit: ſecundum eſt dolor, qui nunc in vno nunc in duobus & tribus locis percipitur, nã cum *neruulos duos inſignes venam portam comitari & ſubſtantiam hepatis ſubire* viderit *Riolanus*, in illius regione dolor grauans ſentitur, aliquãdo in nothis coſtis dolor tendens obſeruatur, nam iuxta eundem *Riolanum* hepar *ope tenuiſſimarum fibrarum* illis *affixum eſt*, nonnunquam dolor propter conſenſum membranarum jugulo moleſtias creat: tertium ſignum eſt febris, quæ noctu vtplurimùm exacerbatur, & pro humoris peccantis ratione magis vel minus acuta notatur: quartum ſignum eſt difficultas reſpirandi, quia iuxta *Riolanum* hepar *ſtrictè toti diaphragmati per vnum continuúmque ligamentum validiſſimum ſupernè adſtringitur*: ſigna cauſarum in hunc modum ſe habent: ſi inflammatio à puro ſanguine oriatur, rubor faciei adeſt, pulſus magnus

magnus mollis, vndoſus, vrina rubra, craſſa, ætas iuuenilis & victus liberalis præceſſit: ſi bilis dominetur, color faciei citrinus eſt, pulſus velox, inæqualis, durus, vrina tenuis, impensè citrina, oris amaror, vomitus bilioſus, cauſæ bilem multiplicantes antegreſſæ: quia inflammatio muſculorum abdominis cum hepatis inflammatione magnam ſimilitudinem habet: ideo hæc ab illa propriis ſignis diſtinguenda eſt: in muſculorum abdominis inflammatione cutis circumtenditur, vt ſi quis apprehenſam digitis attrahere velit, ea minimè ſequatur, ſic rectorum muſculorum tumores vmbilicum comprehendunt, & aliorum inflãmationes eorum figuram quodammodo repræſentant, quapropter muſculorum abdominis ſitus Medico Practico diligenter expendendi ſunt, quos ante *nonneminem* exactè deſcripſit *Riolanus lib. 1. anthropogr. cap.* 8. econtra hepatis inflammatio partis laborantis figuram & circumſcriptionem refert: præterea totius corporis color eſt magni momenti ad hoſce affectus diſtinguendos, nam ille in muſculorum abdominis inflammatione viuidus permanet, & in hepatis inflammatione citrinus apparet, inſignia exempla proponit *Galenus lib.5. de loc. affect. cap.7. & Valleriola lib.4. obſeruat. medic.5.* Porro pleuritis ab hepatis inflammatione difficulter diſtinguitur, vt apud *Galenum l.a.* in hiſtoria *Siculi Medici* ſemetipſum decipientis videre eſt: ſi inflammatio pleuram in latere dextro occupet, difficultas ſpirandi erit maior, pulſus durus, tuſſis moleſtior cum ſputo cruento & purulento: in hepatis autem inflammatione tuſſis eſt arida & tumor ſub coſtis ſpuriis in dextro

hypo

hypochondrio apparet. Prognoſis ita inſtituitur: omnis inflammatio hepatis periculoſſima eſt, & ſi non citò jugulat, in hydropem aut atrophiam terminatur: ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λύγξ κακόν. *inflammationi hepatis ſi ſuperuenerit ſingultus malum*, iuxta *Hippocrat. ſect.7. aphor.17.* indicat enim augmentum & malignitatem inflammationis, quæ ventriculum per conſenſum afficit: ſi inflammatio hepatis per reſolutionem non diſcutiatur, quod rarò contingit, in abſceſſum degenerat, aliàs in gangrænam conuertitur: ſuppuratio vtplurimùm intrà viginti dies accidit, & abſceſſus etiam periculoſus eſt, à quo pauci euadunt, quòd ſi ille particulam hepatis exiguam occupet, & pus album ac æquale per aluum vel vrinas effluat, ægrotus liberari poteſt: tumor extimam corporis ſuperficiem poſſidens, ita vt in ſumma cute emineat cum quodam fluctuationis ſenſu, cauterio aperitur, & ſi pus inſtar amurcæ emanet, ægri certò intereunt: poteſt etiam vlcus in hepate fieri ab humoribus acribus & erodentibus præſertim bilioſis, quæ ſenſim putteſcentes malignã & virulentam qualitatem acquirunt: huius vlceris ſine præcedenti inflammatione geniti diagnoſis difficillima eſt, quibuſdam tamen ſignis aliqualiter cognoſcitur, ac primùm dolor in hypochondrio dextro percipitur, æger ſenſim contabeſcit, & ſi vlcus ſit in caua hepatis parte, dejectiones alui purulentæ apparent, interdum & quippiam cruentum excernitur cum dolore inteſtinorum ob materiæ acrimoniam, vt dyſenteriam æmuletur, quæ ab hoc affectu diſtinguitur, quod circa hepar ſenſus grauitatis & punctionis hæreat; ſi in parte hepatis gibba vl-

cus

cus lateat, vrina purulenta abſque vllo affectus renum aut veſicæ indicio conſpicitur, febris lenta progreſſu morbi in hecticam degenerat, ciborum omnium præcipuè carnis magnum eſt faſtidium, ac tandem frequens animi deliquium accedit.

Curatio inflammationis hepatis eadem ferè inſtituitur, quæ in ventriculi inflammatione ſupra *lib 9. cap.* 11. propoſita fuit: æger decoctum bibat *in præced. cap.* annotatum: conducit etiam ſeq. julepus: ℞. *Aq. cichor. acetoſ. ã.* ℥iij. *ſyr. berber. granat. ã.* ℥j.ß. *F. julepus pro duabus doſibus*: in declinatione morbi pilulæ ex terebinthina concedantur: exterius varia topica in toto morbi decurſu admouenda ſunt: ℞. *Aq. endiu. cichor. ã.* ℥iij. *plantag. acetoſ. ã.* ℥j. *acet. roſat.* ℥ij. *ſpecier. diatrionſant.* ℈ij. *F. epithema tepidè regioni hepatis frequenter admouendum: vel* ℞. *Vnguent. roſat. ſantal. refrig. Gal. ã.* ʒij. *ol. nymph. q. ſ. F. linimentum pro regione hepatis*: ſi inflammatio ad ſuppurationem vergat, regioni hepatis ſeq. ſcutum applicetur: ℞. *Emplaſtri melilot. & diachili ã. q. ſ. F. ſ. a. ſcutum hepaticum ſindone rubro obducendum*: vide ſupra *lib. 9. cap.* 11. cum ex rupto abſceſſu maximum vitæ periculum immineat, inde paucos euadere nequaquam dubitandum erit.

CAPVT III.

De Obſtructione hepatis.

HEpatis obſtructio eſt anguſtia & occluſio præternaturalis meatuum hepatis & propaginum venæ

venæ portæ ac cauæ tranſitum humorum naturalium alimentique diſtributionem impediens à materia ipſarum cauitatem opplente producta : nam *in regione* caua hepatis (vti *Riolanus d.l.* obſeruauit) *exempto epiploo, ſupra paruum lobum intra hepar deprehenditur cauitas profunda inſtar cauernæ, quæ ferè ad apicem iecoris pertingit, in hanc cauitatem intruſa manu canales quamplures hac & illac diſperſos inuenies, qui digitum poſſunt admittere : haud dubiè in hac cauitate magnus humorum aceruus colligi poteſt; inde contumaces obſtructiones procreantur, ſi cauitatibus iſtis impactus & incuneatus humor fuerit.*

Materia obſtructionem efficiens vtplurimùm eſt humor craſſus, viſcidus & lentus, qui in meatibus illis ſubſiſtit, & à calore magis magiſque incraſſatur, ita vt obſtructiones, quò diuturniores ſunt, eò contumaciores euadant, interdum etiam humorum copia obſtructiones efficere ſolet, vt *Galenus lib.* 10. *method. med. c.* 2. docuit. Humor obſtruens eſt pituita viſcida, melancholia fæculenta, ſanguinis craſſities, denique bilis in hepate diutius hærens contumaces obſtructiones parit : cauſæ antecedentes ſunt, quæcunque humores craſſos & viſcoſos producere valent, qualia in *exercitat de apoplex.* §. 13. propoſuimus : mala hepatis diſpoſitio ex laudabili cibo obſtructiones gignit, ſi nempe oblatum chylum non benè concoquat, ſed in materiam tartaream & mucilaginoſam conuertat : ventriculi intemperies obſtructionum cauſa eſt, dum chylum crudiorem generat, qui ab hepate poſtmodum in ſanguinem laudabilem non elaboratur ; ſiquidem vitia primæ concoctionis in ſecunda non

non corrigantur. Obſtructiones in hepate latitantes oſtendunt, alui excrementa à naturali ſtatu recedẽtia præſertim liquidiora, humida, alba, chyloſa & interdum ſanguinolẽta, vrina alba, tenuis & velut aquoſa (quia partes craſſiores propter obſtructiones tranſire non poſſunt, ſed ſola portio aquoſa tenuior impermixta præterlabitur, poteſt tamen eſſe citrina, ſi caliditas adſit) difficilis reſpiratio, præcipuè ſi æger concitatiori greſſu ambulet, vel montes aut ſcalas aſcendat, faciei color pallidus, tuſſis ſicca, pulſus inæqualis, macies & ſegnities totius corporis. Obſtructio recens facilè, inueterata difficulter curatur: obſtructio hepatis niſi citò & penitus tollatur, acerbiora mala nempe febres, inflammationes, alui fluxus varios, colicam, icterum, cachexiam, ſcyrrhum & hydropem inferre conſueuit.

Curatio auſpicanda eſt ab vniuerſali totius corporis euacuatione, quæ fit primùm potione purgante ad ægrotantis naturam directa, mox venæſectio in brachio dextro inſtituatur, niſi corpus valdè emaciatum fuerit: dein apozema ordinetur, quod in *exercitat. noſtra d.* §. annotauimus: æger ſæpius *cremor tartari* ℨj. in iuſculo carneo ſumat: regio hepatis ſequenti linimento calidè inungatur. ℞ *Gummi ammoniac. in aceto ſcyllyt. ſol* ℥j. *ol. cappar.* ℥ß. *roſ.* ℨij. *vng. reſumpt. & ſant. l. ã q ſ. F linimentum:* porrò ſeq. opiata conuenit: ℞. *Conſeru. roſar. rubr. beton. ã.* ℥j. ß. *cõd. rad. cichor. enulæ ã* ℥ß. *confect. alker. ſpecier. diarrh. alb. ã.* ℨj *ſyr. cort. citr. berber ã. q. ſ. F mixtura, de qua pro beneplacito ſumatur.* Balnea tepida etiam conferunt, in quibus herbæ emollientes bullierint, ſi obſtructiones contumaciores fuerint, ſeqq. pilulæ

conueniũt: ℞. *Extract. pilul. marocoſt. Minder.* ʒj. ß. *ammoniac. Querc.* ℈ij *ol. ſtillat. aniſi gt. ij. F. maſſa, ex qua formentur pilulæ dimidij piſi magnitudine, deaurentur & conſpergantur puluere cinnam. ſumantur ſingulis ſeptimanis nouem hora ante cœnam*: vel vſurpetur extractum *Conuentibus Benedictinis* familiare, cuius compoſitionem à *Reuerendiſſimi* FINTANI *Archimandritæ Beivvillenſis ad Petram Integerrimi, &c. Patribus Religioſis, & Amicis, &c.* conceſſam in *exercit. noſtra d.* §. propoſuimus: præ ceteris omnibus remediis ad delendas obſtructiones inueteratas maximè conueniunt remedia ex tartaro, vitriolo & chalybe præparata: ex tartaro fit cremor, ſal & ſpiritus tartari: ℞. *Cremor. tartari* ℥j. *ocul. cãcr. prap.* ʒij. *ſacch. opt. aq. cichor. ſol* ℥iv *F. ſ. a. morſelli, de quibus mane vnus ſumatur*: ſal tartari maximam habet deobſtruendi vim, ſi *eius* ℈ij. ſæpè in juſculo carneo ſumantur: idem præſtat ſpiritus tartari, ſi *eius guttæ vj vel vij.* in vino albo capiantur: ſummam vitrioli efficaciam oſtendunt aquæ naturales ex vitriolo acidæ, quarum vſus frequentiſſimus & præſtantiſſimus eſt ad omnes morbos ab obſtructionibus natos tollendos: ex vitriolo autem paratur ſpiritus, qui julepis hepaticis ad gratam aciditatem permiſcetur: ℞. *Aq. cich* ℥iv. *agrimon.* ℥ij *ſyr. bizantini* ℥iij. *ſpiritus vitrioli gt. x. F. julepus pro duabus doſibus*: præſtat etiam tartarum vitriolatum, ſi *eius* ℈j. cum iuſculo carneo aliquoties aſſumatur, nec nõ mixtura ſimplex ſiue diatrion, quando *eius guttæ* vj. *aut vij* in potiuncula vini albi capiuntur: denique ex chalybe varia remedia parantur, nos in croco martis contra obſtructiones hepatis, cachexias, hydrodes, melancholiam

cholіam hypochondriacam egregios effectus obſeruauimus: ♃. *Croci Mart. aper.* ℥iii. *ſpecier. aromat. caryophyll.* ʒii. *dentur ad ſaccul. ex ſindone alb. cui menſura duæ vini albi veter. affundatur, ſtet per duos dies dein mane* ℥iv. *ieiuno ſtomacho bibantur & corpus moderata deambulatione exerceatur, vt eò melius medicamenti vires in actum deducantur, ac in partes obſtructas tranſmittantur* : abſoluto hoc vino chalybeato ſeq. tragæamor dinamus: ♃. *Croci Mart. aper.* ʒii. *ſpecier. diarrh. abbat.* ʒi. ß. *fecul. radic. aronis.* ʒi. *ol. ſtillat. cinnam, gt. iii. ſacchar. roſat. tab.* ℥iv. *F. ſ. a. tragæa*, qua finita ſeqq. rotulas præſcribimus : ♃. *Croci Mart. aper.* ʒii. *confect. alkerm.* ʒi. ß. *ſpecier. diarrh. abbat.* ʒi. *ſacch. opt. aq. cichor. ſol* ℥iv. *F. ſ. a. rotulæ, de quibus mane ieiuno ſtomacho æger duas aut tres aſſumat.*

CAPVT IV.

De Ictero flauo.

Icterus eſt color flauus totius corporis à bilis in cutem vniuerſam effuſione proueniens.

Hæc transfuſio à multis cauſis producitur, quæ ad tria capita referuntur, malam ſcil. hepatis diſpoſitionem, veſiculæ felleæ meatuum obſtructionem & biliosi humoris prauitatem : mala hepatis diſpoſitio varia eſt intemperies, inflammatio, obſtructio, ſcyrrhus : obſtructio diuturna meatuum felleæ veſiculæ facit, vt bilis poſtea in vniuerſum corpus effundatur, hæc anguſtia vtplurimum à mala hepatis diſpoſitione oritur, cæterum de genuina

humoris bilioſi expurgatione conſulendus eſt *Iaſolinus*, è quo juxta *Riolani* judicium *nõnemo* multa deprompſit, dum Orbi Erudito *Theatrum ſuum Anatomicum* adornauit: prauitas bilis conſiſtit vel in quantitate nimia, quæ à maſſa ſanguinea ſecerni non poteſt, vel in praua qualitate, quæ humores in febribus præſertim corrumpendo debitam ſecretiónem impedit, vel etiam interdum naturam ad ſubitam illius propulſionem irritat, vt in ictero critico & ſymptomatico contingit.

Signa diagnoſtica icteri per ſe manifeſta ſunt, color ſcil. flavus in toto corpore & maximè in albis oculorum conſpicuus, quem corporis pruritus & ſegnities, linguæ amaror, vrína intensè flaua & crocea ac interdum vomitus bilioſus & alvus adſtricta conſequitur. Prognoſis ſeq. eſt: vti icterus criticus facilè curatur, ita ſymptomaticus graue periculum minatur; icterum *ex toto, ſi poſt febrem oriatur, etiam prodeſſe, ſi poſt hunc febris, occidere* aſſerit *Diocles* apud *Cornel. Celſum lib. 3. cap. 24.* Icturus à ſcyrrho hepatis prouenienspericuloſiſſimus eſt, ille enim plerúmq; in hydropem lethalem degenerat, vti hoc etiam nuper in *Reuerẽdiſſima ac Nobiliſſima Domina* Maria Apollonia de Offenburg *Abbatiſſa Otmarsbemiẽſi* obſeruauimus, & in *Cẽt. prim. obſeru. noſtr.* latius deducemus. Cum *Riolanus lib. 2. encheirid. anatom cap. 25.* in ictero flauiſſimo totam cutim bile ſuffuſam, vrinas flauo colore lintea tingentes & deiectiones albicantes, in alio autem ictero vrinas flauas & excrementa ſimilia obſeruarit, inde diuerſos ad bilis expurgationem meatus eſſe confirmat: in ictero flauiſſimo meatus hepaticus

cus eſt obſtructus, in alio autem ictero deiectiones flauæ quantitatem bilis per inteſtina ruentis denotant, vnde cum in hoc poſteriore contumaces non vrgeant obſtructiones, etiam breuius curationis tempus expectandum erit.

Curatio icteri ad cauſarum ſublationem dirigenda eſt, ſi à calida hepatis intẽperie, inflammatione, obſtructione malũ oriatur, illorum affectuum curationes ex antecedẽtibus *huius libri capitibus* depromẽdæ ſunt: ſi icterus ab obſtructione meatuum cyſtidis felleæ dependeat, remedia in præced.cap. enumerata maximè conueniunt, quibus nonnulla huic affectui magis propria ſubnectemus: *e.g. pro viro XXX. annor.* ℞. *Syrup roſ.compoſ.ex S.R.A.in exercit. de apopl.§.12.deſcript.℥j.elect.de ſucc.roſ.ʒij aq.chelidon.℥j.ß. F. potio purgans mane cum regimine diætæ ſumenda & pro neſſitate reiteranda*: aliquoties etiam ſeqq.pilulæ ordinẽtur. ℞. *Gutt.gamandr.gr.x.ol.ſtillat.aniſi gt.j cum mucilag.gumm.trag. F.pil.vij.deaurentur & ſumantur mane cum regimine diætæ*: præſtant etiam potiones ex rhabarbaro, quarum formulas ſupra *lib.10.c.5.* propoſuimus: venæſectio non conuenit, niſi inflammatio hepatis, febris aut phlethora valdè vrgeat: poſt vniuerſales euacuationes in declinatione morbi ſeq. ſucculus præſcribatur: ℞. *Rad.apij rubiæ tinctor.ã.ʒij.herb.chelidon.maj agrimon.chamædr.carduiben.ã M ß.marrubij, frag ſummit.centaur.min.abſint ã. P j.rhabarb.opt.℥j.ſem.aniſi ʒij.inciſa dentur ad ſaccul.ex ſindone albo, cui menſuræ duæ vini albi affundantur, de quibus mane ℥vj æger ieiuno ſtomacho bibat.* Sublatis obſtructionibus color flavus breui euaneſcet, ſi balneo aquæ

 tepidæ

hepatis ſcirrhum ab initio quidẽ ſanauimus ſæpè, vbi verò ad plures dies foret extenſus, neque ipſe potui ſanare, neque vidi, qui poſſet: ſcirrhus icterum generans vel illi ſuccedens pernicioſus eſt, vnde *Hippocrat. ſect.6. aphor.42.* ait: ἐν τοῖσιν ἰκτερικοῖσιν τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι πονηρόν, *ex ictero laborantibus jecur durum fieri, malum.*

Scirrhi curatio incipitur à cauſæ antecedentis ablatione, cui remedia aduersùs obſtructionem hepatis in *præced.c.3.* annotata inſeruiunt, poſtmodum materia indurata emollientibus & aperientibus diſcutienda eſt, quorum formulas *ibid.* propoſuimus: *Zacutus Luſitanus l.2.prax med.admiran.obſeru.*48. conſeruam marrubij extollit: ſcirrho hepatis premebatur Nobilis Vir̃, qui multis remediis fruſtra vſurpatis tandem conſerua ex marrubij floribus parata per XL. dies vtebatur quantitate vnius vnciæ diluculo aſſumpta, de ſuper aqua marrubij diſtillata ebibita, inde ſenſim tumor emollitus & æger ſanitati integræ reſtitutus fuit: in ſcirrho topica etiam conueniunt, ℞. *Rad.alth.lil.alb.ã.℥j.briyon.℥ß.herb. 4.emoll.abſint.agrim.ã.Mj. flor.chamam. melil.roſ.ã. Pj.ſem.lini ℥vj.fœnigr.ʒiij.aneth ʒij.inciſa coq.in vini albi & aq.font.ã.℔vj. ad remanent ℔iv.tinctis in colatura linteis regio hepatis mane & ſerò tepidè foueatur*: dein ſeq.linimentum ordinetur: ℞. *Gumm. ammoniac. in acet. ſcyllyt. ſol ℥j. ol. cappar.℥ß. chamæm ʒiij.lil.alb.abſinth.ã.ʒij.vnguent.reſumpt.q ſ.F. linimentum tepidè vſurpandum*, poſtea ſeq. ſcutum præſcribatur: ℞. *Gummi ammoniac. in aceto ſcyllyt. ſol. ʒvj.emplaſtr.de mucilag & melil ã q ſ.F.ſ.a. ſcutum hepaticum*; deniq; fonticulus tibiæ dextræ ap-

 plican

plicandus eſt, vt aliqua materiæ peccantis portio à parte affecta deriuetur.

CAPVT VI.

De Hydrope.

IN ſcola Medicorum communiter tres hydropis ſpecies proponuntur aſcites, tympanites & anaſarca. Aſcites eſt tumor abdominis à ſeroſo humore in illius capacitate collecto oriundus: vtplurimùm non ſolùm abdomen intumeſcit, ſed etiam ſcrotum, tibiæ & pedes tumore præternaturali afficiuntur: ſeroſus humor juxta *Autorem noſtrum* quatenus aquæ naturam retinet, frigidus quidem eſt, ſed vt ſalſedinis particeps exiſtit, calorem in ſe habet, qui ex putredine augetur, quam ſerum propter diuturnam moram contrahit, vnde & febris & ſitis exoritur: interdum contingit, vt homor ille aquoſus non in cauitate abdominis ſed in veſiculis quibuſdam adnatis partibus inferioris ventris contineatur, vt apud *Schenckium lib.* 3, *obſeru.* 4. *p. m.* 413. *edit. Lugdunenſis* videre eſt: *Galenus* magna ſtipatus Medicorũ cohorte *multis in locis* aſſerit, hydropem fieri ab hepate frigidiore legitimam *αἱμάτωσιν ſanguinis generationem* non perficiente, vnde plurimum ſerum, pituita & flatus generantur: quæ ſententia vti ex mente *Autoris noſtri* de anaſarca eſt vera, ſic de aſcite & tympanite à *Recentioribus* controuertitur, propterea quod in multorum hydropicorum diſſectionibus hepar incolume repertum fuerit, vti hoc multiuariæ Medicorum Practicorum obſer

obſeruationes atteſtantur : quod frigidam hepatis intemperiem attinet, illam impugnat *Auicenna, Auerrhoës, Trallianus, Nicolaus, Alexander Benedictus, Chriſtophorus à Vega, Argenterius, Cardanus,* vti refert *Schenkius d.l. obſeru.2. p.m.*412. nunquam placere potuit *Autori noſtro,* quod mancipia *Galeni* in ipſius verba tanquam in *αὐτὸς ἔφη ille dixit* iurantia dicunt, à calida intemperie calorem natiuum diſſolui & calorẽ iſtum imminutum frigiditatis nomine donari, ſic enim in febribus diuturnis, quæ calorem noſtrum imminuunt: frigida intemperies perpetuò accuſanda fore, vnde in ſymptomatum cauſis inquirendis confuſum chaos excitaretur: *Carolus Piſo* & *Daniel Sennertus* Viri erudítiſſimi in veras aſcitis cauſas è iudicio *Autoris noſtri* altiùs penetrarunt, ſtatuentes hunc generari ex materia ſeroſa in potu cibiſque humidis contenta, quæ ab aliqua cauſa præternaturali in venis rami portæ & cauæ diutius ſubſiſtens in abdominis cauitatem effundatur: retinetur autem iſte humor ſeroſus ex impedita facultate attractrice partium, ad quas deferri ſolet, vel ob commiſſum errorem externum: præcipuæ partes, quæ ſeroſam materiam ex mente *Autoris noſtri* primò attrahere ſolent, ſunt hepar & liẽ, quorum attractio à variis cauſis læditur, præſertim autem ab imbecillitate natiui caloris, qui à frigida vel calida intemperie & ſuffocatione debilitatur: frigida intemperies à nimio alimentorum refrigerantiũ vſu, larga ſanguinis euacuatione ſpiritus confeſtim exhauriente, vel propter quamuis aliam cauſam excitata, natiuum hepatis lieniſque calorem obtundit, eorumque functiones lædit: calida intem

intemperies natiuum calorem diſſipat, vnde debilior factus actiones hepatis & lienis minus feliciter exercet, inducitur autem iſta intemperies à febribus ardentibus, vini meraci largo potu & nimio ciborum ac medicamentorum calidorum vſu: denique debilitatur calor natiuus per ſuffocationem, quando ſanguis nimiâ copiâ præſertim impurus in venis redundat, qualis in menſium vel hæmorrhoïdum ſuppreſſione accumulatur, ſiquidem per illas euacuationes corporis inquinamenta expurgentur, quæ ſuppreſſa totam ſanguinis maſſam inficiunt: porro læditur vel impeditur prædictorum viſcerum attractio ab obſtructionibus, quæ liberum materiæ ſeroſæ tranſitum impediunt, ita ſcirrhum hæpatis & lienis hydrops ſequitur, nam quoq; propter malam diſpoſitionem lienis hydropem generari ex *Hippocrate*, *Ariſtotele*, *Auicenna* & *Veſalio* docet *Riolanus lib.2.anthropogr.cap.21.* quorum Autorum verba *nonnemo* poſtea ſuis anatomicis marginibus inſperſit: iuxta hepar & lienem renes ſeroſam materiam per venas & alterias emulgentes attrahunt, vnde totum corpus in ſtatu naturali à ſuperfluo ſero liberatur, hinc ſi renum attractrix facultas ceſſauerit, maxima ſeri copia retinetur, quæ in abdomen effuſa aſcitem breui producit: feriatur autem renum attractio propter multas cauſas vt frigidam intemperiem, obſtructiones, tumores, vlcera, quæ omnia functionem illorum intercipere, imminuere & abolere poſſunt: ſpectant huc etiam renum foramina, quod Cl. *Beuerouicius in l. de calculo renum & veſicæ cap.* 1. ſeq. notabili hiſtoria confirmat: *Militis cuiuſdam hydropici, cui abdomen & crura valdè intumuerant,*

tumuerant, ſecto poſt obitũ cadauere miratus hepar & lienem optimè cõſtitutos, iuſſit renes exhiberet Chirurgus: vix admotâ manu reni ſiniſtro è foramine, quod extrinſecus in parte gibba minimũ ferè digitũ recipiebat, copioſa aqua exiliit; dexter inferiùs in parte ſima nondũ plenè perforatus ſed leuiter admoto ferramẽto aquã quoq; reddebat: vterque colore & ſubſtãtia ſanis ſimilis, intus nec pus, nec vlcus, nec arenulæ, nec calculus, nec quid aliud præter naturã, ita vt aliã imaginari cauſã non potuerim quã ab acrimonia vrinæ paulatim eroſos: notat *Riolanus lib. 2. encheirid anato, c* 28. ſæpiſſime ex imbecillitate renum non attrahentiũ ſerum hydropem produci, nec vllis diureticis etiam generoſis vias iſtas aperiri; ita ſimile aliquo modo exẽplum eheu! funereum nuper præbuit Primarium Familiæ noſtræ Ornamentum, DN. PETRVS SARASINVS, Mercator ob morum integritatem & factorum candorem Bonis omnibus deſideratiſſimus, qui

Permanſura Orbi vera virtutis imago
Venturaque decus poſteritatis erit.

Denique ob errorem externũ ſeri diſtributio impeditur, quando illud tantâ copiâ confeſtim cumulatur, vt à partibus alioquin ſanis expelli nequeat, quod præſertim illis contingit, qui per febres aut æſtus inſignes ſitibundi magna aquæ aut alterius potus tenuioris quantitate ſe ingurgitant, exempla vide apud *Carolum Piſonem in lib. de morb. à proluuie ſeroſa obſeru.* 112. & 113. per quas autem vias ſeroſa materia à venis in capacitatẽ abdominis transferatur, adhuc ſub iudice lis eſt: *Autor noſter* cũ axiomate *Hippocrateo* partium omnium μία ξύῤῥοια καὶ ξύμπνοια μία ἐστι, reſpondet: ita vrgente neceſſitate

non

non ſolùm humores tenues ac ſeroſi,ſed etiam craſſiores per meatus inſenſiles partium tranſmittantur : ſic in pleuritide pus ſanguinolentum denſam pleuræ & membranæ pulmonum cingentis ſubſtantiam penetrat,ac per anacarthaſin expellitur:ſic etiam in tibiæ fractura , quæ illæſis muſculis & cute contingit,ſanies ex oſſe fracto manans prædictarum partium ſubſtantiam penetrat : ſed *Fernelius lib.6.de part.morb,& ſymptom. cap.*8.obiicit *naturam inutiliter vias ductúſque tam multos deſtinaſſe*, ſi per cæcos meatus humores transferri poſſent: reſpondet *Autor noſter* in motu humorum naturali totius corporis nutritioni deſtinato neceſſarios eſſe ductus, per quos illi continuò, facilè & affatim fluere poſſint, ſed in caſu extraordinario & vrgente prouidam naturam vias extraordinarias inuenire, quarum ope humores noxios excernat, vt ex præcedentibus liquet : pergit *Fernelius* inſtare, *quod ex vrina dies viginti ſuppreſſa extinctis aqua nihil quicquam deprehenſum ſit per cæcos illos ductus in abdominis ſpatium refluxiſſe*: reſpondet *Autor noſter*, naturam non ſemper eodẽ modo operari circa cauſas præternaturales, neque humores noxios ad eadem loca deponere, ſed ad partes præſertim imbecilliores receptioni magis idoneas expellere : ſic in vrinæ ſuppreſſione ſeroſus humor per venas & arterias decurrit,& ſi quandã partem debiliorẽ reperiat,in illã cum impetu irruit, hinc fit,vt alij ex comate, alij ex thopnœa,alij ex alio affectu moriantur , vnde nihil impedit, quin humor ſeroſus, ſi in diſchuria partes abdominis imbecilliores reperiat , in illius cãpacitatem influere poſſit : ſed forſan hæc opinio *Fernelij*

lij rurſus eſt è numero paradoxorum, quibus antepagmentis moderni Admiratores *Ferneliani* illum excuſant. Præter dictas hydropis cauſas aliæ minus, frequentes ab Autoribus enumerantur, vide *Schenckium d.l.*& *Sennert.lib.3.part.6.ſect.2. c.3.*

Hydrops tympanites à tympano nomen habet, quoniam abdomen inſtar tympani tenſum eſt, tenſio autem illa oritur à flatibus in abdominis capacitate concluſis, aliquando tamen contingit, flatus tympanitem efficientes non in capacitatem abdominis ſed in cauitatibus inteſtinorum contineri, hinc *Platerus tom.3.prax.medic.c.3. p.m. 259. edit.vlt.* obſeruauit, flatum nullum in ſectis tympaniticis è ventris cauo erupiſſe, nec ventrem ſubſediſſe, ſed inteſtina præſertim tenuiora adeo flatibus diſtenta & conuoluta proſiluiſſe, vt in eundem ventrem reponi amplius minimè nequirent, ſimile quid annotat *Smetius l.7.miſcellan.med.cap.*4.porro obſeruandum eſt, non ſolùm flatum tympanitis cauſam in abdomine contineri, ſed plerumque ſerum permixtum eſſe,quemadmodum etiam in aſcite non ſolùm ſerum ſed flatus etiam in abdomine continentur: quomodo autem flatus in tympanite generentur, & per quas vias in abdominis cauitatem perueniant,conſule *Sennertum d.l. c.*4.

Hydrops anaſarca fit ab humore pituitoſo in totum corporis habitum effuſo, qui ideo tumidus & albus apparet, vnde leucophlegmatia nominatur: humor iſte pituitoſus generatur ab hepate frigidiori, quod pro laudabili ſanguine crudum & pituitoſum producit, qui cum membris in aſſimilatione ſufficienter agglutinari nequeat, portio illius crudior

crudior nutritioni inepta in partibus ſtagnat eaſque tumidas reddit,vnde anaſarca oritur : affectus incipiens dicitur cachexia, quæ ab eadem cauſa procedit , & ſimilia generationis principia habet, ita vt facilè cachexia in leucophlegmatiam degeneret: cauſæ antecedentes ſunt,quæcumque hepar impensè refrigerant, quod præſertim alimenta frigida & humida nec non hæmorrhagiæ copioſæ efficiunt.

Signa hydropis cuiuſcumque ex prædictis ſatis manifeſta ſunt : præſens aſcitis ita cognoſcitur, tumor æqualiter abdomen occupat, qui comprimentis digiti veſtigia non ſeruat, ægro ſe mouente fluctuatio ad latera percipitur, in progreſſu morbi difficultas reſpirandi adeſt, præcipuè dum æger decumbit,ita vt erectus manere ac ſedere cogatur, facies, brachia, reliquaque membra gracileſcunt ac contabeſcunt,pedeſque & ſcrotum intumeſcunt,

Et quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,
Quò plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ,

Sitis enim inexhauſta adeſt, quæ ab humoris ſeroſi & ſalſi copia excitatur,vrina potui ingeſto quantitate non reſpondet,quoniam maior eius portio in abdomen ſecedit, pulſus ob læſam facultatem paruus eſt,quem etiam tenſio arteriarum propter humores aquoſos ſubdurum reddit,deniq; febris continua lẽta animaduertitur ob ſeri putredinem, quæ tandem viſcera omnia labefactat & corrumpit, ita vt ſæpius ante obitum gangrenā viſcerum interiorum & partium exteriorũ præſertim in pedibus Accurati Medici obſeruarint:in tympanite moles abdominis minus grauis quàm in aſcite ſentitur,rugitus ventris , lumborũ dolor & tormina diuturna prope vmbilicum præceſ-

præceſſerunt,ægro iacente ſupino venter diſtēditur, ac durus manet,nec ad latera deuoluitur,quādo æger ſe mouet:in anaſarca non ſolū venter,crura & pedes ſed etiam bracchia,pectus,facies totumq; corpus intumeſcit,& vbicumq; digito prematur, ille veſtigiū relinquit,color cutis pallidus, carnes laxæ,vrinæ tenues & albæ ac febris lenta conſequitur.Quod prognoſin attinet:omnis hydrops periculoſus eſt & inueteratus difficulter curatur:vrinæ paucitas in hydropicis mala, & quò minor illius quātitas redditur, eò deterior morbus eſt, quia ſerū ad partē affectam regurgitat :abſceſſus vel maculæ in hydropicorum cruribus erumpentes vtplurimùm lethales ſunt : ſi æger εὐσπλαγχνος *bonis viſceribus* ſit, cibum libēter aſſumat, benè concoquat & reſpiret, aluus medicamentis celeriter moueatur, & extra purgationes aſſumptas naturaliter excernat, vrina in debita quantitate & qualitate reddatur, ſpes ſecūdæ valetudinis affulget, ſi his contraria eueniant, lethum imminet,

Hydropis curatio verſatur in materiæ heterogeneæ euacuatione, ſiue illa in abdomine ſiue in toto habitu contineatur, & cauſæ illam producentis ablatione ac viſcerum læſarum robore : cauſæ præcipuæ ſunt obſtructiones graues & ſcirrhi, quorum curationes *ex præcedent.capitibus* deſumantur, ſin autem illa non ſufficiant,ad ſeqq,hydropi magis conuenientia progrediendum, quæ pro varietate cauſarum & corporum ægrotantium à prudenti Medico variari debent : nos primò purgationem ſolemnem cum ſeq.ſacculo perutili inſtituimus,*e.g. pro viro L.annorum:*♃*.Radic.bryon.*℥ß*.eringii* ʒiii*. herb.agrimon. ceterach. hepat.nobil.chamædr.ā.*Mß.

ſummit

ſumit.centaur.min.abſinth.ā. Pi.fol.ſenn.elect ℥ii.rhabarb.opt.℥ß. mechoac. opt.ʒiii.agaric. rec. troch ʒii. ſem.aniſi ʒiii.ſal.tartar.℥ß.inciſa & cōtuſa dentur ad ſacculum ex ſindone albo,cui menſura vnica vini albi veteris affundatur,de cuius colatura mane alternis diebus cum regimine diæta ℥vi ſumantur : abſoluto hoc vino medicato ſeqq. cathartica pro neceſſitate vrgente præſcribimus, è quorum vſu magnum emolumentum ægri percipiunt:*e.g.pro eiuſdem ætatis viro,♃.Radic.ialap.optim.ʒß crem.tartar.℈ß. diagridii gr. ij. F. puluis purgans mane ſumendus cum regimine diæta:vel ♃.Magiſt. radic. ialap.gr.x ſpiritus aniſi ʒi.ſoluatur manè addendo iulep roſ q.ſ. ad grat. & ſumatur cum regimine diæta:vel ♃.Gutt.gamādr. gr.x.ol.ſtillat.fœnic.gt.i.cum mucilag.gumm.tragac.F. pilul.vii. ſumantur mane cum regimine diæta : vel ♃. Extract.catholic.℈i.ol.ſtillat.fœcic gt.i. F. pilulæ xi. deaur.& ſumantur manè cum regimine diæta:vel ♃. Folior. ſenn.elect. ʒiii. agar.rec.troch.ʒi. ß.rhabarb. elect.ʒi.ſem.aniſi,fœnic.ā.ʒß ſal.tartar ℈ii.aq.agrimon.betonic.cichor.ā.℥ii, infund per noct.mane bulliāt par. in col.℥iii.ſol.ſyr.fl. perſico.℥i.aq.cinnam. ʒii.F. potio purgans ſumatur māne cum regimine diæta:vel ♃.Syr.roſ.compoſ.ex S.R.A. in exercitat de apoplex. §.11. deſcripti ℥i.ß.elect.de ſucc.roſ.ʒii.aq.agrimon. ℥i ß.cinnam.ʒii.F.potio eodem modo ſumenda:*immediatè ante prandium *Autor noſter* ſuadet *ſyrupi domeſtici ℥i.* aſſumere, vtpote qui iuxta *illius* ſententiam aquas mirabiliter educat: nos hydropicis conſulimus, vt ſingulis ſeptimanis ter hora ante cœnam de ſeqq. pilulis nouem capiant : *♃.Extr.pilul. marocoſt.Minder.ammoniac. Quercet. ā. ℈ii.magiſt. radic.*

radic. ialap. gutt. gamandr. ā. ℈i. ol. ſtill. aniſi gt. ij. F. maſſa, ex qua pilula dimidij piſi magnit. formentur & deaurentur: aliquoties purgantium loco clyſteres iniicere conducit, quibus flatus diſcutiantur & aquæ educantur, vnde venter detumeſcit, nos ſeqq. cū fructu ordinare ſolemus: *℞. Radic. bryon. ℥i. curcumæ ℥ß. herb. chamædr. betonic. agrimon. ā. Mi. ſoldanell. Mß. flor. cham. melil. ā. Pi. ſem. lini ℥vi. carui ℥ii. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſolu. mell. anthoſ. ℥iii. elect. hier. picr. Log ℥i. ol. cappar. ℥ß. F. clyſter aliquoties iniiciēdus: vel ℞. Radic. lil. alb. ℥i. ß. herb. parietar. malu. hedi. terreſtr. ā. Mi. flor. ſambuc. Pii. ſem. aniſi ʒii. colocynth. in pet. lig. ʒi. coq. in col. ℥x. ſolu. mell. mercur. ℥iii. bened. laxat, ℥i. ß. ol. chamam. ℥i. ſal. ʒi. F. clyſter aliquoties iterandus.* Venæſectio in hydrope nunquam cōuenit, niſi à ſuppreſſione menſium eueniat, & tunc ſtatim ab initio morbi vena aperienda eſt: veſicatoria & ſcarificationes licet nonnullis aliquando profuerint, attamen ſæpius in hydropicis gangrænam attulerunt, hinc ſatius eſt prorſus ab illis abſtinere: paracenteſin *Autor noſter* omnino diſſuadet, quia pauciſſimi euadunt, præſertim cum ægri & illorum cognati hanc operationem fieri nolint niſi morbo confirmato, quando videlicet corruptis viſceribus nulla ſalutis ſpes remanet, ideo vt plurimùm ſecundo aut tertio die ab operatione moriuntur: *nonnemo* contēdit apertionem eſſe faciendam in principio morbi, antequam viſcera labem contraxerint, ſed nec tūc *Autor noſter* illam neceſſariam iudicat, quoniam illo tempore tutioribus remediis morbus profligari poſſit. Porrò experientia quotidiana docet; euacuationem humorum ſeroſorum per vrinas maius

commodum ægro afferre, quàm illã, quæ per alvum inſtituitur, hinc diuretica in hoc morbo maximè cõducunt, nos ſeqq. formulas inſigni fructu præſcribimus: *♃. Aq. ononid. frag. ſyr. citri ã. ℥iij. F. iulepus pro duabus doſibus: vel ♃. Aq. hed. terreſtr. ℥iv. geniſtæ ſãbuci ã. ℥ij. ſyr. alth. F. ℥iij. F. iulepus pro tribus doſibus: vel ♃. Rad. onod. ℥j. ß. cort. ſambuci ℥ß. ebuli ʒij. herb. heb. terreſtr. agrimon. ã. Mj. beton. chamædr. ſummit. centaur. min. abſint. ã. Mß. flor. geniſtæ Pij. baccar. iunip. ʒiij. inciſa & cõtuſa dẽtur ad ſaccu'ũ ex ſindone albo, cui menſura tres vini albi veter. affundantur, de quibus mane æger ℥vj. bibat: vel ♃. Tereb. cũ aq. malu. coct. ʒij trochiſ. alkek. ſ. o. ʒj. F. maſſa, ex qua formẽtur pilulæ dimidij piſi magnitudine, de quibus hora ante cœnam nouem ſumatur: vel ♃. Tartari vitr. ℈iv. ſal. fabar. iunip. ononid. genuſtæ ã. ℈j. miſc. diligẽter & formentur inde octo doſes, de quibus mane vna in iuſculo carneo ſumatur: aut ♃. Ciner. iunip. ℥j. ß. fab. ℥j. abſint. ℥ß. vini alb. vet. aq. font. ã ℔ ij. ſtent per noctem, poſtea colentur decies tandẽ ad ſacch. opt. ℥iij. aq. cinn. ℥iij. de hoc potu mane ieiuno ſtomaho ℥vj. bibantur*: cãdidè poſſumus aſſerere, quod aliquod hydropicos præmiſſis purgationibus indicatis hoc potu priſtinæ ſanitati reſtituimus: vel æger *guttas ſeptẽ ſpiritus terebinthinæ, ſalis aut tartari* in iuſculo carneo aliquoties ſumat, qui obſtructos meatus potenter aperiũt: porrò vinum chalybeatũ egregiè in hydrope prodeſt, cuius formulã *in prac. c. 3.* deſcripſimus, quippe omnia remedia conueniẽter hydropicis ordinãtur, quæ *ibi* contra obſtructiones hepatis propoſuimus: cantharidum vſum internũ, quoniam maligna qualitate jecur offendunt & veſicam exulcerant, cane peius

&

& angue fugiendum eſſe cenſemus:prætereà in toto curationis decurſu remedia partes inferioris ventris nobiliores præſertim hepar corroborantia præſcribantur, quia incaſſum aquas educimus, niſi nouam illarum generationem impediamus: nos ſequentes rotulas & trageam pro beneplacito ægri vſurpandam ordinamus: ℞. *Specier diarrh. abb.* ʒj.ß. *aromat.roſ.* ʒß. *corall.rubr.præp.* ℈ij. *ol.ſtill.cinnam gt.* ij. *ſacch.opt.aq.cich ſol.* ℥iv. *F.ſ.a.rotulæ: vel* ℞. *Spec. diarrh.abb.* ʒj. *diatrionſant.diamarg.frig.ã.* ʒß *ol.ſtill. mac.gt.ij ſacch.roſ.tab.* ℥iv. *F ſ.a.tragea* In hydropicorum potu magnum curationis momentum verſatur: æger parcè bibat & ſitim toleret, quantum fieri poteſt, conducit vinum album, tenue, pauco ſulphure tinctum, ſi febris vrget, ægrotus ſeq. decocto per interualla vtatur: ℞. *Rad.acetoſ.frag.ã* ʒiij. *cremor. tartar* ℥j. *inciſa dentur ad nodulum in duabus menſuris aq.font coquendum*: cibus nimia quantitate ventris inferioris viſcera non grauet, ſed parcus ſit faciliſque concoctionis, ne calor nativus præcipuum concoctionis inſtrumentum opprimatur.

LIBER XII.

De affectibus Lienis.

PRÆFATIO.

QVAMVIS lien omni morborum genere ſimilari, organico & communi afficiatur, illos tamen ſolummodo, qui in praxi frequentius occurrunt, Autor noſter *explicare decreuit, quos ſex capitibus comprehendit: Primum de inflammatione lienis: ſecundum de dolore: tertum de obſtructione & tumore aut inflatione: quartum de ſcyrrho lienis: quintum de melancholia hypochondriaca: ſextum de ſcorbutica affectione tractat.*

CAPVT I.

De inflammatione Lienis.

INflammatio lienis cum hepatis inflammatione eiuſdem naturæ eſt,& in eo tantùm differt,quod hęc frequenter à ſanguine ſiue puro ſiue bilioſo,illa autem à ſanguine melancholico oriatur, qui in liene tanquam genuino receptaculo ſubſidet, vide *Riolanum* eruditè contra *Hoffmannum* & *Aſſeclas* diſpu

diſputantem *lib.2. anthropogr.c.23.& lib.2. encheirid.anatom.cap.26.* In cauſis etiam inflammationes iſtæ conueniunt: ſola diagnoſis diuerſa eſt: ſigna inflammati lienis ſunt tumor & dolor in ſiniſtro hypochondrio, qui interdum ad diaphragma extenditur, febris aſſidua, cibi faſtidium, ſitis, moleſtus decubitus, porro cum lien multis venis & arteriis præditum ſit, idcirco inflammatum palpitare deprehenditur regioni lienis appoſita manu, & æger intra ſe volitantis auiculæ ſubſultum percipit, quod *Riolanus d.l.* ante *nonneminem* obſeruauit: ſi inflammatio lienis minus periculoſior eſt hepatis inflammatione, quia hepar cēſetur pars nobilior: ſi inflammatio lienis ægrum non interimat, vel criſi terminatur, vel reſolutione ſoluitur, vel in ſuppurationem aut ſcyrrum degenerat: criſis bona ſæpè contingit per hæmorrhagiam narium, hæmorrhoïdum, vrinæ excretionem nimiam vel alui profluuium. Curatio huius affectus eadem eſt, quam in hepatis inflammatione *praeced.libr.c.2.* propoſuimus, niſi quod venæſectio in brachio & topica in hypochondrio ſiniſtro inſtituenda ſint.

CAPVT II.

De dolore Lienis.

DOlor interdum lienem affligit citra febrem & duritiem, qui à flatibus originem trahit & lienis membranam diſtendit: ex nimio dolore accidere poteſt, vt ligamenta lienis rumpantur, tunc

ille in hypogaſtriū prolabitur, quod *Riolanus lib. 2. anthropogr. c. 21.* ante *nonneminē* monuit, hoc ſe quater vidiſſe teſtatur *lib. 2. encheirid. anatom. cap. 16.* & tūc imperiti ac incauti Medici ſpecie molæ vel ſcirrhoſi vteri in mulieribus, & in viris ſpecie tumoris glanduloſi inſtar ſteatomatis in meſenterio latentis falluntur. Dolor lienis à colico dolore ita diſtinguitur, quòd ille grauans in vno loco figatur, hic autem acutus & mobilis ad totum ventrem excurrat: ante omnia conuenit ſeq. clyſter *e g. pro viro XXX. annor. ℞. Rad. polypod. ℥j. cort. tamaric. ℥ß herb. beton. ceterach. cuſcut agrimon. ā. Mj. flor. geniſt. Pj. ſem. carui ʒiij. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſolu. mell. anthoſ. ℥iij. elect. leniti u. ℥j. ß. ol. anet. ℥j. cappar. ℥ß. F. clyſter pro neceſſitate reiterandus: dein ℞. Fol. ſenn. elect. ℥iij ſem. aniſi ʒj. aq. meliſſæ, beton. veron. ā. q. ſ. infund. per noct. mane bull. par. in col. ℥iij. ſolu. ſyr fl. perſicor. ℥ß. aq. cinnam ʒij F potio purgans mane cum regimine diætæ ſumenda & pro neceſſitate reiteranda: pro ℞. Ol. cappar. ℥ß. abſinth. chamam. ā ʒij. vnguent. reſumpt. q. ſ. F. linimentum, quo regio lienis calidè illinatur.*

CAPVT III.

De Obſtructione & inflatione Lienis.

Lien frequentioribus obſtructionibus obnoxium eſſe ideo cenſemus, quoniam laxum fungoſúmque eſt craſſioris & fæculenti ſanguinis receptaculum, vt *primo huius libri cap.* indigitauimus: ſanguis autem iſte craſſus, dum nimiâ quantitate in venis

venis & arteriis luxuriat, obſtructiones ac inflationes lienis contumaces producit, vnde ægri communiter lienoſi aut ſplenici appellantur: refert *Aëtius terrab.3. ſerm.2. cap.7. & 16.* in lienoſis adeo increſcere & diſtendi lienem, vt interdum longitudine ſua ad inguen proueniat, & latitudine jecur contingat, quod etiam *Aretæus lib.1. de ſign. & cauſ. morbor. diuturn. cap.14.* ſcribit, hinc in *Pluti curculion. act.2.* de magnitudine lienis *Cappadox* ita conqueritur.

Valetudo decreſcit, accreſcit labor,
Nam iam quaſi zona liene cinctus ambulo,
Geminos in ventre habere videor filios,
Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar miſer.

Vnde ſplenicorum lien in diſſectionibus variam figuram exhibet, eſt triangularis, globoſa, acuminata, quandoque lien in parte ſuperna, quod *Hippocrates* & *Rufus* caput nominarũt, craſſum & rotundum occurrit, & in parte inferiori, quæ cauda *Hippocrati* dicitur, gracilior exiſtit, vti *Riolanus d. l.* & *Piccolomineus anatom. prælect.21.* ante *nonneminem* obſeruarunt. Cauſæ lienis obſtructionem producentes eædem ſunt, quæ in hepatis obſtructione, *ſupra* propoſuimus: ſæpiſſimè vtrumq; viſcus ſimul afficitur: morbus eſt contumax propter lienis mollitiem & laxitatem, qui ab humoribus imbibitis difficulter liberatur, hinc ſi obſtructiones non citò reſoluantur, in ſcirrhum degenerant, ſtatim ab initio morbi clyſter, potio purgans & linimentum *in præcedenti capite* ordinatum præſcribatur, ſimulq; illa etiam conſulantur, quæ contra hepatis obſtructiones ſupra *lib.11. cap.3.* in medium protulimus, in primis

conducunt *pilulæ ammoniac. Quercet.* & *vinum chalybeatum ibidem* deſcriptum: *Amatus Luſitanus centur.5.curation.61.* prius tamen corpore conuenientibus purgationibus emundato *decoctum radic.chinæ per dies* 20. commendat.

CAPVT IV.

De Scyrrho Lienis.

MAteria lienis obſtructionem efficiens diuturnâ morâ craſſeſcit, & ſcirroſam duritiem contrahit, cum autem eadem ſit natura ſcirrhi lienis & hepatis, quæcúmque de hepatis ſcirrho dicta ſunt, ad ſcirrhum lienis etiam commodè transferuntur, hinc diagnoſis ſcirrhi lienis cum ſcirrhi hepatis diagnoſi coincidit,niſi quod in illo durities & renitentia in hypochondrio ſiniſtro percipiatur: ab inflatione lienis diſtinguitur, quod in ſcirrho major ſit grauitas, quæ etiam digitis compreſſa non recedit. Prognoſis & curatio ſcirrhi lienis eadem eſt, quam pro hepatis ſcirrho annotauimus, porro conducunt illa remedia,quæ *in præcedenti capite* propoſuimus: in ſcirrho lienis venæſectio non conuenit: *veteres* in antiquis lienis affectibus(quod *Riolanus d. l.* ante *nonneminem* rurſus obſeruauit) hypochondrium ſiniſtrum vrebant, ſed non ad lienem vſque ferrum adigebant. *Trallianus lib.8. cap.13.* refert, ſe militem ſcirrho lienis laborantem curauiſſe, cui tota lienis regio barbaricis ferramentis candentibus inuſta fuerat:turcicis curſoribus lienem inuri narrat *Roſſetus*,ſed modum nunquam reſcire

ſcire potuit *Nicolai in ſuis peregrinationibus orientalibus*, vti refert *Riolanus lib. 2. anthropogr. c. 23.* quem ex accurato Cl. *Burckardi* iudicio

—— Nec ventura ſilebunt
Luſtra nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.

CAPVT V.

De affectione Hypochondriaca.

AFfectio hypochondriaca eſt colluuies vitioſorum humorum imprimis melancholicorum, in ramis venæ portæ & arteriæ cœliacæ ac meſentericæ in hypochondrio præſertim ſiniſtro, inter ventriculum & lienem, è qua vapores & humores ad alias partes tranſmiſſi varia ſymptomata excitant. Liens pars affecta præcipua cenſetur, cum ſit verum, vt antea diximus, humoris melancholici receptaculum, vnde etiam affectio hypochondriaca ad morbos lienis commodè refertur.

Oritur hoc malum imprimis ab humore melancholico aduſto, qui atra bilis nominatur, nec non ab aliis humoribus aduſtis & torrefactis, hinc magna ſymptomatum varietas exurgit, de qua inferiùs dicetur. Humores iſtos vitioſos calidior hepatis intemperies ſæpè producit, vnde hepar chylum crudiorem in humores aduſtos conuertit, quos dum lien per ramum ſplenicum attrahit, fomitem huius mali recipit: fieri etiam poteſt, vt citra hepatis intemperiem ex prauis alimentis ad productionem humoris melancholici inſeruientibus hic affectus gene

generetur, imo ſanguis laudabilis propter ſuppreſſionem menſiũ in vaſis vterinis exuritur & humoris attrabilarij naturam inducit, vnde paſſio hypochondriaca ab vtero originem trahit: oritur etiam hic affectus ex vitio ventriculi alimenta probè non concoquentis, ſed ea in nidoroſam cruditatem conuertentis, ex qua deinde in hepate & liene vitioſi ſucci generantur: colliguntur autem praui iſti humores in maioribus venæ portæ, & arteriæ cœliacæ ac meſentericæ ramis, vbi fermentationes horrendæ fiunt, à quibus euaporationes tetræ ad cerebrum, cor & diaphtagma eleuantur, quæ ſymptomata varia inferius enumeranda in illis partibus ſuſcitant: imò in ipſis viſceribus humores prædicti continentur liene præſertim, pancreate & glandulis meſenterij, nam harum partium ſubſtantia mollis & ſpongioſa humores facilè imbibit & ſemel imbibitos difficillimè deponit. Cauſæ antecedentes ſunt I. cibi concoctu difficiles ac generando humori melancholico idonei, de quibus infra in diæta: II. animi pathemata grauiora præcipuè diuturnus mœror, à quo ingens fit ſpirituum diſſipatio, vnde concoctiones debilitantur & magnus cruditatum prouentus oritur: III. quies & otium huic malo occaſionem præbent, quia efficiunt, vt plurima excrementa in corpore retineantur, inprimis ſi meditationes ac lucubrationes continuæ accedant, vnde literati & vitam ſedentariam agentes huic affectui maximè obnoxij ſunt.

Diagnoſis huius morbi ex ſymptomatibus petenda eſt quorum maximus numerus, etenim omnes propemodum corporis partes principaliores labem

labem aliquam contrahunt, quando is ad ſummum gradum peruenit: nos tantùm primaria ſymptomata cum *Autore noſtro* explicabimus, ſi prius tamē admonuimus illa propter diuerſitatem ſubiectorum & humorum peccantium non ſemper ſimul adeſſe, ſed alia in his alia in illis obſeruari. Ventriculus in hoc affectu plerumque cibos malè concoquit, quos maiori ex parte in materiam aqueam, acidam & viſcidam commutat: ructus frequentes & murmura hypochondriorum ſolent contingere propter copiam flatuum, qui ex crudis & melancholicis humoribus generantur, ac nonnunquam in dorſo & lumbis dolores excitant nephritidem æmulantes, præſertim ſi vrina craſſa & rubra hypochondriacæ paſſioni familiaris excernatur: *Monachus Franciſcanus* apud Cl. *Rolfincium lib. 3. epitom. cap.* 11. ſimul plica laborans Polonica ructus edebat adeo ſonoros, vt per totum clauſtrum exaudirentur, & adeo crebros, vt quadrageſimum numerum nonnunquam vnâ horâ excederent: honeſta fæmina *Salfeldiæ* ructibus adeo clangoſis vngebatur, vt illos vicinarum ædium incolæ audire potuerint. Aluus ſæpè adſtricta eſt, quando nimirum cibus in materiam viſcidam ac glutinoſam commutatur, quæ cum inteſtinis adhæreat, alui conſtrictionem parit, cum facultas expultrix viſcidum illum humorem excernere nequeat, niſi à medicamentis adiuuetur, interdum fluxus alui contingit, ſi humores acrimoniam contrahant, & bilem aut feruidam melancholiam admixtam habeant: æſtus in hypochondriis percipitur ab humoribus calidis & feruidis ibidem contentis, ſolet iſte calor ſe magis

exſere

exſerere, quando humores ab aliqua cauſa interna vel externa commouentur, itavt ex vaporibus eleuatis facies incaleſcat,ac rubore ſuffundatur,imo interdum febris ephemera excitetur: vrina in hoc affectu varia eſt nunc tenuis nunc craſſa, tenuis fit, quando humores craſſi vrinæ vias obſident, ita vt partes tenuiores tantùm permeare valeant, craſſa, rubra & turbida fit ob materiæ craſſæ admixtionem, aliquando matulæ parietibus adhærent arenulæ rubræ multis calculi metum fruſtra incutientes, cum huiuſmodi arenulæ ex mente *Autoris noſtri* non in renibus ſed in hepate ex materia aduſta & ſalina generentur,vnde digitis attritæ inſtar ſalis facilè diſſoluuntur, quod in arenulis renum non contingit;nouit *Antonius Valetius in exercit.ad l.1. Holler.de morb.intern. c.* 40. virum religioſum, cum quo familiariter quotidiè verſabatur, qui ter aut quater in anno maximè ineuntibus vere aut autumno lien intumuit, tunc prominulus tumor inſtabat, & æger dolore hypochondrij infeſtabatur, ac toto corpore ſubliuidus fiebat, ſed tandem per 5. aut 7. dies erumpentibus vrinis atramento ſimilibus priſtinam incolumitaem reſumpſit tumore & grauitate hypochondrij euaneſcentibus: cordis palpitatio interdum accidit ob vapores ad cor aſcendentes, quo dum illos expellerere nititur, violenter & inordinatò mouetur, tunc ægri ſe in magno vitæ periculo conſtitutos exiſtimant, & auxilium anxiè requirunt, lien autem cum corde iuxta *Riolanum lib.2.anthropogr. cap.26.*per arteriam inſignem peculiarem & admirabilem communicat: pulſatio nonnunquam in ſiniſtro hypochondrio

perci

percipitur, quando ſcil. feruidi humores ibi exagitantur,& arteriarum motum inordinatum efficiunt, ita vt ægri & adſtantes manum hypochondrio ad-..s pulſationem iſtam animaduertant, quæ tunc inprimis commouetur, quando ægri ab ira, motu vehementiore aut meri largiore potu incaleſcunt : vapores tetri ab hypochondriis ad partes ſuperiores eleuati quamplurima ſymptomata producunt, ſi diaphragma obſident, difficilem reſpirationem efficiunt, ſi ad membranas cerebri feruntur, dolores capitis inducunt,ſi cerebrum ipſum impetunt, tinnitus aurium, caliginem oculorum, vertiginem,metum, mœſtitiam & deliria melancholica diuerſa adferunt, ſi vapores malignitate aliqua partcipes principium neruorum vellicant, conuulſiones & epilepſiam producunt, quando autem in cerebro condenſantur, apoplexiam generant, vide *exercitat. de apoplex.* §. 3. ſi vapores illi calidi & ſicci fuerint, vigilias moleſtas,ſomnos perturbatos, inſomniaque truculenta efficiunt,& imprimis vigiliæ poſt mediam noctem diſcruciant. Quod prognoſin attinet, affectus ille vtplurimum lethalis non eſt,ſed cum longo tempore duret,ſæpè per totum vitæ decurſum affligit, vnde opprobrium Medicorum dicitur,quoniam illic hoc malum auerruncari non poſſunt.

——*Cum ſtirpibus imis,*

Nam ægri facilè recidiuam patiuntur, nominatur etiam flagellum Medicorum, quia ægroti quotidie noua remedia poſtulant & aſſiduis quærimoniis nunc hos nunc illos Medicos laceſſunt : vomitus cum εὐφορίᾳ, aluus libera & modicus hæmorrhoïdum

rhoïdum fluxus ægrum iuuat:vrina tenuis craſſiore peior eſt in hoc morbo, quoniam craſſos humores retineri arguit : diuturna vertigo aut cephalæa in hoc affectu epilepſiam aut apoplexiam denotat.

Si vllo alio in morbo diæta exquiſita & accurata opus eſt, certè in hoc maximè neceſſaria requiritur, cum ille vtplurimùm à diætæ erroribus oriatur aut foueatur : primò eligatur aër temperatus, ſubtilis, ſerenus, lucidus, fugiatur craſſus, tenebricoſus, obſcurus, fœtidus : cibus & potus nec quantitate nec qualitate nec ordine inconuenienti peccent, omittantur cibi craſſi, flatulenti, δύσπεπτοι καὶ κακόχυμοι, quales ſunt vetus caro bubula, hircina, anſerina, anetina, dura, ſalſa, fumo exſiccata, &c. legumina, lentes, fabæ, braſſica &c. intermittantur vina craſſa & cereuiſia turbida &c. econtra aſſumantur cibi εὔπεπτοι καὶ εὔχυμοι, quales *in exercitat. de apoplex.* §. 13. propoſuimus : piſcibus condimenti loco cappares addantur : iuſcula borragine, cichoreâ, endiuia, acetoſâ, fragariâ & bugloſſo præparata egregiè conducunt : in vere conueniunt lupuli, aſparagi, petroſelinum, cichoreum, quæ tamen magis cocta quàm cruda vſurpentur: pro potu vinum conuenit moderatè ſumptum album, tenue, clarum, pauco ſulphure tinctum : vigiliæ immodicæ nocent, hinc ſi ſomnus ſponte non ſuccedat, arte concilietur; hîc præſtat laudanum noſtrum : corpus opportuno tempore in locis amœnis iucundè exerceatur, vt inde ſuſcitatus calor natiuus alimenti diſtributionem & excrementorum propulſionem adiuuet : curæ & meditationes profundæ relegentur, ægrique ad frequentanda hominum conſortia,

ſortiâ inuitentur. Curationi legitimæ ſeqq. remedia egregiè inſeruiunt : præmiſſo clyſtere *in præced. cap.* 2. annotato infuſum purgans ordinetur, *e. g. pro viro* 49. *anorũ : ℞. Folior. ſenn. elect. ℥iii. ſalis tartari ʒi. rhabarb. opt. ℈ii. ſem fœnic. aniſi ã. ʒi. aq. borragin. cichor. ſcolopend ã ℥ii. ß. infund. per noct. mane bull. par. in col. ℥iii. ſolue ſyr. flor. perſicor. ℥ß. F. potio purgãs mane cum regimine diæta ſumenda & vrgente neceſſitate reiteranda, cui in valde melancholicis confect. alkerm ʒi. conuenienter additur* : dein venæſectio in brachio & manu ſiniſtra inſtituatur : ſi aluus ſit nimiùm adſtricta, paſſulæ vel pruna aut pilulæ Benedictinæ opportuna in hoc affectu remedia ordinentur, quarũ compoſitiones *in exerc. de apoplex.* §. 13. propoſuimus, nam præcipuum huius curationis momentum eſt, vt aluus ſemper libera ſeruetur: ſi humores per interualla educendi ſunt, ſacculus apozema purgans ordinetur, quæ nos etiam *d. l.* annotauimus : poſt ſufficientes purgationes balneum aquæ tepidæ per aliquot dies vſurpatum conuenit, in quo herbæ refrigerantes vtiliter coquuntur: dein conducit vinum chalybeatum *ſupra lib.* 11. *cap.* 3. deſcriptum: quia autem hic affectus contumaciſſimus eſt, & temporis progreſſu nouus prauorum humorum cumulus ſuccreſcit, purgationes periodicæ rurſus cum ſacculo prædicto aut apozemate inſtituantur: poſtea tempore præſertim hyemali ordinentur pilulæ *ſuprà l.* 11. *c.* 3. contra obſtructiones hepatis deſcriptæ : ſi purgantia medicamenta frequenter exhiberi nequeant, & illa ægrotantes morbi diuturnitate fracti aſſumere nolint, conducit clyſteres iniicere, vt vapores ſurſum vrgentes reuellantur &

humo

humoris peccantis portio educatur, formulam *in præced. c.2.* propoſuimus:nobilem quendam virum paſſione hypochondriaca diu & grauiter affectum *Autor noſter* cognouit,qui ex clyſteribus frequenter iniectis ita alleuatus fuit, vt omnino ſanus videretur, poſteaquam multis aliis remediis fruſtra vſus fuiſſet: roborantia remedia intermediis temporibus vſurpanda ſunt,quæ ſimul obſtructionum apertioni & viſcerum robori inſeruiunt:*℞.Conſeru.roſar.rubr.borragin. betonic. ã.℥i.cortic.citr.cond.℥ß. confect. alkerm.ʒi.ſyr.corallor.q.ſ.F.mixtura:vel ℞.Specier. diarrh.abbat. ʒi.lætificant.Gal.℈ii.corall.rubr.præpar. ℈i.ambr.griſ.gr.ii.moſchi gr.i.ſacchar.roſ.tab. ℥iii.F. ſ.a.tragea:vel ℞.Specier.diambr.diamoſchi diatrionſant.ã.℈i.confect.alkerm.ʒi ſacch.opt.aq.borragin.ſol. ℥ii.F.ſ.a.rotulæ,de quibus pro lubitu æger ſumat: vel ℞.Sal.abſinth.tamar.ã.℈ii. F.puluis pro quatuor doſibus cum inſculo carneo ſumendus*: ambra griſea ad *gr.ij.*cũ vino aut aqua roſarum exhibita ſpiritus maximè exhilarat:nõnulli Practici lapidis Bezoar oriẽtal.ver. vſum contra omnes morbos melancholicos valdè probant, cuius *gr.iij. aut v.*in aqua roſar. aut alio liquore conuenienti exhibẽt, cum ille vires cordis mirum in modum reficiat, ſed cum hæc duo remedia valdè carè æſtimentur illa ſaltem Opulentioribus præſcribuntur: corpore prius ſufficienter repurgato æger menſe Majo ſerum lactis caprini debito modo & cum regimine diætæ bibat, quod viſcerum obſtructiones blandè reſerat & calidam intemperiem emendat, dein ſubſequenti menſe Iulio ad acidulas ſe conferat, quæ cæteris remediis in hoc morbo palmam præripiunt,

poten

potenter enim partium calidiorem intemperiem corrigunt, viſcera obſtructa aperiunt & humores vitioſos per aluum vrináſque educunt, tempore vindemiali vinum medicamentoſum ex muſto recenti paretur, cuius formulam *in exercitat. de apopl* §.13. propoſuimus: dum remedia interna vſurpantur, externa etiam admovenda ſunt, qualia adverſus hepatis & lienis obſtructiones ſupra propoſuimus: cum ventriculus in hoc affectu ſemper in conſenſum trahatur, finitâ mensâ pulvis aut tabulæ poſt paſtum vſurpentur, quorum elegantes formulas *in exercitat. d.*§. annotavimus: in ipſo paroxyſmo, quando vapores ab hypochondriis elevati cerebrũ, cor aliaſque partes incurſant, & gravia ſymptomata, vt dolores capitis, conuulſiones, tremores, cordis palpitationes & ſpirituum diſſipationes producunt, nos ſequens remedium ordinamus: ℞. *Aq. antiapoplectic. in dicta exercitat.* §.12. *deſcripta* ℥iij. *cardiac. ibid.* §.11. *propoſita, aq. meliſſæ ā.* ℥j.ß. *cinnam.* ℥ß. *ſacchar. opt.* ʒvj. *ambr. griſ. gr. ij. Miſce, de quo ſæpe aliquot cochlearia æger aſſumat.* Lectori beneuolo non diſplicebit, ſi quædam elegantiora ex erudita Summi Viri *Iuſti Lipſij epiſtola* 18. *cent.* 3. *ad Belgas* ſub finem huius capitis adſcribamus, illa enim calamitoſum huncce morbum vt communem humani generis hoſtem ſuccincta quaſi in tabella viuis coloribus depingunt: *Peſſimus iſte morborum vexat, trahit, lancinat per interualla, & omnino eſt pro Tyranni illius voto, qui homines* ſic mori *volebat,* vt ſentirent ſe mori: *decem amplius annos in eo ſum, veſpertilio (vt ſic dicam & iocer) nec inter ſanos nec ægros & media cuiuſdam ſortis: non inter palam ægros*

 dico,

dico, ambulo, fabulor alia vt alij ago, & pluſquam alij comedo ac bibo: nam habet hoc iſte languor, vt homines edones faciat, & in cibum ac menſam ſtatim ſua hora vel ante horam imminentes, quam bilis mihi tunc prompta, ſi non cibi, & facit hoc calor atque æſtus circa imum ſtomachum incluſus, obſtructiunculæ illic in venulis meſeraicis, quas Medici vocant, heu nimis mihi notis: inde fluctus, inde vapores, qui caput petunt & ſacram hanc mentis ſedem: ô quis Deus aliquando me liberet? quis annum det vnum vacuum ab hac noxa? ita horæ & dies labuntur in vinculis & nexu triſtioris morbi, nec temerè appello vincula, non enim corpus ſolum ligat, pigrum tardúmque reddit, ſed linguam, ſed mentem & vno verbo ex homine cadauer pene facit.

CAPVT VI.

De affectione Scorbutica.

IVxta *Autorem noſtrum* ſcorbutus nihil aliud eſt, quàm affectio hypochondriaca peculiarem malignitatis gradum adepta, vnde nonnulla ſymptomata oriuntur, quæ in paſſione hypochondriaca non contingunt: à ſingulari autem & occulta corruptione humoris melancholici iſta malignitas producitur, quæ præſertim ex contagio innoteſcit, ſiquidem hunc morbum contagioſum eſſe Practici atteſtentur: ſed quemadmodum omnes malignitatis ſpecies in humoribus latentes: ex quibus varij morbi promanant, humanam cognitionem effugiunt, ſic malignitas ſcorbutica etiam occulta manet: certè admi

admirandum eſt, quanta morborum varietas emergat ex variis gradibus malignitatis in humores introductis, à quibus febres malignæ, peſtilẽtes, variolæ, cancer, elephãtiaſis, lues venerea, aliíque affectus diuerſiſſimi oriuntur, licet enim cancer, elephantiaſis & ſcorbutus ex peculiari malignitate humoris melancholici originẽ trahãt, nihilominus iſti morbi toto cœlo inter ſe differunt, nemoque varios iſtos malignitatis gradus explicare poteſt: heu! quantũ eſt, quod neſcimus Medici: magnam ſcorbuti & paſſionis hypochondriacæ ſimilitudinem oſtendunt ſymptomata vtrique affectui communia, vt cruditates ventriculi, diſpepſiæ, ſaliuationes frequentes, vomitus materiæ pituitoſæ, acidæ aut nidoroſæ, murmura & rugitus hypochondriorum, eructationes & flatuum per inferiora exploſiones, dolores ab iiſdem flatibus in ventriculo & hypochondriis excitati, aluus interdum adſtricta & nonnunquam nimiũ laxa, æſtus hypochondriorum, vrina nunc tenuis nunc craſſa, cordis palpitatio, ſiniſtri hypochondrij pulſatio, difficilis reſpiratio, dolores capitis, aurium tinnitus, oculorum caligines, vertigines, metus, triſtitia, deliria melancholica diuerſa, conuulſiones, torpores, vigiliæ, ſomni perturbati & inſomnia terrifica: quando autem præter hæc ſymptomata enumerata etiã alia apparent, quæ in paſſione hypochondriaca non reperiuntur, neque ad alium affectum cum illa complicatũ reuocari poſſunt, magna ſcorbuti coniectura naſcitur, horũ ſymptomatũ præcipua ſeq. eſſe *Autor noſter* iudicat, quæ omnia in vno ægroto concurrere neceſſariũ non eſt: primũ igitur atq; euidentiſſimũ ſcorbuti ſignum eſt affectio gingiuarum, oris

& dentium, in gingiuis contingit rubor, pruritus ac putrefactio, ex iis plerunque ſanguis effunditur, & teterrimus odor exſpiratur, quæ mala interdum faucibus & palato communicantur nec non dentibus,qui vacillantes ac nigredine infecti redduntur: ſecundum ſcorbuti ſignum petitur à maculis crura & tibias inuadentibus, quæ in principio rubræ & in progreſſu purpureæ, liuidæ ac nigræ apparent, fiunt autem huiuſmodi maculæ ex ſeroſa ſanguinis parte ad corpus alendum inutili, quam natura per *ναυσίωσιν φλεϐῶν*, vt *Hippocrat. lib. de fractur.* loquitur, in cutem propellit, hoc frequenter in cruribus & tibiis contingit, quoniam natura vitioſos humores ad partes ignobiliores ac remotiores expellere conſueuit, aliquando tamen,vbi maior eſt materiæ copia,etiam in dorſo,brachiis ac facie effloreſcunt: tertium ſignum eſt difficilis reſpiratio & pectoris anguſtia, quæ tum à craſſis euaporationibus tum ex tumoribus atque inflationibus hypochondriorum oritur, vnde diaphragma impetitur aut comprimitur; præſertim hæc dyſpnœa iuxta *Autoris noſtri* ſententiam ex tumore pancratis originem trahit, quod in hoc morbo vtplurimùm humoribus craſſis ac melancholicis impletur, ſed ægri locum affectum, in quo grauitatem ſentiunt, & cuius cauſa difficulter reſpirant, ſub diaphragmate ad ventriculi regionem oſtendunt:ex *Autoris noſtri* edicto nullus ſcriptor Practicus de pancreatis tumore mentionem fecit,quem in Ampliſſimo Senatus Gratianopolitani Præſide *Domino Audeyero* affectionem ſcorbuticam patiente *Autor noſter* animaduertit, vt *centur. 3. obſeruat. 85.* refert: quartum ſignum eſt

eſt laſſitudo ſpontanea & grauitas corporis præcipuè in cruribus, quæ fit à ſeroſis & vitioſis humoribus per vaſa ad habitum corporis & muſculoſum genus delatis: quintum ſignum petitur ex vrinis maximè variantibus, quippe nunc turbidæ ac craſſæ, nunc tenues & aqueæ, nunc citrinæ nunc aureæ, nunc rubræ apparent, imo tanta eſt interdum vrinæ craſſæ copia & acrimonia, vt vrinæ ardorem atque ſtillicidium excitet, vnde incauti calculum veſicæ falsò ſuſpicantur: ſextum ſignum ex pulſu deſumitur, qui nunc debilis eſt, inæqualis ac ferè formicans, vt mirum ſit, hominem cum tali pulſu viuere poſſe, nunc magnus & durus abſque inflammatione obſeruatur, imò adueniente animi deliquio, quo ægri ſæpe diuexantur, pulſus maior ac fortior quàm aliis temporibus reperitur, quod procedit ex conflictu cordis vapores craſſos, à quibus tunc affligitur, expellere conantis: ſeptimum ſignum petitur ex doloribus varias corporis partes affligentibus, adeſt enim interdum dolor crurum obtuſus aliquando tendens, plerumque ὀστοκόπος *oſſa tundens*, nunc dolores excitantur in ſuris, nunc circa talos, nunc in plantis pedum, nunc circa manuum & digitorum extrema, nunc in genuum aliarúmque partium articulationibus, prout humores ſalſi, acres & ſeroſi ad eas deferuntur, nonnunquam ventris dolor contumax & acerbus ægrotantem affligit, qui colicam bilioſam æmulatur, & à prædictis humoribus oritur: iſti autem dolores, præſertim qui brachia, coxas & tibias occupant, illos referunt, quos lue venerea infecti patiuntur, vnde Medicis facile imponunt, verùm inde diſtingui poſ-

 ſunt,

ſunt, quod dolores venerei plerumque internodia ſeu medias artuum partes teneant,& ſi diu perſeuerent exoſtoſes efficiant, porrò adhuc alia luis venereæ ſigna adſunt,vt impurus concubitus, pudendorum caries, gonorrhœa &c. dolores autem ſcorbutici quaſcunque partes indifferenter inuadunt, aliáque adſunt ſcorbuti indicia, aut ſaltem temperamentum melancholicum prædominatur, res certa determinabitur, quando æger candidè aſſeuerat, ſe cum infectis mulieribus rem non habuiſſe, inde cum *Nemauſenſis Magiſter* grauiſſimis pedum,crurum & tibiarum doloribus diu vexatus, & ad extremam maciem deductus fuiſſet, ita vt multis fruſtra remediis vſurpatis in maraſmum inclinaret, *Autor noſter* ex temperamento illius valdè melancholico vitáque pudica tranſacta, & quod à multis annis fluxum ſanguinis è gingiuis paſſus fuiſſet, ſcorbuticum affectum eſſe conjecit,hinc æger antiſcorbuticis remediis vſus omninò conualuit: interdum etiam in hypochondriis dolores iſti reſident, & interdum lumbos afficiunt, vt ægri quaſi elumbes reddantur,ac vix progredi poſſint, vnde hinc affectus lumbago nominatur; quandoque iſti dolores æmulantur nephriticos, nam dum in hoc affectu vrinæ rubræ aut ſubnigræ minguntur,& niſi diligenter conſiderentur, pro cruentis habentur, illas è renibus à calculo læſis prouenire creditur, cum tamen ex materia tartarea & ſcorbutica à liene viciniſque partibus ad vrinæ vias effuſa promanent: nonnullos etiam ex vaporibus calidis aſcendentibus dolor capitis circa veſperam infeſtat, vnde calor inſtar febrilis in toto corpore noctu ſentitur,qui

manè

manè per ſudores euaneſcit : dolor dentium frequens ac vagus nunc dentem hunc nunc illum inuadens ac relaxans ſcorbutum comitatur , ſed dolore ac tumore diſcuſſo dentes ſpontè rurſus firmantur : latera nonnunquam inuadit ſcorbuticus dolor pleuritidem ementitus,à qua tamen facilè diſtinguitur, nam in illo nulla febris, tuſſis, dyſpnœa & lateris punctio continua vrget : quòd dolores ſcorbutici articulos inuadant , antea dictum eſt, nunc quomodo à vera arthritide diſcernantur , explicare oportet : Arthritis ſcorbutica permanens non eſt,nec in vno eodémque loco ſubſiſtit, ſed per varios articulos vagatur , & ab vno in alium atque alium eiuſdem vel oppoſiti lateris transfertur , interdum etiam euaneſcit ac ſubinde reuertitur , vt qui iam à dolore liberatus & integræ ſanitati reſtiturus videbatur, mox iterum dolore cum & ſine tumore corripiatur : at vera arthritis locum rarò mutat , ſed partem ad ſolutionem vſque obſidere non deſinit : octauum ſignum deſumitur ex motus læſione, interdum enim ægris ſpuria pareſis ſuperuenit,quam humores aut vapores muſculis ſe inſinuãtes producunt , ſi materia acrimoniæ particeps fuerit , partes neruoſas vellicando , tremores & conuulſiones efficit , imo ex tranſlatione humorum ſcorbuto epilepſia aliquando accedit : nonum ſignum deſumitur ex alui fluxu ſimplici vel ſanguineo : ſanguineus à dyſenteria diſtinguitur, quod ſine ventris dolore ac torminibus contingat, à ſanguine craſſo & fæculento oritur, qui per venas meſeraicas in inteſtina effunditur, interdum etiam venæ hæmorrhoidales ſanguinem iſtum fæculentum

recipiunt,& per aluum euacuant: decimum ſignum eſt oris grauis anhelitus iuxta *Eugalenum* omnibus ſcorbuticis quàm familiaris, ita vt adſtantes eum vix ferre poſſint,& nares auertere cogantur: vndecimum ſignum eſt horror frequens, quem nullus aut minimus calor ſequitur, & eodem die bis, ter vel pluries redit: duodecimum ſignum petitur à febribus,quæ interdum ſcorbuticis accidunt, & characteres à vulgarium febrium characteribus longè diuerſos habent, nam in principio acceſſionis vtplurimùm tantæ fiunt membranarum in variis partibus præſertim cruribus vellicationes, vt carnes dilacerari videantur, porrò licet nonnunquam iſtæ febres quotidianæ, tertianæ aut quartanæ typum ſeruent, ſæpius tamen inordinatos paroxyſmos decurrunt, vt tantùm ſemel aut bis in menſe ſine certis periodis inuadant:, decimum tertium ſignum deſumitur à tumoribus, qui in variis partibus varij nunc duri, nunc molles veſicarum ſpeciem referentes, nunc ad eryſipelatis naturam accedentes conſpiciuntur: decimum quartum ſignum eſt atrophia, quæ tanta interdum in affectu diutius perſeuerante contingit, vt æger nihil aliud ſit quàm cadauer ſpirans: plura adhuc ſcorbuti ſigna proponuntur ab *Eugaleno*,*Sennerto* & aliis,quorum nonnulla plurimis morbis communia ſunt, quæ *Autor noſter* ſilentio inuoluit, ne confuſio ſignorum diagnoſticorum introducatur. Quod prognoſim ſpectat, ſcorbutus ſicut omnis morbus ab humore melancholico oriundus curatu difficillimus eſt, præſertim cum humor melancholicus in hoc affectu malignam qualitatem contraxerit, quæ corporis

æcono

œconomiam crudelius euertit & maximam remediorum partem contemnit; periculoſus etiam eſt, quia ſæpe in atrophiam, hydropem, apoplexiam & ſyncopen cardiacam degenerat: præterea ſæpe pulſus deludit, qui in febrium ſcorbuticarum paroxyſmis ita frequens paruus & inæqualis euadit, vt æger intra paucas horas moriturus videatur, qui tamen finito paroxyſmo ſurgit, & ad conſueta munia reuertit, quod *Autor noſter* in Studioſo *Hollando* obſeruauit, ad quem in vigore paroxyſmi vocatus breui moriturum exiſtimauit, ſed poſteaquam eum poſtridie melius habentem conſpexerit, reliquis morbi circumſtantiis diligentius examinatis eum ſcorbuto laborare animaduertit, quem ex patria, vbi frequentiſſimus eſt, ſecum attulerat.

Curatio huius affectus eadem eſt cum paſſionis hypochondriacæ medela, quoniam iſti morbi ab eodem humore generantur, verùm quia humor melancholicus à ſtatu ſuo naturali in ſcorbuto magis quàm in affectione hypochondriaca receſſit, inde etiam potentioribus remediis indiget, ſed cum generalis medendi regula ſit, vt omnis curatio à lenioribus incipiatur, & ſi hæc non ſuffecerint, dein ad fortiora dirigatur, optimum erit, in ſcorbuto integram paſſionis hypochondriacæ curationem inſtituere, & remedia *in praeced. capite* à nobis deſcripta ſigillatim vſurpare, quia morbus iſte chronicus & contumax non niſi longo remediorum vſu euincitur, hæc ſi morbum penitus exſtirpare nequiuerint, ad ea tandem veniendum, quæ proprietate ſpecifica illum oppugnare creduntur, non erit tamen inutile etiam ab initio nonnulla illis admiſcere:

Anti

Antiſcorbutica remedia ſpecifica ab Autoribus plurima proponuntur, quorum vis præcipua dependet à ſale volatili, cuius opera humorem illum craſſum tartareúmque attenuant, fluxiliorem reddunt, ac tandem diſcutiunt, imo virtutum quandam alexipharmacam habent contra venenum illud ſcorbuticum humori melancholico impreſſum, inter illa primas tenet cochlearia Batauica, quæ in noſtris regionibus non reperitur, qui ſuccedit naſturtium vtrumque (præfertur tamen aquaticum) beccabunga ſeu anagallis aquatica, raphanus ruſticanus, chelidonium minus, abſinthium & fumaria, quibus etiam alia adduntur, quæ melancholicum humorem præparare, corrigere & edomare valent, vnde non ſine ratione à nobis dictum eſt, curationem aduersùs melancholiam hypochondriacam hîc etiam plurimum conferre, præcipua autem ſunt rad. polypod. quern. cort. tamar. herb. beton. ægrimon. carduiben. ceterach, chamædr. borrag. bugloſſum. In harum plantarum delectu hoc ſemper obſeruandum, vt calidæ minori doſi vſurpentur, frigidæ autem & temperatæ in maiori doſi illis admiſceantur, præſertim vbi aduſtus humor melancholicus ad atræ bilis naturam accedit: ex prædictis autem plantis quamplurimæ remediorum formulæ parantur, quas *Sennertus* diligenter collegit, hoc ſaltem annotandum eſt, ex mente *Autoris noſtri*, plantas prædictas efficacius operari, ſi expreſſus earum ſuccus cum ſaccharo ad gratiam mixtus vt naſturtij, beccabungæ, acetoſæ & fumariæ vſurpetur, quia ſal illud volatile, in quo tota illarum virtus reſidet, per decoctionem euaneſcit, ac ſi

planta

planta exſiccetur, maiori parte reſoluitur: confert hîc etiam *ſal tartari ad* ʒj. *cum iuſculo carneo ſumptum*, quod potenter ſcorbuticum illud tartarum tenax & glutinoſum expellit, idem præſtat vinum chalybeatum *ſuprà lib.11. cap.3.* propoſitum, tandem aquæ acidulæ ad contumacem huius morbi extirpationem debito modo vſurpatæ plurimum conducere poſſunt: qui adhuc plura deſiderat, *Sennertum, Ronſſeum, Echtium, Vvierium, Langium, Albertum, Martinum*, vnico tomo *Francofurti & Vvitteberga anno* 1654. editos conſulat.

LIBER

Digitized by Google

LIBER XIII.

De affectibus Meſenterij, Pancreatis & Omenti.

PRÆFATIO.

M*ORBOS meſenterij & pancreatis frequentiſſimos contingere, quotidiana experientia innumeris exemplis confirmat, hinc* Fernelius lib.6. de part. morb. & ſymptom. cap.7. *affirmat & profitetur, choleræ, melancholiæ, diarrhœæ, diſſenteriæ, cachexiæ, atrophiæ, languoris, lentarum errantiúmque febrium, latentium denique morborum cauſas ſe in his plerunque ſedibus animaduertiſſe, quorum depulſione deploratis ſalus redderetur, quapropter iuxta acuratiſſimum* Riolani *iudicium* lib. 2. anthropogr. cap.15. *iure ac meritò meſenterium Medicorum nutricula perhibetur, cum ab eo ilias morborum oriatur & expullulet, quoniam ſentina totius corporis ibi conſiſtit, ad quam vndique è toto corpore illuvies confluit & cumulatur, occaſionem hoſpitij prabente meſenterij textura ex duplici membrana inſtar ſacci concinnata, innumeris venis & arteriis intertexta, frequentibus glãdulis conſperſa,* qua

quæ bibulâ & ſpongioſâ ſuâ ſubſtantiâ impuritates corporis excipiunt & conſeruant: licet autem prædictæ partes meſenterium, pancreas & omentum omnibus morborum generibus offici poſſunt, nos tamen cum Autore noſtro *iis tantùm inhærentes, quæ ad vſum praxeos maximè faciunt, librum hunc quinque capitibus abſoluimus: Primum de obſtructione: ſecundum de inflammatione: tertium de abſceſſu, ſcirrho & vlcere meſenterij: quartum de morbis pancreatis: quintum de morbis omenti tractat.*

CAPVT I.

De obſtructione Meſenterij.

OBſtructiones in meſenterio ab iiſdem cauſis generantur, quas in hepatis & lienis obſtructionibus *ſuprà* propoſuimus, ſed frequentius & facilius propter venarum meſeraicarum præcipuè lactearum anguſtiam contingunt, quæ chylum ad ſecundæ concoctionis officinas deuchunt, aſt cum ille ſæpius crudiore & craſſiore ſucco inquinetur, euenit, vt in illis venulis hæreat & obſtructiones pariat: venæ etiam meſeraicæ obſtruuntur ab humoribus craſſis ab hepate, liene aliiſque partibus tranſmiſſis, qui diu remorantes tumorem ſcirrhoſum efficiunt: ad obſtructionem vel potius anguſtiam harum venarum refertur compreſſio, quæ fit à glandulis per totam meſenterij ſubſtantiam diſperſis, illæ enim nimium increſcentes venas meſeraicas comprimunt, & chyli tranſitum impediunt.

Signa

Signa meſenterium peculiariter affectum indicantia ſunt tenſio & renitentia ſub ventriculo, grauitatis ſenſus in regione vmbilicali, dolor nonnunquam in dorſo percipitur;quoniam iuxta *Riolanum lib.2. encherid. anatom. cap.*18. meſenterium apophyſibus tranſuerſis lumbarium vertebrarum interuertu ligamentorum adhæreſcit, murmura & rugitus in ventre fiunt, ructus excitantur, vapores in caput attolluntur, vnde varia ſymptomata contingunt, denique omnia, quæ in paſſione hypochondriaca accidunt, meſenterij obſtructiones indicant, quandoquidem illa ab hiſce producatur & foueatur. Quod prognoſin attinet,affectus ex ſe periculoſus non eſt, niſi paſſionem hypochondriacam connexam habeat: cum obſtructiones meſenterij graue incommodum non afferant, illæ ſæpius negliguntur, & tunc morborum periculoſorum cauſæ exiſtunt. Curatio huius affectus *ex lib.*11. *cap.*3. deſumenda eſt.

CAPVT II.

De inflammatione Meſenterij.

SI ſanguis ex venarum aut arteriarum meſeraicarum orificiis in meſenterij ſpatia ſe effundat, inflammationem excitare ſolet, ad quam efficiendam plurimum confert humorum acrimonia, regionis hypogaſtricæ percuſſio, hepatis functionum debilitas, corporis calefactio nimia, refrigerantium vſus intempeſtiuus & dyſenteria nimis citò ſuppreſſa: ſigna inflammationis meſenterij diagnoſtica

gnoſtica ſunt febris lenta abſque ſiti, tenſio ſubter ventriculum, anorexia, egeſtiones chyloſæ, quas plerumque humor tenuis conſequitur: exquiſito ſenſu præditum eſſe meſenterium multoties in morbis obſeruauit *Riolanus*,

——— Anatomicus meritò cui doctior orbis
Offert demiſſis faſcibus imperium:

Hinc adduci non poſſumus, vt *Fernelio* credamus, meſenterium inflammari *ſine manifeſto dolore, ſolumque grauitatis ſenſum habere*, ſenſilem enim valdè hanc partem eſſe arguit illius origo à peritonæo, cuius acer dolor eſt: mitiora ſunt omnia ſymptomata prædicta, ſi meſenterium ſolum inflammetur, quando autem hepar, lien aut inteſtina ſimul inflammatione corripiuntur, vehementiora fiunt, & inſuper peculiaria prædictarum partium affectarum ſigna ex propriis capitibus deſumenda apparent: periculoſa eſt meſenterij inflammatio, quoniam plerunque in abſceſſum degenerat. Curatio ab hepatis lieníſque inflammationibus ſupra propoſitis dependet.

CAPVT III.

De abſceſſu vlcere, & ſcirrho meſenterij.

LIcet inflammatio meſenterij ſæpe in abſceſſum degeneret, non tamen omnis abſceſſus ab inflammatione oritur, ſed plerunque à vitioſis humoribus in meſenterio cumulatis ac putreſcentibus, ita vt huiuſmodi abſceſſus ſenſim producantur

cantur ſine febre præcedente aut graui ſymptomate, quemadmodum videmus in aliis partibus atheromata, ſteatomata & melicerides ſine antegreſſa inflammatione generari: abſceſſu meſenterij rupto & pure euacuato ſæpe vlcus remanet, quod difficilem curam admittit: ſi humores præſertim melancholici ac pituitoſi concreſcant & indurentur, in ſcirrhum degenerant: in abſceſſu meſenterij pus nunc ſincerum, nunc ſanguini aut excrementis mixtum per aluum ſecernitur, quod diutius perſeuerante vlcus meſenterij funeſtum oritur, quod ſæpe inſignem putredinem aut gangrænam partis minatur. Prognoſin accuratè *Riolanus* deſcribit, meſenterij abſceſſus & vlcera aſſiduo pure diffluunt, quæ omnia ab infarctu contumace & inſigni craſſitie humorum proficiſcuntur, ita vt meſenterium tandem ſcirrhoſum cum vitæ periculo euadat, quoniam iſtorum morborum diu perſeuerantium ex labefactata œconomia naturali colophon erit aqua intercus aut tabes. Curatio horum affectuum iuxta eorum diuerſitatem varianda eſt, primùm abſceſſus genitus ſui apertionem indicat, conducunt illa, quæ contra obſtructiones hepatis & lienis *ſuprà* propoſuimus, vſurpatis præſertim externis remediis abſceſſum emolliendo ruptionem promouentibus. Abſceſſu rupto vlcus detergendum & conſolidandum eſt, vide ſupra *lib.9.cap.*11. Scirrho meſenterij iiſdem remediis occurritur, quæ etiam *ſuperius* pro hepatis & lienis ſcirrho propoſuimus.

CAP.

CAPVT IV.

De morbis Pancreatis.

ANtiqui Anatomici iuxta edictum *Autoris noſtri* ſaltem de vſu pancreatis philoſophati ſunt, quem *Picolomineus prælect.* 14. ante *nonneminem* ita deſcripſit: Pancreas venarum, arteriarum neruorúmque ramos ſuſtentat, qui in longiores ſedes directi in medio viæ curſu periclitarentur; dein quatenus eſt glandulis confertiſſimum, crudiorem ſanguinis portionem (quam *Hippocrates* cœnoſam humiditatem vocauit) non plenè elaboratam depaſcit, vt poſtmodum in internis partes purior ſanguis illabatur, tum vt concoctio ventriculi elixatione, h.e. in calido & humido fiat, nam quando iſtæ quamplurimæ glandulæ crudiorem & humidiorem ſanguinis portionem abſumunt, ab his infiniti vapores calidi & humidi expirant, qui ventriculo circumfuſi illum amplexantur, quaſi in Balneo Mariæ foret, ſed hæc magis ſubtilia quàm vera judicat *Riolanus lib.* 2. *anthropogr. cap* 16. Nonnulli Recentiores Anatomici actionem magni momenti nempe primam chyli præparationem illiúſque expurgationem pancreati attribuunt, quod comprobant venæ lacteæ *Aſellij*, quæ in pancreas deferuntur & ibidem variis anfractibus diſſeminantur; præſertim in medio pancreate juxta *Autorem noſtrum* ductus patens ad inteſtina protuſus reperitur, per quem chyli excrementa repurgantur: ideo pancreas vti meſenterium ſuos etiam morbos ac præſertim obſtructiones & tumores patitur, qui

ingentem toti corpori noxam inferunt: pancreas tres aut quatuor digitos latum membranâ tenui velut ſuſpenditur lobo hepatis, fundo ventriculi & lieni, ne pondere ſuo ſubiectam venam cauam & aortam deſcendentem premat, vnde ſanguis & ſpirituum commeatus interciperetur, hæc membrana à morbis ex humorum affluxu craſſior facta ab ipſo pancreatis corpore diſcedit, ac velut ſaccum quendam conſtituit, vt in corporibus morbo conſumptis *Riolanus* ante *nonneminem* obſeruauit: Pancreas ſcirrho affectum venæ portæ truncum conſtringit, inde chyli tranſitus impeditur, qui ad inteſtina refluit, hinc corpus ſuo genio defraudatum ſenſim neceſſariò contabeſcit, quod rurſum *Riolanus* ante *nonneminem* monuit: idem celeberrimus *Riolanus* in morbis & melancholicis corporibus pancreas pro liene ſecundario agnoſcit, quoniam ad chylum in vena portæ defæcandum lienis vicem ſupplet, quando ſcil. vitiatum hoc viſcus ac ſuo fruſtratum officio macreſcit & marceſcit, quod in multis naturâ ſuâ & corporis habitu melancholicis obſeruauit, in quibus, dum viuerent, lien nec tumebat, nec delebat, ſed pancreas hepatis molem æquabat, hoc confirmat *Riolanus* exemplo *Thuani* Hiſtorici ſummi, quem omnes Medici ex habitu corporis, vultus charactere, moribus & humoribus melancholicum judicabant, hancce corporis intemperiem adauxit mœror ingens ex obitu lectiſſimæ & chariſſimæ Vxoris contractum, qui Virum Inſignem per annum attriuit, & Orbi tandem eripuit: per quadriennium, quo ei *Riolanus* medicinam fecit, de colico dolore circa regionem coli inteſtini

cum

cum ſenſu ponderis ad regionem ſtomachalem conquerebatur, ſi erectus ſtaret vel ambularet, at incuruus ſedens vel in lecto recumbens cruribus leuiter ſubleuatis nullum aut exiguum dolorem perſentiebat, hypochondria ei non tumebant, nec etiam duriter attrectata dolebant: tandem cum annum in iſta miſeria *Thuanus* egiſſet, dum melius ſpiraret & de morbi euentu ſperaret, repentina ac inopina gangrenoſi correptus, à pede dextro ad ſuperiora celeriter reptante, ex decubitu ſeroſi humoris crura & tibias inflantis intra ſex horas expirauit: aperto cadauere *Riolanus* deprehendit jecur induratum rotundum inſtar corporis ſphærici, farctum & transfixum gypſæá pituita ſæuum referente, pancreas amplitudine ac pondere jecur æquabat totum ſcirrhoſum multis grandulis ſpecie oui columbini differtum, ſed lien adeo exilis erat, vt vix vnciam ponderaſſet: quales morbos pancreati *Fernelius* adſcribat, *in præfatione huius libri* ſupra intelleximus: tumorem pancreatis ſcorbutum efficere *Autor noſter* ſupra *lib.* 12. *cap.* 6. defendit: cum autem pancreas ventriculo ſubſternatur, tumores illius difficillimè tactu deprehenduntur, cum magna tamen conjectura deſumuntur ex iis, quæ in *Thuano* animaduertit *Riolanus*, ſi nempe ponderis ſenſus ad regionem ventriculi percipiatur, & nullus tumor duritieſque in hydochondriis appareat, nihilominus alia latentium obſtructionum ſigna adſint, qualia in hepatis, lienis & meſenterij obſtructionibus ſupra propoſuimus, confer *Autoris noſtri centaur.* 3. *obſeruat.* 85. in qua tumorem pancreatis ſcirrhoſum decribit: ſi abſceſſus in pancreate ge-

peretur, præter numerata ſigna adſunt lipothymiæ, vigiliæ & frebris lenta abſceſſuum internorum majori ex parte comes indiuidua. Curatio obſtructionis, ſcirrhi & abſceſſus pancreatis eadem eſt, quam contra eoſdem morbos hepar, lienem & meſenterium affligentes ſupra propoſuimus.

CAPVT V.

De morbis Omenti.

AMpliſſimus *Riolanus lib.2.anthropogr. cap.13.* (cuius ex judicio *Theodori Schencky P. P. Ienenſis* Excellentiſſ. *cap.4. de ſeri affect.* ſolerti ſtudio, indefeſſo labore ac multa perſcrutatione *maiorem in modum* adaucta ſe jactat *Anatome*) in omenti amplitudine quatuor partes ſitu, figura, textura & vſu differentes quamvis inter ſe continuas obſeruauit & appellationibus nouis diſtinxit, quarum cognitio & diſcretio cum ad curationem morborum valde neceſſaria exiſtat, illas hîc annotare neceſſarium eſſe duximus: prima omenti portio *inteſtinalis* dicitur, pendula eſt infra colum & inteſtinis ſupernatat, quæ dilatata figuram marſupij aucuparij refert, plurimis venis interſeritur adipe multo circumdatis, qui non mediis venarum ſpatiis confusè & glomeratim interfunditur, ſed reticulatim ſupra venas ad robur venarum & membranarum diſponitur, hæc portio illuuiem hepatis & lienis excipit, dum illa repurgitat ad hanc partem amandatur: altera omenti portio *lienalis* dicta inter lienem & ventriculum conglobata jacet adipe glomeratim oppo

appoſito nec ita artificioſè diſpoſito, vt in portione omenti præcedente obſeruauit, hæc lienis ſordes excipit, ſi plenitudo hypochondrij ſiniſtri abſque contrectabili tumore lienis percipiatur, illa non à liene ſed ab iſta parte tumefacta dependet, quod in praxi diligenter notandum eſt. Tertia portio omenti *hepatica* nominatur, quæ in ciuitatem hepatis ſe inſinuat,& parvum eius globum intra ſe includit, ſimulque truncum venæ portæ paruo loco inſtratum comprehendit, hæc portio adipe pauco conſtat, vtris formam refert, impuritates hepatis excipit & humores illius aquoſos in portionem omenti primam tranſmittit. Quarta portio omenti *meſenterica* dicta,colo & ventriculo ſubtenſa, infernè deſcendens, vt meſenterio vniatur, illi conſimilis eſt, à quo emanare videtur, niſi quod glandulis careat, vel ſaltem paucas aut exiles habeat, hæc cum meſenterio illuuiem primæ regionis excipit, & deriuatas ab aliis omenti partibus ſordes in verum meſenterium & inteſtina craſſa traducit, quibus adhæreſcit: ex his omnibus ſatis ſuperque elucet, quòd omenti ſubſtantia facilè augeatur ac intumeſcat,& quamvis tenue ſit,dum humoribus repletur, inſignem craſſitiem peritonæo æqualem acquirat, vt ſæpè *Riolanus* obſeruauit, qui in nobili adoleſcente annos XIX. nato omentum versùs vmbilicum ad formam orbiculi latitudine palmi conglobatum multis glandulis differtum conſpexit, quod ferme conſumpto liene ac meſenterio & pancreate ex abſceſſu putrefactis totam illuuiem exceperat: porrò *Riolanus* animaduertit, in laborioſo partu propter ſpiritum cohibitum ex ve-

hementi contentione enitendi fœtum in ſpacium omenti flatus tantâ copiâ irrepſiſſe, vt per aliquot dies à partu abdomen remanſerit mirabili modo eleuatum cum manifeſta circumſcriptione tranſuerſali juxta vmbilicum, qui meteoriſmus abdominis etiam ritè fluentibus lochiis & ſuperueniente alui fluore parùm imminutus fuit, ſed fotibus duntaxat calefacticis & reſoluentibus diſcuti potuit. *Idem* ex *Roſſeto* refert, quòd in omenti ad veſicam vſque pendentis membraneo velut ſacco apoſtema pure coaceruato diſtentum *Lutetiæ* in publica corporis diſſectione repertum fuerit: vidit *Veſalius* in diſſecto cadauere omentum adeo intumefactum, vt quinque liberarum pondus æquaret, cum naturaliter vix ſemilibræ pondus excedat: vidit *Autor noſter* omentum ſcirrhoſum in *Canonico Monſpelienſi*, quod totam epigaſtrij regionem occupauit, ſcirrhus colorem lienis retulit, vt veriſimile fuerit, humorem melancholicum à liene illuc tranſlatum & cumulatum fuiſſe, quoniam æger temperamentum valde melancholicum habuit: cum autem omenti tumores à meſenterij tumoribus nulla arte diſtinguantur, hinc certa illorum diagnoſis ſtatui non poteſt, quæ tamen difficultas iuxta *Autorem noſtrum* curationi non officit, quandoquidem omnibus tumoribus partes ventris inferioris occupantibus eadem medela adhibetur: ſi omentum delabatur, in ſiniſtrum potius quàm dextrum latus propendet, ideoque frequentior eſt epiplocele ſiniſtra quàm dextra, vti *Riolanus* ex *Veſalio* ante nonneminem monuit, quid autem agẽdum ſit, quando omentum ex vulnere læſum fuerit, *Galenus lib.4. de vſu part.*

*part. c.*19. proponit: ὅτι τοῦ θερμαίνειν ἕνεκα γέγονεν, ἐναργῶς ἐστὶ μαθεῖν, ἐφ᾽ ὧν τρωθέντων κατὰ τὸ ἐπιγάστριον ἐκπεσὸν διὰ τοῦ τραύματος, ἔπειτα πελιδνὸν γενόμενον, εἰς ἀνάγκην ἀφαιρέσεως τοῦ βεβλαμμένου μέρους κατέστησε τοὺς ἰατρούς· ἅπαντες γὰρ οὗτοι ψυχροτέρας αἰσθάνονται τῆς γαστρός, καὶ ἧττον πέττουσι, καὶ πλειόνων τῶν ἔξωθεν ἐπιβλημάτων δέονται, καὶ μάλιστα ὅταν ἀξιόλογον ᾖ τῷ μεγέθει τὸ ἀποτμηθὲν, ὥσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς ὀλίγου δεῖν ὅλον ἀπεκόψαμεν αὐτὸ μονομάχου τινὸς οὕτω τρωθέντος, ὁ δ᾽ ἄνθρωπος ὑγιὴς μὲν ἐγένετο διὰ ταχέως, ἀλλ᾽ εἰς τοσοῦτον ἦν εὐπαθὴς καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ἐβλάπτετο ψύξεως, ὡς τ᾽ οὐχ ὑπέμενεν ἀσκέπαστον ἔχειν τὴν κοιλίαν, ἀλλ᾽ ἐρίοις διὰ παντὸς καθειλικτο· λεπτότερος δ᾽ ἦν ἐξ ἀρχῆς τά τε ἄλλα, καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ μοὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο ταχέως κατεψύχετο· *quòd omentũ calefaciẽdi gratia factũ ſit, diſcas licet in illis, qui vulnus in abdomine acceperunt, in quibus per vulnus excidit omentũ, dein liuidũ factũ cogit medicos partem læſam adimere: omnes enim hi frigidiorẽ ventriculũ ſentiunt, minúſq; concoquũt, ac pluribus operimẽtis extrinſecus egent, & maximè quando inſigni fuerit magnitudine, quod abſciſſum eſt, quemadmodũ certè & nos aliquãdo ferè totũ ipſum abſcidimus cuidam gladiatori ita vulnerato; homo autem ſanatus quidẽ confeſtim eſt, ſed tamen adeo facilè & patiebatur & lædebatur à frigiditate externa, vt nõ ſuſtineret nudũ habere ventrẽ, ſed lanis aſſiduè eſſat obuolutus: gracilior autem fuerat à principio hic gladiator cum aliis partibus tum vẽtre, ob idque celeriter opinior perfrigerebatur*: verùm multoties *Riolanus* præſtantior *Galeno* Anatomicus obſeruauit, in vulneribus & herniis magnam omenti portionem ſine vllo deprauatæ coctionis incommodo abſciſſam fuiſſe.

LIBER XIV.

De affectibus Renum & Veſicæ.

PRÆFATIO.

RENES & *veſica varios affectus ſimilares, organicos & communes patiuntur, ex quibus etiam varia ſymptomata tum in actionibus læſis tum in vitiis excretorum emergunt*: Autor noſter *præcipuos affectus nouem capitibus complectitur: Primum de dolore nephritico & calculo renum: ſecundum de calculo veſicæ: tertium de inflammatione renum & veſicæ: quartum de mictu ſanguineo: quintum de vlcere renum & veſicæ: ſextum de diabete: ſeptimum de incontinentia vrinæ: octavum de iſchuria & ſtranguria: nonum de dyſuria ſeu ardore vrinæ tractat.*

CAPVT I.

De dolore nephritico & calculo Renum.

DOlor nephriticus juxta *Autorem noſtrum* ille nominatur, qui renes aut vreteres affligit: multiplex huius doloris cauſa ſtatuitur, frequentiſſima

ſima tamen eſt calculus aut pituita craſſa: calculus in rene morem trahens dolorem aut nullum aut leuem efficit, nam renum ſubſtantia obtuſo ſenſu prædita eſt, ſin autem in caput vreteris demittatur, vel illius canalem ſubeat, eumque diſtendat, neque in veſicam propter illius magnitudinem pellatur, tum atroces dolores mouet, & ægrotantem miris modis excruciat: pituita craſſa vreteribus impacta eos etiam diſtendit, & dolorem nephriticum producit: infrequentes cauſæ ſunt grumus ſanguinis vreteribus infarctus, vel pus à renibus aut aliis partibus ſuperioribus in vreretes deductum, interdum etiam iuxta *Autorem noſtrum* flatus in vreterum cauitates ſe inſinuant, & dolores acutiſſimos inducunt: huc etiam refertur luxatio renis, quam violenta & diuturna tuſſis inducere poteſt, quæ dum continuò diaphragma exagitat, illius extremitates, quibus renes incumbunt, alterutrum renem, ſede ſua dimouere poſſunt, ren dexter iuxta *Riolanum lib. 2. anthropogr. c. 26.* magis obnoxius & luxationi, quia macrior ob viciniam iecoris liquata pinguedine, quæ ipſum glutinis inſtar lumbis affigit, facilius deuoluitur. De calculo doloris nephritici cauſa principali prægnantes controuerſiæ agitantur, quas in exercitatione noſtra, ſi Numen ſupremum vitam & vires conceſſerit, plenius & planius examinaturi ſumus, nunc illa tantùm cum *Autore noſtro* attingemus, quæ ad calculi naturam & cauſas ſtabiliendas neceſſaria ſunt: primùm dubitatur, ſub quo affectuum genere calculus conſtituendus ſit: *Galenus* illum inter morbos in numero paſſim collocat, videlicet eorum, quæ ſunt

toto

toto genere præter naturam, quamuis enim propriè morbus in numero partes viuentes reſpiciat, quorum numerus auctus vel imminutus morbum iſtum organicum conſtituit, nihilominus etiam illa, quæ præternaturaliter addita ſunt numero eorum,ex quibus naturaliter corpus componitur, ***Autor noſter*** ad morbos in numero refert, ita vt etiam qualitates nudas illis annumeret,quando immediatè actiones lædunt, vt color flauus in oculo icterici, ſonitus excedens in aure & ſapor amarus in lingua: calculus etiam inter ſymptomata collocatur excreta ſcil. & retenta, ſi enim in renibus, vreteribus aut veſica retineatur, cum excerni melius foret, ad retenta prætet naturam reuocandus, dum verò excernitur, ad excretum toto genere præter naturam referendus eſt: à plurimis Medicis Accuratioribus inter cauſas morbificas recenſetur, vide ***Beuerouicium de calcul. ren. & veſica c. 3.***

Maior de calculi cauſa materiali & efficiente difficultas exſurgit: *Galenus* cum ***Aſſeclis*** opinatur, cauſam calculi materialem eſſe humorem craſſum, viſcidum & lentum concretioni idoneum: efficiens cauſa *illis* eſt calida renum intemperies,quæ humorem iſtum exſiccat, indurat & in lapidem conuertit: ſed hæc opinio grauiſſimis rationibus impugnatur,vt in *exercitatione noſtra* demonſtrabimus,interea aſſeueramus, quod omnium ſæculorum Medicos deceperit mucoſa illa pituita in multorum calculoſorum vrinis reperta, quippe hanc veſicæ affectæ excrementum eſſe *ibidem* defendemus: recentiores nonnulli,quibus *Autor noſter* accedere videtur, cauſam efficientem calculi ſpiritum lapidificum

ficum & materialem illius ſuccum lapideſcentem eſſe ſtatuunt: ſpiritus lapidificus à *Fernelij* calculoſa renum conſtitutione non multum differt: ſuccum lapideſcentem vocant humorem quendam inſita facultate prӕditum, vt in lapidem conuertatur, de quo nos in *prӕdicta exercitatione* ex principiis *Galenicorum* & *Chymicorum* fusè diſſeremus: cauſӕ calculi antecedentes & procatarcticӕ dicuntur, quӕ materiam calculi renibus ſuppeditant, quod inprimis facit ventriculus, & hepar & lien: quando ventriculus non benè concoquit, crudiorem chylum officinӕ ſanguificationis recipiunt, inde impuri ac terreſtres ſucci cum ſero in renes deriuantur: hepar calidius materiam chyloſam torret & calculo generando idoneam reddit: lien debilis vel obſtructus fӕculentam ſanguinis partem ſufficienter non expurgat, cuius portionem ad renes amandat, quӕ ad calculoſӕ materiӕ elaborationem facilè diſponitur: porro fomitem calculi offerunt alimenta craſſa, viſcida, nimiùm ſalita, fructus immaturi, muſtum, vinum malè defӕcatum venus immoderata.

Signa calculi ſeorſim ſpectata aliis morbis communia ſunt, quando autem omnia coniunctim, ſumuntur, certam diagnoſin efficiunt: primum ſignum eſt *ὀσφυὼν βαρεῖα dolor grauis* circa lumborum regionem, ſi nempè calculus infixus eſt renibus, hi enim obtuſiore ſenſu donati grauantem dolorem percipiunt, quoties autem calculus in caput vreterum ſe inſinuat, dolorem acutum & pungentem excitat, qui nephriticus appellatur, & tamdiu perſeuerat, quamdiu calculus ibi hӕret, neque ӕgrum

excru

excruciare deſinit, donec calculus aut in veſicæ cauitatem protruſus fuerit, aut in renes remigrauerit: eximius vreterum ſenſus & exquiſitus dolor accidit, ſi calculi vel in illis manent, vel regiones illi pertranſeunt, non tantùm quia neruos à ſexta coniugatione & medulla lumborum recipiunt, ſed etiam quia ſunt partes membranoſæ, quippe à diſtenſione membrana in calculi delapſu acerrimus dolor permanet, hinc candidè monet *Riolanus*, poſitum lapidem temerè mouendum non eſſe: ſecundum ſignum eſt vrina cruenta ex apertis aut eroſis venulis in renis ſubſtantiam diſperſis ab attritione calculi maioris, ſi pauciſſimus ſanguis excernatur, cum vrina mixtus colorem amittit, & illa lixiuium repræſentat, ſed perpetuum ſignum non eſt, & ab aliis cauſis etiam dependet, at quando cum reliquis ſignis apparet, dolorem nephriticum à colico diſtinguit: tertium ſignum eſt vrina tenuis, aquoſa & pauca ſub initio paroxyſmi, quam interdum ſuppreſſio integra conſequitur, nam *Riolanus* & *Beueronicius* non ſemel viderunt, vno rene obſtructo alterum inutilem ac vietum reddi, & propria facultate deſtitutum vrinæ fluxum intercipere, quod etiam à *Dureto comment. Hipp. 4. coacar. prænot. 45. Foreſto lib. 24. cap. 27. Loſelio in ſcrutinio renum artic. 2* §. 4. obſeruatum eſt, vnde ſæpè renibus quod oculis accidit,

Καὶ γὰρ δέξιον ὄμμα κακούμενον ὄμματι λαιῷ
Πολλάκι τοὺς ἰδίους ἀντιδίδωσι πόνους.

Namque oculus ſano læſus dat ſæpè dolores
Alter & alterius noxia damna capit.

Quando paroxyſmus ſoluitur, & calculus vreteri

teri impactus in veſicam demittitur, vrinæ craſſæ, turbidæ & copioſæ excernuntur: quartum ſignum eſt lapillorum & arenularum excretio, de lapillis res ipſa loquitur, ſi enim æger nonnullos antea excreuerit, quoties doloribus ſimilibus affligitur, à calculo affectum prouenire nequaquam dubitandum erit: at de arenulis non ita certò pronunciare licet, nam plurimi in tota vita multas arenulas profundunt, qui tamen calculo non affliguntur, quintum ſignum eſt *νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν ſtupor fœmoris, quod è directa reſpondet*, iuxta *Hipp. lib.6. epidem.ſect.*1.§.4. ſtupor iſte iuxta Celeberr. *Riolanum in animaduerſ.ad anatom.Laurent.p.m.*651.non tam ratione muſculi pſoæ contingit, quia inſeritur in trochanterem paruum, quàm ratione inſignium neruorum, qui à foraminibus lumbarium vertebrarum intra carnes muſculi pſoæ abſconditi oriuntur, & deſcendentes per inguina in femur vſque ad genu per totam eius longitudinem excurrunt: apud eundem *Riolanum lib.2. anthropog. c.* 23. experientia demonſtrat, in omnibus nephriticis renem ſiniſtrum frequentius dolere, quia lien ſero multo turgeſcens ſe in illum ſitu vicinum exonerat, vnde ex vrinæ profluuio in rene lapilli dolorificè mouentur: ſextum ſignum eſt teſtis retractio eius lateris, in quo dolor eſt, nam vreteres incluſi duplicatura peritonæi medio curſu vaſa ſpermatica contingunt, & quò propius ad veſicam accedunt, deferentia ſeminis vaſa comitantur, hinc conſenſus teſtium cum renibus accidit, vti ſcribit Experientiſſimus *Academiæ Ienenſis* Anteceſſor *Theod.Schenkius exercit. anat. 7. ſect. 2. cap. 29.* Septimum ſignum eſt

eſt nauſea & vomitus, nam iuxta *Riolanum in animaduer. ad Laurentij anatom p.m.* 661. ſympathia renum cum ventriculo dependet à plexu neruorum *Fallopiano*, qui renibus eſt interiectus, vnde illis affectis propter viæ breuitatem plexus neruorum ſtatim ventriculo ſuam affectionem communicat: quomodo nephritis à colica diſtinguatur, ſupra *l.* 10. *cap.* 1. expoſuimus. Quod prognoſin ſpectat: calculus renum valde periculoſus eſt, grauiſſima enim mala vt inflammationem, exulcerationem renum, dolores atroces, vigilias immodicas, virium deiectiones, febres, vrinæ ſuppreſſiones aliaque ſymptomata pernicioſa inferre ſolet: nephritis hæreditaria inſanabilis eſt: *Beuerouicius* vidit tales, cum ob temporis longinquitatem hoc malo ſe iam plenè defunctos exiſtimarent, denuo multos poſt annos, quibus immunes à dolore vixerant, in eandem calamitatem incidiſſe, ſi à calculo per aliquot dies vrina ſupprimatur, & æger comatoſus fiat, lethale eſt: in vreteribus virorum ac mulierum (vti & in renibus) nullum diſcrimen obſeruauit *Riolanus*, ideò decipiuntur, qui vreteres aliter in mulieribus quàm in viris formatos eſſe & progredi ſcribunt, falſum igitur erit, quòd mulieres ob latitudinem, rectitudinem & breuitatem vreterum minore cum dolore calculos reiiciant, certè ſi hoc fit, ob dilatationem vreterum contingit, nam *Bartholinus Pater lib.* 1. *inſtit. anatom. c.* 19. in calculoſis diſſectis ſæpè vidit cauitatem eorum duos digitos admittere, imo æqualem inteſtinis vreterem fieri *Filius* obſeruauit: mirum igitur non eſt, quo *Ancilla quadam vetula* poſt innumeros renum lapillos cum exiguo dolore red-

ditos

ditos tandem calculum renalem eiecerit, qui magnitudinem & craſſitiem minimi digiti ferè adæquauit, hunc dum *nonnulli*, qui ſe Principibus immixtos agnoſcunt Achiuis,conſpexiſſent,nobis cõtrariandi ſtimulis agitati iniquis pernegarunt,calculum à renibus expulſum eſſe,cum vreteres tam inſignem capacitatem adipiſci non poſſint; vt ſtupendus talis calculus tranſire queat : ſed *Bartholini* λείψανα τῆς χρυσείης γένυς omnem dubitandi ſcrupulum nobis exemerunt,quibus ſi Obtrectatores iſti fidem adhibere nolint,ſaltem *Bauhino lib.1.Theatr. Anatom. c.23.* credant, qui *ſæpè in calculoſis vreteres ad modum inteſtini alicuius dilatari* aſſerit.

Curatio doloris nephritici & calculi renibus aut vreteribus impacti perficitur viarum dilatatione ac relaxatione,calculorũ aut alterius materiæ dolorẽ efficiẽtis excluſione,cauſæ antecedẽtis reuulſione ac ſublatione & doloris ipſius mitigatione, quibus indicationibus ſeqq.remedia ſatisfaciunt.Primas hîc tenent clyſmata,*e.g.pro viro* 40.*annorũ:* ℞ *Rad. alth.lil.alb.ã* ℥*i.herb.5.emoll.ã. Mi.flor.chamam.melil.ã.Pi.ſem.lini* ℥ß *aniſi* ʒ*ii.coq.in aq font. q.ſ.in col.* ℥*x.ſol.mell.anthoſ.*℥*iii.elect.lenitiu.*℥*i.ß.terebinth.cũ vitel.oui ſol.*ʒ*ii.F.clyſter doloribus perſeuerãtibus pro neceſſitate reiterandus*:mox ſequens inſeſſus paretur: ℞*.Radic.lil.alb.alth.ã.*℥*ii.herb.5.emoll.ã.Miv.heder. terreſtr.veronic.ã.Mii.flor.chamam.ſambuci aneth.ã. Piv. ſem.lini* ℥*i.ß.baccar. iuniper.* ℥*i. inciſa dentur pro inſeſſu ſemicupij*:ſi æger ſit phletoricus, venæſectionem inſtituat, quâ etiam inflammatio præcauetur, quæ à dolore excitari poſſet : regio renum & vreterum ſeq. linimento aut oleis calidè inungatur

gatur: ℞. *Vng. roſat. refrig. Gal. ā. ℥iii. cāphora gr. iii. ol. ſcorpion. q. ſ. F. linimētum*: vel ℞ *Ol. amygd. dul. lil. alb. ſcorpion ā. ʒiii. Miſce*: quia autem magna crudorum humorum ſaburra hunc affectum plerumque comitatur, poſt aliquot clyſteres iniectos dolore mitigato lene aliquot purgans exhibeatur: ℞. *Fol. ſenn. elect. ʒiii. rhabarb. opt. ʒi. ſem. aniſi fœnic. ā. ʒß. aq. cichor. veronic. ā ℥iii. infund. per. noct. manè bulliāt. par. in col: ℥iii. ſol. ſyr. fl. perſic. ʒvi. aq. cinnam. ʒii. F. potio mane ſumenda cum regimine diæta & pro neceſſitate reiteranda*: ante & poſt purgationem per os etiā exhibeantur, quæ vias laxāt & dolorem leniunt, vnde nos ſeq. julepum & emulſionem ordinamus, è quorū vſu plurimi ægri lapillos reiecerunt: ℞. *Aq. malu. pariet. ſyr. alth. F. ā. ℥iii. F. iulepus pro duabus doſibus. vel* ℞. *Amygd. dulc. rec. exc. ʒiii. ſem. cucum. melon. ā. ʒii. papau. alb. ʒi. aq. hed. terreſtr fragar. ā. ℥iii ſacch. roſat. tab. ℥ß. ocul. cancr. præprat. ℈i. F. emulſio pro duabus doſibus*: æger à vino abſtineat & ſequens decoctum bibat: ℞. *Radic. acetoſ. fragar. ā. ʒiii. liquir. raſ. ʒii. C C. vſti ℥ß. inciſa coq. in aq. font. q. ſ. ad menſur. ℔.* Nos aliquot formulas pulverum anti-nephriticorū habemus, qui tū vrgente paroxyſmo tū extra paroxyſmum præſeruationis cauſa non ſine fructu vſurpātur, horum compoſitiones in *exercitat. noſtra de calculo renum & veſica* bono publico cādidè cōmunicabimus: ſi dolores nimium ſæuiant, ita vt vigiliæ cōtumaces & viriū deiectiones metuendæ ſint, doſis *laudani noſtri* cōcedatur, vel ſeq. potiūcula ordinetur *e. g. pro viro* 40. *annor.* ℞. *Syrup. papav. ſimpl. ʒvi. aq. maluæ ʒii. Miſce, ſumatur hora* 10. *veſpertina.* Chimici ad expulſionē calculi meritò ſalia deprædicant,

cant, vti aliquot hiſtoriis in *exercit. noſtra* comprobabimus: ℞. *Sal.abſinth.ononid. fabar.* ã ℈j. *F. pulvis pro tribus doſibus in iuſculo carneo ſumendus*: porro *admodum Reuerendus & Religioſus Aſceta* P. EMMERICVS DE STAHL, *Vir ſupra liuorem in arte Chymica & praxi Medica exercitatiſſimus* ſeq. puluerem præſcribit, quem in doloribus nephriticis & expulſione calculi egregias operationes producere nobis compertum eſt: ℞. *Ocul.cancr.præpar.* ℥j *tartar.vitr ex ſale tart.cryſtall.fact* ʒiij. *F. pulvis ſubtiliſſ cuius doſis eſſe poteſt* ℈j. *in vino albo.* Si calculus ita augeatur, vt renum ſuppurationem inducat & illa ad lūbos vergat, cauſtico profundè admoto pus expurgari & calculus extrahi poteſt, alioquin propter craſſitiem & profunditatem carnium nephrotomiam inſtituere nefas eſt, vti *Riolanus lib.2. encheir.anatom.c.*28. iudicat: & hæc de curatione doloris nephritici in paroxyſmo dicta ſufficiant, quid autem extra paroxyſmum, vt recidiua inhibeatur, agendum ſit, nunc breuibus etiam exponimus: ſingulis annis vere & autumno, ſi phletora vel hepatis aut renum calida intemperies adfuerit, præmiſſo clyſtere & purgatione ſuperius ordinata venæſectio inſtituatur: ſi cacochymia vrgeat, eadem potio purgans repetenda erit, nam obſtructiones viſcerum referendo cauſam antecedentem tollit: vt materia mucilaginoſa & arenulæ per interualla educantur, ſeq. pilulæ præſcribantur: ℞. *Terebinth.cum aq.malu.coct.* ʒiij. *trochiſc. alkek. ſine opio* ʒj. *F. pilulæ dimidij piſi magnitudine, deaurentur add. pulv.cinnam. ſingulis ſeptimanis nouem ante cœnam ſumantur*: ad præcautionem huius affectus multum conferunt aquæ acidulæ, quia

tum mucilaginem ac tartarum calculorum materiam diſſolvunt, tum hepatis renúmque calidam intemperiem corrigunt: nuces auellanas *Amatus Luſitanus cent.7.obſeru.78.* maximè commendat: *Chymici* ſpiritum ſalis & terebinth.laudant,& aliquot guttulas in vino albo exhibent: menſe Majo ad intemperiem renum aliorúmque viſcerum calidiorem attemperandam ſerum lactis caprini vſurpetur: quia ventriculi cruditates calculis materiam ſuppeditant, ille remediis ſupra *l.9.c.5.* propoſitis roborãdus eſt: panis comedatur ex optimo & puro frumento benè fermentatus & coctus: catalogum alimentorum conuenientium in *exercit.de apopl.*§.12. propoſuimus: inter herbas & olera proſunt malua,beta, petroſelinum,cerefolium,aſparagus,pimpinella,acetoſa: potus ſit vinum album tenue minimo ſulphure tinctum & lymphatum: in menſa ſecunda pro bellariis egregiè inſeruiunt tabellæ poſt paſtum *ibidem* deſcriptæ: juxta *Beuerouicium* nihil pejus eſt, quàm vrinam diutius retinere,ita enim materia lapideſcens facilè ſubſidet ac concreſcit,hinc etiam pueros, in quibus metuitur calculus, noctu expergefieri & ad vrinam reddendam vrgeri demandauit.

CAPVT II.

De calculo Veſicæ.

QVamvis ordinis ratio poſtulare videatur, vt nunc reliquos affectus renum explicemus, tamen methodus doctrinæ requirit, vt nephritedi

conſi

conſiderationem calculi veſicæ ſubnectamus, cum fere eadem vtriuſque ſit conditio, ac maxima pars eorum, quæ de calculi renum generatione diximus, etiam calculo veſicæ conueniant, hinc quoque cauſas ſimiles habent, an autem calculus veſicæ ſemper rudimentum à renibus trahat? vti *Fernelius* contendit, nos in promiſſa *exercitat. noſtra* latiùs explicabimus.

Diagnoſis calculi veſicæ difficillima eſt, præſertim ſi exiguus fuerit, grandior enim euidentes notas offert; *Autor noſter* ſeqq. ſigna proponit: Primum ſignum eſt dolor in collo veſicæ, qui circa finem mictionis exaſperatur, & ad glandis extremum porrigitur, in principio à dyſchuria non diſtinguitur, niſi alia ſigna ſimul concurrant: ſecundum ſignum eſt pruritus in pudendo, qui ægros ſæpè illud contrectare & ſcalpere cogit: tertium ſignum eſt dolor grauans in tota pectinis regione, qui à calculo grandiori oritur: quartum ſignum eſt in calculo majori ſumma mingendi difficultas cum micturiendi conatu ingente inſtar parturientium & vrinæ ſtillicidio: quintum ſignum eſt vrinæ ſuppreſſio inter mingendum, illa in medio curſu intercipitur, ſi calculus ad veſicæ orificium cum vrina delatus illud obturet: ſextum ſignum eſt facilior exitus vrinæ ſupino corpore, quia tunc calculus à veſicę orificio recedit: ſeptimum ſignum eſt frequens virgæ erectio, quæ tum à retentione vrinæ, tum ab inflammatione veſicæ procedit: octauum ſignum eſt teneſmus, qui cupiditatem mingendi ſequitur, hic propter conſenſum ſphincteris ani & veſicæ oritur: nonum ſignum eſt, quod ægri non quieſcant, ſed crura alter-

natim exagitent,imo ſi major eſt calculus, vix corpore erecto ſtare, ambulare aut equitare poſſunt, quia tunc ceruix veſicæ à commotione calculi valde læditur: decimum ſignum eſt, quod ægri à nullis remediis alleuentur, quia forſan illa vel nouam materiam ad veſicam deducunt, vnde malum augetur, vel pituitam abſtergunt, qua calculus denudatus tunicam veſicæ interiorem magis irritat: vndecimum ſignum eſt, ſi quis à dolore nephritico liberatus nullum calculum excreuerit, & ab aliquo tempore elapſo ſtranguriam ſentiat, maxima retenti in veſica calculi conjectura adeſt: duodecimum ſignum ex *ſection*. 4. *aphor*. 79. deſumitur multorum præclara ingenia torſit iſte aphoriſmus, quod *exercitatio Beuerouicij in illum* atteſtatur, cui publico libello *Salmaſius* reſpondit, nos οὐδὲν πρὸς ἡδονὴν λέγοντες omnem lapidem mouebimus, vt tantos Eruditorum Principes in dicta *exercitat. noſtr.* conciliemus; vltimum ſignum deſumitur ab exploratione catheteris, qui ſępè calculum indicat, quamvis illud ſemper præſtare non poſſit, præſertim quando calculus à collo veſicæ procul diſtat, vel pituitoſis ac lubricis humoribus obuoluitur, aut membranâ propriâ incluſus eſt, hinc ſuperbam *illorum* inſcitiam aut inuidiam ſatis improbare non poſſumus, qui ſi vnus aut alter Medicus conſideratis diligenter omnibus ſignis diagnoſticis calculum ſubeſſe affirmet, illúmque Chirurgus cathetere non exploret, ſtatim inflatis buccis proclamant, nullum calculum adeſſe: audiant *tetrici vituperatores iſti*, quàm lubrica catheter res ſit! *Riolanus* ante *nonneminem* monuit, quòd interdū hominis veſi

veſica intus ſaccum ſiue foueam infernè protuberantem habeat,in qua ſæpè grādiores lapides nidulentur, qui immiſſo cathetere inueniri non poſſint: porrò juxta *Riolanum* aliquando praua veſicæ conformatio accidit, quæ in explorando calculo diligenter notanda eſt,ſi præſentibus ſignis pathognomicis calculus cathetere non deprehendatur, nam in quibuſdam veſica duplex inuenta aut ſaltem illa ſepto membraneo in duas cauitates diſcluſa fuit: *Volcherus Coiter* in virgine XXXV.annorum duplicem veſicam vtramque lotio plenam inuenit, ſed vnica vreteribus prædita portionem vrinæ in alteram exonerabat: ipſemet *Bauhinus* in Illuſtriſſimi Principis *Onolſbacenſis* cadauere veſicam *membrana quaſi ſepto in duas partes* diuiſam obſeruauit: an autem hoc ſeptem veſicæ, quod in calculoſis deprehenditur, fiat à dilatato vretere intra duplicem tunicam veſicæ? an ex aduato & amplificato lapide ibi conſiſtente? an lapis ita concluſus extrahendus dilaceratâ veſicæ tuncâ? opus periculoſæ plenum aleæ, *Riolano* ſatius eſt, ſic hærentem calculum relinquere: mercatori cuidam apud *Hollerium lib.* 1. *de morb. intern. cap.*49. omnia calculi veſicæ ſigna aderant, qui etiam cathetere inueniri non potuit, ſed poſt ipſius obitum calculi duo reperti ſunt, & vterque propria membrana incluſus vncias duas cum dimidia pōderauit: *Fabricius Hildanus* Chirurgorum Exercitatiſſimus cum *Platero* & *Bauhino* ad Primarium quendam Nobilem Alſatum vocatus fuit, qui à multis annis calculo atrociter diuexabatur, nullus tamen lithotomus calculum cathetere deprehendit, quamvis ſimul experientiſſimos Me-

dicos adhibuiſſet, imo *Hildanus* ſummâ licet adhibitâ diligentiâ nunquam efficere potuit, vt digito vel inſtrumento calculum in veſica offenderet, attamen poſt illius diſcuſſum ipſemet *Bauhinus*, quod etiam *lib.1.theatr anatom. cap.31*, indigitare nobis videtur, ingentes aliquot calculos peculiari ſacculo veſicæ annato obtectos inuenit: ſummi *Caſauboni* veſicam miram, cuius cuniculi infinitis lapillis rubris ſcatebant, ſacco aut ἐκφύσει præditam in *exercitatione noſtra* deſcribimus, nunc ad alia progrediendum. Prognoſin huius affectus periculoſam eſſe, nemo dubitat.

Curatio calculi in veſica concreti eaſdem indicationes ſubminiſtrat, quas in *præc.cap.* propoſuimus, vt nempe materia illius antecedens euacuetur, reuellatur, eiuſdem generatio prohibeatur, calculus autem friabilis imminuatur, atteratur & diſſoluatur, quibus remedia *ibid.* deſcripta egregiè conueniunt: aquæ ex cæpis diſtillatæ maximam efficaciam attribuit *Autor noſter*, cuius vſu per 20.*dies* continuato calculum, qui fabæ magnitudinem ſuperauit, è veſica expulit: ſi nullis remediis calculus expelli poſſit, ſumma neceſſitas ad ſectionem periculoſam tranſire imperat, ne acuti & contumaces dolores ægrum è medio tollant: quibus autem modis difficilli na hæc operatio inſtituenda ſit, vt feliciorem exitum adipiſcatur, nos è *Veterum & Recentiorum* monumentis in dicta *exercitatione noſtra* exponemus, interim beneuolo Lectori elegantem *Hildani* libellum de lithotomia veſicæ commendamus.

Cap.

CAPVT III.

De inflammatione renum & veſicæ.

QVia inflammatio renum & veſicæ iiſdem remediis curatur, ideo vtramque in vno capite *Autor noſter* proponit,ſola diagnoſis quandam differentiam habet, quæ in ſeqq.explicabitur: inflammario renum & veſicæ eſt tumor illarum partium ex affluxu ſanguinis ortus.

Cauſæ procatarcticæ ſunt vſus ciborum ſalſorum & multis aromatibus conditorum,potus vini generoſi immoderatus, exercitationes vehementiores, contuſio renum & veſicæ ac venus immodica.

Diagnoſticum ſignum inflammationis renum eſt dolor in illorum regione grauis, ita vt ægri vix ſe erigere nec pedibus inniti poſſint,dyſuria, febris & vomitus vrget: colon inteſtinum aliquando inflammatione corripitur, quæ ſi partem renibus vicinam occupet, ſimilia ſymptomata profert, in hoc tamen diſtinguitur, quod in renum inflammatione dolor ad coſtas nothas, dorſum & veſicam, aſt in coli inflammatione magis ad ventrem ſe extendat: in veſicæ inflammatione dolor pubis regionem affligit, ardor vrinæ perpetuus eſt, illa nonnunquam ſupprimitur & ſæpe teneſmus cum alui conſtipatione ægrum diſcrutiat. Prognoſis horum affectuum anceps eſt, nam internæ inflammationes periculum minantur, lethales ſunt, ſi illis delirium, conuulſio & ingens extremorum refrigeratio accedat.

Curatio inflammationis in renibus & veſica remediis reuellentibus,deriuantibus ac refrigerãtibus perficitur:venæſectio aliquoties in brachiis inſtituatur,quantum vires ferre poſſint : ante & poſt venæſectionem clyſter emolliens & refrigerans injiciatur: ℞. *Rad.alth.*℥j.*herb.lactuc.viol.malu.ã.Mj flor. ſambuci P*j.*ſem.lini* ℥ß.*coq.in aq.font.q.ſ.in colat.*℥x. *ſolu.mell.viol.*℥ij.*elect. diacath.*℥j.ß.*F.clyſter*:sãguinis feruor julepis & & emulſionibus inhibeatur:℞. *Aq.cich.acetoſ.malu.ã.*℥ij.*ſyr.granat.nymph.ã.*℥j.ß. *F.iulep* *pro duabus doſibus*.℞.*Amygd.dulc.rec.excort* ʒij.*ſem.cucum.melon.ã.*ʒ.ß.*papau.alb.*ʒj.*aq.cichor.nymph.lact.ã* ℥ij.*ſacch. roſ.tab.*℥ß.*C.C. philoſ. prapar.*℈j.*F.emulſio pro duabus doſibus*:in principio harum inflãmationum purgatio non conuenit,quia metuendum, ne exagitati humores magis ad partes affectas præcipitentur,ita vt propter eandem cauſam immoderatus alui fluxus etiam cohibendus ſit , in declinatione morbi ſeq.infuſum purgans ordinetur: ℞.*Tamarindor.*℥ß *aq.acetoſ.lactuc.portul.ã.*℥ij *coq. lento igne vſque ad* ℥iv.*in col.infund.rhabarb.opt* ʒij. *mane in facta expreſſione ſolu.ſyr.roſ.ſol ſimpl.*℥ß.*F. potio purgans cum regimine diata ſumenda* : exterius regio renum aut veſicæ ſeq. linimento calidè inungatur:℞ *Vng refrig.Gal ſantal. roſat..ã* ʒij.*ol.nymph. q.ſ. F.linimentum* : quando vigiliæ aut dolor vehementer vrget , doſis *laudani noſtri* aut *ſyrupi de papauere* concedatur:ſi renum inflammatio propoſitis remediis diſcuti non poſſit, ſed ad ſuppurationem tendat,quod ex febris, doloris aliorúmque ſymptomatũ augmẽto cognoſcitur,ſeq.cataplaſma ordinẽtur : ℞.*Mica pan.tritic.alb.*℥ij.*far.rad.alth.*℥. *ſem.*

lini

tini ℥ß. *lact.vacc.q.ſ.coq. ad formam cataplaſmatis*, hinc niſi abſceſſus ruptus cum vrinis ſe expurget, pus in abdominis capacitatem irrumpit, vnde mors repentina vel febris lenta ſuccedit, aliquando tumor ad exteriora vergit, & tunc aut cauterio potentiali aut ſcalpello aperiendus eſt: ſi tumor ſcirrhoſam naturam induat, illa conueniunt, quæ aduerſus hepatis ſcirrhum ſupra propoſuimus, ſed malum hoc inſanabile in cachexiam aut hydropem plerumqne degenerat.

CAPVT IV.

De mictu Sanguineo.

SAltem de illa vrina cruenta *Autor noſter* agere inſtituit, quæ à vitio renum aut veſicæ contingit ſanguis autem ab illis partibus ſicut ab omnibus aliis (vt in hæmorrhagia narium, hæmoptiſi, vomitu ſanguinis & fluxu hæmorrhoïdali indicauimus) per anaſtomoſin diabroſin, rixin, raró per diapedeſin venarum aut arteriarum effluit.

Cauſæ frequentiores ſunt ſanguinis copia vel acrimonia aut calculus, à copia ſanguinis ruptio & ab acrimonia illius eroſio vel apertio contingit, calculus reni impactus per exercitationem vehementiorem commotus vſa etiam aperire poteſt, pituitá ſalſa nonnunquam in ſenibus mictum ſanguinis & dyſuriam efficit: veſica ſanguinem effundit, ſi à calculo aſperiori vulneretur aut humore acri erodatur, ſed pauca ſanguinis quantitas obſeruatur.

Diæ

Diagnoſin partis affectæ *Hippocrat.ſect.4.aphor.* 79. & 80. proponit: ſi à calculo mictus ſanguinis procedat,illius ſigna aderunt. Quod prognoſin ſpectat: copioſa vel frequens ſanguinis per vrinas euacuatio valdè periculoſa eſt, nam illa tabem aut hydropem minatur.

Curatio huius affectus pro diuerſitate cauſarum variãda eſt:ſi à phlethora oriatur,venæſectio in brachio inſtituatur,quando humores bilioſi excretioné ſanguinis promouent, potio purgans præſcribatur, quam ſupra *lib.7. cap.* 6. propoſuimus: poſt debitas reuulſiones & euacuationes, vel etiam dum illæ inſtituuntur,ſi neceſſitas vrgeat, ad ea deueniẽdum eſt, quæ ſanguinem cohibere & vaſa conſtringere poſſunt, illa tamen apparente ſanguinis fluxu non ſtatim vſurpanda ſunt,ne citius,quàm par ſit,ſanguis cohibitus alicubi in grumos conuertatur, hîc maximè ſyrupus plantaginis conducit: *Foreſtus lib.* 24. *obſeruat.* 13. *in Schol.* ſæpè ſanguinis mictum ſeq. remedio curauit: ℞. *Lact. ouill.* ℥iv. *boli armen. ver.*ʒi. *Miſce,ſumatur mane:* vide *Hollerium lib.*1. *de morb. intern. c.*52.porrò ſeq.puluis ordinetur:℞. *Corall.rubr.præp.boli armen.ver.C.C. philoſoph. præpar. ã.* ℈i. *F. puluis pro tribus doſibus mane in aqua plantag.ſumendus:*commodè etiam trochiſci *Gordonij* præſcribuntur:*Chriſtophorus à Vega lib.* 3. *de arte medend.ſect.*9.*c.*1.familiarem in collegio *S.Bernardi* ſanguinem ſincerum cum pauca vrina mingentem ſanitati reſtituit,poſteaquam illi *trochiſcos ex charabo cum aq.plantaginis* conceſſit: pro potu vtatur æger *emulſione amygdalina cum decocto C.C.facta:*exteriùs regio renum ſequenti linimento calidè inungatur:

℞. *Vng.*

*℞.Ung.Comitiſſæ,ſantal.ā.℥iii.alb.camphor.roſat.ā.ʒi.ß.ol. nymph. q.ſ. F.linimentum:*quando malum à calculo renum aut veſicæ oritur, ad illum curatio dirigẽda eſt,inprimis pilulæ ex terebinthina in præced.*c.*1. annotatæ conueniunt:potentiora diuretica intermittantur, quia ſanguinis fluxum promouent.

CAPVT V.

De vlcere Renum & Veſicæ.

VLcus in renibus & veſica à tribus cauſis, abſceſſu rupto, acrimonia humorum & frequenter à calculo aſpero excitatur: inter ſigna diagnoſtica præcipuum eſt cum vrina excretio puris, quæ ſi diutius perſeueret, vlcus in partibus vrinariis latens certò demonſtratur, vtrum renes an veſica vlcere afficiatur,cognoſcitur ex ſitu doloris, provt ille vel lumbos vel pubem infeſtet:porro ſi veſica aut illius ceruix vlcere afficiatur, perpetua dyſuria adeſt,ex qua *nonnulli,*qui ancilia tanquam Aſclepiadea cælo delapſa proclamantur, calculum veſicæ vanis auguriis præſagiuerunt: in profundiore vlcere ſanguis interdum copioſus effunditur, qui difficulter cohibetur, ſæpiuſque ramenta partium & carunculæ à renibus excernuntur, è veſica autem pelliculæ membranoſæ ac velut furfuraceæ cruſtulæ dimanant: vlcera iſtarum partium periculoſa ſunt, cum ad illas perpetuus ſeri affluxus fiat,quod ſæpè acredinem & ſalſedinem contrahit, vnde malum exacerbatur: recentia renum & veſicæ vlcera curatio-

nem

nem recipiunt, inueterâta autem inſanabilia ſunt: vlcera à calculo facta non curantur, niſi ille expulſus aut extractus fuerit: abſceſſus muſculorum abdominis, qui contingunt in imo hypogaſtrio antrorſum, retrorſum vel etiã in interfœmineo, ſæpiſſimè fiunt ex ſuppuratione renum transfuſa & delabente purulentia intra duplicaturam peritonæi, vti multoties in apertione cadauerum ***Riolanus lib. 2. anthropogr. cap. 26.*** obſeruauit.

Renum & veſicæ vlcerum curatio deterſione & conſolidatione perficitur, ſi corpus fuerit phlethoricum, venæſectio in brachio adminiſtretur: purgationes blãdæ inſtituantur, quibus vitioſi humores ad partem affectam confluentes reuelluntur & educuntur, præſtat illas in formam boli aut pilularum ordinare, quia portiones liquidæ ad vias vrinarias facilè deferuntur, vnde malum augeſceret: nos ſeq. bolum aut pilulas ordinamus *e g. pro viro* 30. ***annorum: ℞ Cõſerſ roſar. ℈i. mag. rad. ial. ℈ß. ſacch. q. ſ. F. bolus purgans mane cum regimine diata ſumendus: vel ℞. Magiſt. radic. ialap. ℈ß. cum mucilag. gumm. tragac. F. pil. ix. deaur. & eodem modo ſumantur***: poſt debitas euacuationes ad detergentia progrediẽdum eſt: primas hîc tenet lac caprinum, vide *ſect. 7. c. 7.* pro potu ordinario ſeq. decoctũ bibatur: ***℞. Radic. china opt. ℥ß. liquir. raſ. ʒii. lign. ſaſſafr. ʒiii. iuiub. rec. par. vii. inciſa coq. in aq. font ad menſ. ii. in col. ſolu. ſacch. opt. ℥iii.*** Quæ ad renum, veſicæ & vteri affectus exhibentur, in magna doſi præſcribantur, ne illorum virtus in media via extinguatur: ſyrupus de althæa *Fernelij*, liquiritia, iuiubis magnam detergendi vim habet, hinc ſæpè aliquot cochlearia

illorum

illorum plena aſſumantur:poſt vſum detergentium, ſi vlcus ſatis mundatum fuerit, (quod cognoſcitur, quando pus cum vrina in minori quantitate excernitur)illa exhibenda ſunt, quæ exſiccant,adſtringũt, glutinant & conſolidant : trochiſci *Gordonij* omnibus palmam præripiunt,*horum* ℈*ii.cum* ℥*vi lacti caprini* manè per aliquot dies conceduntur : vel ℞. *Specier.diatrag.frig.*ʒ*ii. corall. rubr.præpar. boli armen.ver.ã* ℈*ii.ſacch opt.aq.plantagin. ſol.*℥*iv. F.ſ. a. rotulæ,de quibus pro beneplacito æger ſumat : vel* ℞. *Conſeru roſar.rubr.*℥*i.ß.flor.betonic.* ℥*ß.radic.ſymph. mai.cond.*ʒ*vi ſyr.iuiub.q ſ.F.mixtura, de qua pro lubitu quantitas nuciſtæ ſumatur:vel* ℞. *Aq. ſanicula, plãtagin.ã.*℥*iii.ſyl.alth.F.iuiub.iulep.roſ.ã.*℥*i.F. iulepus pro duabus doſibus:*maximè etiam conueniũt pilulæ ex terebinthina in præced.*c.*1.ordinatæ:*Foreſtus* cyathum plenũ *lactis vaccini* cũ *boli armen.ver.*ʒß. concedit, quod pro arcano Præceptoris ſui *Helidæi* agnoſcit: *Quercetanus pharmac.dogmat.reſtit. cap.*7. aquã ſuã contra gonorrhæam deprædicat:in vlceribus inueteratis decoctum ariſtolochiæ veræ rotũdæ cum vino albo paratum additoque ſaccharo multũ confert : vſurpetur extractum aloës in pilulas redactum : in vlcere veſicæ, peculiariter conuenit ſeq. iniectio ter indies vſurpãda:℞.*Lact.vacc.rec. mulct.* ℥*iv troch.Gordon.pulu.* ʒ*i. Miſce*:elegantem vlceris veſicæ curationẽ proponit *Fabricius Hildan. cẽt.*3. *obſer.*69.Quãdo dolores vehemẽter vrgent,narcotica ordinentur,hinc doſis *laudani opiati noſtri* vel *ſyrupi de papau.*cõcedatur:aut ℞. *Amyg. dulc.rec.exc.* ʒ*ii.ſem.cucum.melon.papau.ã.*ʒ*i.aq.lactuc.nymph. ã.* ℥*i.ſacch.roſ.*ʒ*ii.F.emulſ.ad veſperã hora sõni ſumẽda.*

CAPVT

CAPVT VI.

De Diabete.

Diabetes eſt celerrima ac copioſiſſima potus vix immutati per vrinas emiſſio, quam ſitis intenſa ac indeſinens & totius corporis colliquatio ſequitur, hinc diabetes deriuatur *ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν à tranſeundo*, propter celerem vrinæ tranſitum, ſicut aqua per ſyphones traiicitur, qui Græcis teſte *Columella διαβῆται* dicuntur, vocatur etiam *διψακὸς à ſiti maxima* & *ὕδρωψ εἰς ἀμίδα hydrops ad matulam* propter inſignem vrinæ copiam, quæ aſſiduò profunditur: rariſſimus eſt affectus, quem ſaltem bis *Galenus lib.6. de loc.affect.c.3.* obſeruauit.

Huius cauſa proxima communiter ſtatuitur calidiſſima renum intemperies, quæ ſerum è venis & arteriis emulgentibus vehementiſſimè trahunt & ad veſicam tranſmittunt, vnde ſitis continua potuſque ingens cupiditas oritur, qui dum copiâ ſuâ renũ expultricẽ ſtimulet ac retentricem grauet, ſtatim ad veſicam deturbatur: nonnullis hæc cauſa inſufficiens videtur, cum calida renum intemperies frequentiſſimus, diabetes autem rariſſimus affectus ſit, ideo aliã cauſam comminiſcuntur, nempè bilem acrem aut pituitam ſalſam renibus impactam, quæ facultatem attractricem continuò ſtimulet, quemadmodum in febrium biliosarum paroxyſmis continua ſitis vrget, quæ nullo potu ſedatur ex humore bilioſo tunicis ventriculi impacto, aut vaporibus bilioſis à partibus vicinis (vbi bilis ſtagnat & in paroxyſmo febri

febrili commouetur) eleuatis ac ventriculum impetentibus: ***Autori noſtro*** hæc ſententia probabilis videtur, cui tamen hoc addi poſſe exiſtimat, quod in hoc caſu non ſoli renes afficiantur, cum bilis & alij humores aduſti in hepate primùm generentur, vnde illi ad renes magnâ copia influere nequeunt, niſi hepar eadem intemperie eodemque vitio corripiatur: imo *Autor noſter* ſtatuit, ad generationem huius ſymptomatis venenatam qualitatem concurrere, nam ſi venenum in corpore noſtro produci poteſt, quod horrendam (vt in hydrophobia contingit) potus auerſionem inferat, cur non aliud venenum contraria qualitate præditum produci poſſet, vnde ſumma potus appetentia excitetur, inde rationem deſumit *Autor noſter*, cur iſte affectus adeo rarus ſit, quoniam rariſſima huius venenatæ qualitatis generatio fiat, cum tamen bilis & pituitæ ſalſæ productio frequentiſſima contingat.

Signum diagnoſticum huius affectus eſt immodicum vrinæ profluuium cum ſiti immenſa, quæ aſſumpto potu non ſedatur, quoniam ille ſubitò reiicitur totum corpus celeriter contabeſcit, quia cum materia potulenta humiditates corporis alibiles ſimul excernuntur, vnde hoc malum ab aliis vrinæ profluuiis diſtinguitur: honeſtus quidam Vir apud *Dodonæum obſeruat. medic. c.* 42 hoc affectu detinebatur, qui ſubinde in vnico die amplius quàm 40. *libras* vrinæ reddebat, neque minus bibebat, cum propter aſſiduam vrinæ profuſionem aſſidua etiam ſiti premeretur, hinc paucis poſt diebus mortem obiuit. Prognoſis huius affectus vtplurimum funeſta eſt, nam ille hominem celeriter ad tabem

bem perducit, niſi malum in principio ſtatim tollatur.

Curatio ex mente *Autoris noſtri* in calida renum aliorumque viſcerum intemperie ac imbecillitate corrigenda & malignæ qualitatis expulſione conſiſtit: conducunt hîc clyſteres aliquoties iniecti: *℞. Radic. acetoſ. ℥i. herb. portulac. lactuc. malu. plantagin. ã. Mi. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſolu. mell. violar. ℥iii. F. clyſter:* dein blanda purgatio præſcribatur, quam ſupra *cap.* 3. propoſuimus: conueniunt etiam ſeqq. remedia: *℞. Aq. plantag. lactuc. ã. ℥iii. ſyr. cydonior. ℥ii. iul. roſat ℥i. F. iulepus pro duabus doſibus: vel ℞. Aq. portul. acetoſ. ã. ℥iii. ſyr. granator. ℥ii. papau. errat. ℥i. F. iulepus pro duabus doſibus: ℞. Conſeru. roſar. rubr. ℥ii. rad. ſymph. mai. cond. ℥i. carn. cydon. cond. ℥ß. C. C. philoſ. præp. ℈ii. boli armen. ver. ℈i. ſyr. cydonior. q. ſ. F. mixtura, de qua pro beneplacito æger magnitudinem nuciſtæ ſumat:* doſis *laudani noſtri opiati* prudenter viribus conſtantibus vſurpata multum præſtat, vehementiora ſudorifera improbamus, quia ſummam cum diureticis cognationem habent, & viſcerum intemperiem adaugent: pro potu ordinario æger emulſione amygdalina cum decocto C. C. vſti facta vtatur: regio renum ſeq. linimento calidè inungatur: *℞. Vng. Comitiſſ. roſat. ſantal ã. ʒiii. ol. nymph. q. ſ. F. linimentum:* denique ſymptomata hunc affectum comitantia, vt ſitis, vigiliæ, tabes, propriis remediis ſuo loco deſcriptis mitiganda ſunt.

CAPVT

CAPVT VII.

De Vrina incontinentia.

HIc affectus in retentricis veſicæ actionis læſione conſiſtit,qui à debilitate ſphincteris veſicæ oritur,malum hoc pueris lactentibus ac multis decrepitis & quibuſdam adultis euenit.

Cauſa vrinæ incontinentiam efficiens in muſculo ſphinctere reſidet,qui vel ſympathicè vel idiopathicè afficitur: ſympathicè læditur, quoties ſumma totius corporis imbecillitas & caloris natiui exolutio ſicut in morti proximis accidit,corpus apoplexia vel paralyſi corripitur,aut illæ neruorum propagines læduntur, quæ ab oſſe ſacro emanant, idem in grauidis ob tumorem vteri & in maioribus recti inteſtini morbis propter dolorem euenit: idiopathicè ſphincter afficitur, aut per vulnera illis inflicta, vt in lithotomia contingit, aut vlcera profundiora illius contractionem & occluſionem impedientia: ſed cauſa frequentiſſima eſt frigida & humida intemperies, quæ iſtam partem debilitat & relaxat, ad cuius intemperiei productionem conferunt temperamentum frigidum & humidum, ætas puerilis aut ſenilis & morbi congeneres.

Signa diagnoſtica ex præcedentibus clarent: quod prognoſin ſpectat,affectus iſte in ſenibus non curatur: in febre acuta excretio inuoluntaria vrinæ admodum periculoſa eſt, aut enim à delirio vel à ſumma functionum omnium abolitione procedit: in pueris tollitur vrinæ incontinentia ætatis mutatione, cuius beneficio humiditas ſuperflua

ſenſim abſumitur, & partes laxiores conſtringũtur.

Curatio huius affectus ad frigidam & humidam intemperiem ac muſculi ſphincteris laxitatem dirigenda eſt, quæ enim per ſympathiam ab aliis affectibus procedit, ad illorum curationem refertur, tum etiam illa, quæ à vulneribus & vlceribus oritur, ab eorum cura dependet, itaque priorem curationem ita cum *Autore noſtro* proponemus, vt pueris & grãdioribus ſufficiat, ſaltem peritus Medicus remediorum delectum obſeruet, vt nempe pro maiori aut minori annorum numero quantitas medicamentorum augeatur mel imminuatur: ante omnia corpus cum Rheo purgetur: *e.g. pro puero 4. annorum: ℞. Rhabarb. pulu.* ℈j. *ſyr. roſ. ſol. ſimpl.* ℥ß. *aq. plantag.* ℥j. *ſumatur mane cum regimine diæta:* poſtea ad ſphincteris robur ſeqq. ordinentur: ℞. *Conſeru. roſ. rubr. rad. ſymp. maj. cond. ã.* ℥j. ß. *pulu. tormentill* ℈ij. *ſuccini alb. præp.* ℈j. *ſyr. corall. q. ſ. F. mixtura, de qua pro beneplacito quantitas nuciſtæ ſumatur: vel ℞. Specier. diatrionſantal.* ʒj. *diarh. abbat.* ℈ij. *ſpody ex ebore præp. corall. rubr. præp. ſuccini alb. præp. ã.* ℈j. *ſacch. roſ. tab.* ℥iiij. *F. ſ. a. tragea:* regio veſicæ cum *vnguento Comitiſſæ* calidè inungatur: æger vinum rubrum antiquum bibat, hydropotæ decoctum C.C. vſti vſurpent: grandioribus thermæ ſulphureæ conueniunt.

CAPVT VIII.

De Iſchuria & Stranguria.

OMnimoda vrinæ ſuppreſſio iſchuria nominatur, imminuta autem mingendi actio ſtranguria

guria dicitur, quæ cum ab iiſdem cauſis vel grauioribus aut remiſſioribus oriatur, eandémque curationem poſtulent, illas *Autor noſter* in vno capite complectitur: iſchuria duplex vera & notha ſtatuitur: vera appellatur, quando veſica repletur vrinâ & nullam reddit: notha fit, ſi nullum ſerum à renibus in veſicam deſcendit: vera iſchuria à tribus cauſis dependet, quarum prima eſt ſenſus abolitus in veſica, vnde illa ad expulſionem non irritatur, quod in phrenitide & ſoporoſis affectibus contingit: ſecunda cauſa eſt frigida veſicæ intemperies à cauſis refrigerantibus internis & externis contracta, quatenus ſenſum veſicæ hebetat eiuſque expultricem debilitat: tertia cauſa eſt anguſtia ceruicis veſicæ excluſionem vrinæ impediens, quæ vtplurimum à calculo vel ſanguine grumoſo aut pure originem trahit: præterea exitum vrinæ intercipit compreſſio ceruicis veſicæ à partium vicinarum tumore videlicet vteri propter fœtum grandiorem, aut inteſtini recti fæcibus duris repleti: iſchuria interdum fit à nimia vrinæ copia diutius retenta, quæ totum veſicæ corpus ita dilatat, vt fibras ſuas contrahere non poſſit, quare fiſtuloſo cathetere immiſſo vrina educenda venit, quod *Riolanus lib. 2. anthropogr. cap. 28.* ante *nonneminem* obſeruauit: quemadmodum autem nimia veſicæ diſtenſio vrinam ſupprimit, ſic eiuſdem conſtrictio ab vlcere ſtranguriam immedicabilem affert, cum inde veſica dilatari nequeat: ſæpe in laborioſo partu adeo diſtenditur veſica ex retentione lotij, dum fœtus in orificio vteri diutius hæret, vt poſt eius egreſſum vrina effluere nequeat, quâ per cathe-

 terem

terem eductâ dein ſumma imbecillitas iſchuriæ lethalis cauſa remanent,vti *Riolanus d.loc.* atteſtatur. Nothæ iſchuriæ efficiens duplex eſt, vel quia renes ſerum non attrahunt, deorsúmque mittunt, vel quia vreteres illud non ſuſcipiunt: igitur renum attractrix vel expultrix afficitur: attractrix læditur vel ratione facultatis aut errore obiecti: facultas præſertim ab intemperie frigida læditur, vel ob aliquam obſtructionem in renibus aut vaſis emulgentibus impeditur: obſtructio inprimis à calculo, pituita craſſa vel pure oritur: interdum fit obſtructio vaſorum emulgentium à repletione nimia ex ſanguine & ſero copioſo in illis collecto, cuius rei hiſtoriam *Autor noſter in centur.*1.*obſeru.*1. proponit: ex ſuppreſſione vrinæ propter atoniam hepatis interiit *Polemarchus d'Ornano*,cuius ambos renes penitus effœtos & exſolutos ſine vllo calculo *Riolanus lib.*2. *anthropogr. cap.*26. inuenit: vitio obiecti renum attractio læditur, cum ſerum vel abſumitur, vt in febribus ardentibus, vel ad alias partes tranſſumitur, vt in hydrope contingit: expultrix renum ab iiſdem cauſis intemperie, calculo, pituita craſſa, pure vel ab inflammatione læditur: vreteres ſerum non ſuſcipiunt propter inflammationem vel obſtructionem à calculo, ſanguinis grumo, pituita craſſa & pure aut ob compreſſionem à tumoribus partium vicinarum.

Vera iſchuria ex pondere & tenſione hypogaſtrij ac tumore circumſcripto veſicæ formam referente dignoſcitur: cauſæ ex rebus prægreſſis & concomitantibus innoteſcunt: ſi ex quantitate copioſiori vrinæ collectæ fiat,ægrotus referet, ſe pro-

pter

pter vrgentes rationes mictionem longiori temporis ſpatio impediuiſſe, & nulli antea veſicæ affectui obnoxium fuiſſe: ſi æger phrenitide, paralyſi aut alio affectu laboret, illis vrinæ ſuppreſſio adſcribenda erit: affectiones, quæ fiunt à tumoribus illarum partium aut vicinarum vel aliis cauſis, ſupra propoſitis ex propriis illarum indiciis apparent: obſtructio canalis veſicæ cognoſcitur ex immiſſo cathetere, qui dum invia ſubſiſtere cogitur, calculum, carunculam, aut aliam materiam obſtruentem ſubeſſe demonſtrat: Si calculus renalis adſit, dolores nephritici præceſſerunt, ſi calculus in veſica genitus vel diu commoratus fuerit, ſigna eiuſdem occurrunt: ſi caruncula vrinæ exitum impediat, gonorrhæa virulenta aut vlcus in meatu virgæ materiam purulentam longo tempore emittens anteceſſit, denique ſi ſanguis grumoſus pus concretum vel pituita craſſa obſtructionem efficiat, eorum portiunculæ vel per virgam excernuntur, vel immiſſo cathetere adhæreſcunt: ſpuria iſchuria inde cognoſcitur, quod nullus tumor, nulla tenſio, nullum pondus in regione pubis obſeruetur, porro nullum adeſt mingendi deſiderium, nulla irritatio in veſica, liber canalis immiſſo cathetere reperitur, & nulla vrina educitur, hinc ſigna inflammationis renum, calculi, febris ardentis aut hydropis præcedunt. Prognoſin quod attinet: vrinæ ſuppreſſio valdè periculoſa eſt, ſerum enim diutius retentum comatoſos affectus induit: iſchuria quæ propter ſauciatam ſpinalem medullam accidit, immedicabilis eſt.

Curatio ad cauſarum ſublationem dirigitur:

 notha

notha iſchuria iiſdem remediis tollitur,quæ in præcedenti *cap.primo* propoſuimus : ſi vera iſchuria ab inflammatione veſicæ oriatur , medicamenta ex antecedenti *cap.* 3. ordinentur , interim tamen ſi vrina diutius retineatur, candela cerea oleo amygd. dulc.illinita blandè immittatur , catheter non conducit , quia dolores excitando inflammationem adauget : ſi illa fiat à calculo in veſicæ ceruicem impacto , ſeqq. conueniunt : primò æger ſupino corpore & cruribus elatis collocetur,dein fortiter concutiatur , vt calculus in veſicam relabatur , hoc ſi non fiat,immiſſo cathetere impellatur, quando calculus in penis meatum penetrauit , omnimoda excluſio procuranda eſt, illum digitis molliter impellendo & deducendo ad extremum virgæ , quæ in aquam aut lac tepidum immittatur , aut æger ſemicupio vtatur,vt meatus laxior aut amplior fiat,ſi nec tali modo expelli poſſit , conſule *Fabricium Hildanum in libr. de lithotom. veſic. cap.*26. *&* 27. ſi vrinæ ſuppreſſio à caruncula fiat,vide *Sennertum lib* 3. *medic. practic. part.* 8. *ſectio* 1. *cap.* 9. ſi à pituita craſſa malum oriatur , omnia conueniunt , quæ contra calculum renum ſupra propoſuimus , quando pituita in toto corpore luxuriat , apozema aut ſacculus purgans *in exercitatione noſtra de apoplexia* §.13. deſcriptus ordinetur : *Arnoldus Villanouanus* vinum alkekengi commendat, nos aquam illius deſtillatam præſcribimus , plurima adhuc conuenientia remedia ſuperius *cap.*1. *&* 2. propoſuimus, quæ in talibus caſibus ritè præſcribuntur : denique ſi iſchuria aut ſtranguria à pure oriatur , detergentia & conſolidantia vſurpentur , quæ ſupra

capit.

capit. 5. contra renum & veſicæ vlcera annotauimus.

CAPVT IX.

De Dyſuria ſeu ardore vrinæ.

SVb dyſuriæ nomine *Autor noſter* omnem dolorificam mictionem comprehendit, quam Recentiores Medici per ardorem vrinæ indigitant, hanc cum ſtranguria iuxta *Autoris noſtri* mentem confundunt illi, qui etiam in ſtranguria dolorificam mictionem eſſe ſtatuunt, eámque à dyſuria in hoc ſaltem diſtinguunt, quod maior vrinæ quantitas in dyſuria, minor autem in ſtranguria excernatur, vnde etiam vrinæ ſtillicidium nominetur: ſed maluit *Autor noſter* vrinæ quantitatem imminutam, quæ ſine dolore fit, ſtranguriam nominare, omnémque mictionem dolorificam ſub dyſuria comprehendere.

Cauſa proxima diſuriæ eſt ſolutio continui in muſculo ſphinctere vel canali veſicæ, hinc omnia, quæ ſolutionem continui illis partibus inferunt, dyſuriam excitare poſſunt: inter iſtas cauſas præcipua & frequentior eſt vrinæ acrimonia, quam inprimis humor bilioſus, pituita ſalſa & materia purulenta ab vlceribus renum & veſicæ emanans producit: ſæpe etiam materia quaſi lactea copioſè cum vrina emittitur, quæ dyſuriam excitet, de generatione autem huius materiæ albæ conſulatur *Sennertus lib.3. medic. practic. part.8. ſect.2. cap.4.* in gonorrhœa iuxta *Autorem noſtrum*, quam diu in-

flammatio paraſtatum adeſt, dyſuria continua percipitur.

Diagnoſis huius affectus manifeſta eſt, dolor enim inter mejendum ita vrget, vt ægri ſæpe ex illius moleſtia acerbiſſima ejulare cogantur: quod prognoſin attinet, affectus periculoſus non eſt, ſed magnum ægro incommodum affert, & pro varia cauſarum diſpoſitione difficilem curationem recipit, nam ſi diutius perſeueret, tandem veſicam & illius ceruicem exulcerat.

Curatio ad cauſæ ſublationem dirigenda eſt: ſi ab vlcere veſicæ malum oriatur, remedia in præcedenti *cap.5.* annotata ordinentur, quæ ab acrimonia vrinæ & humoribus illi admixtis originem trahit, ſeqq. remediis oppugnatur: ſi corpus ſit phlethoricum, venæſectio in brachio inſtituatur: purgationes ſaltem blandiores conueniunt, alioquin malum magis exaſperatur, hinc aliquoties infuſum in præcedenti *cap.3.* annotatum ordinetur: maximè etiam clyſteres conducunt: ℞. *Radic. alth.* ℥j.ß. *herb. malu.* Mij. *violar. lactuc.* ā. Mj. *flor. nymph.* Pj. *coq. in aq. font. q. ſ. in col.* ℥x. *ſol. mell. violar.* ℥iij. *elect. lenit.* ℥j.ß. *vitell. ouor. num. 2. F. clyſter*: porrò ſeqq. conueniunt: ℞. *Aq. malu.* ℥iij. *portulac. lactuc.* ā. ℥j.ß. *ſyr. alth. F.* ℥ij. *iulepus roſar.* ℥j. *F. iulepus pro duabus doſibus: vel* ℞. *Amygd. dulc. rec. exc.* ℥ß. *ſem. cucum. melon. exc.* ā. ʒij. *papau. alb.* ʒj. *aq. malu. lact. nymph.* ā. ℥iij. *ſacch. roſat. tab.* ℥j. *F. emulſio pro tribus doſibus*: æger ſerum lactis caprini bibat, quod humorum acrimoniam contemperat, præſtantius fit, ſi cuilibet potioni *trochiſc. alkek.* ℈j. addatur: ſi nulla adſit partium exulceratio, acidulæ conveniunt:

niunt: aquam roſarum albumine oui conquaſſatam & ad medium ſcutellæ ebibitam, nec non ſimplex maluæ decoctum cum ſyrupo violaceo vſurpatum *Foreſtus lib.* 25. *obſeru.*3. *&* 4. inprimis commendat: *Amatus Luſitanus cent.*6. *curat.*58. refert mulierem dyſuriâ affectam, quæ multis remediis *ibidem* recenſitis curari non potuerat, vſu *conſeruæ florum maluæ* ſanatam fuiſſe, mane & veſperi *huius conſeruæ* ℥j. ſumebat, *& aq.maluæ* ℥iij. ſuperbibebat: *idem Amatus ſeq. curat.*59. ſenem ab excreto lapillo dyſuria laborantem *eadem conſeruâ eodem modo* vſurpatâ intra triduum ſanitati reſtituit: proſunt etiam ſemicupia & pilulæ ex terebinthina ſuperius *cap.*1. deſcriptæ: dolore admodum vrgente penis in lac tepidum immittatur, vel ſeq. injectio in veſicæ ductum ordinetur: ℞. *Sem. cucum. melon. ã.* ʒij. *papau. alb.*ʒj. *aq. plantag.*℥iij. *F. emulſio add. troch.alkek.* ℈j.*miſce pro iniectione:* pro potu ordinario æger aut ptiſanam aut vinum album tenue bibat: quando humores bilioſi & acres ab hepate calidiori promanant, illi remediis ſuccurrendum, quæ ſuperius *lib.*11. *cap.*1. propoſuimus.

LIBER

LIBER XV.

De Morbis Mulierum.

PRÆFATIO.

MORBI mulierum appellantur, qui mulieribus proprij ſunt, & à vitio vteri dependent: nos igitur vt affectus vteri præcipuos & in praxi medica frequentiores debita methodo exponamus, eos cum Autore noſtro *ita diuidimus: morbi vterini alij à vaſis vteri dependent, alij in ipſo vteri corpore fiunt, alij generationem reſpiciunt: à vaſis vteri malè affectis dependent chloroſis, menſium ſuppreſſio & fluxus immodicus, fluores albi, furor vterinus & hyſterica paſſio: in ipſo vteri corpore fiunt inflammatio, vlcus, ſcirrhus, cancer, hydrops & procidentia, qui morbi tantum per accidens propagationem impediunt: affectus totum generationis opus nempe conceptionem, grauiditatem & partum reſpicientes ſunt ſterilitas, morbi acuti & chronici prægnantium, abortus, partus difficilis, fœtus mortuus, ſecundina retenta, fluxus lochiorum immodicus, ſuppreſſio lochiorum, tormina à partu & morbi acuti puerperarum: nunc omnes iſtos affectus denominatos compendio, quantum fieri poteſt,*

poteſt, breuiſſime cum Autore noſtro *explicare aggredimur.*

CAPVT I.

De Chloroſi.

HIc affectus etiam febris alba, febris amatoria, morbus virgineus, pallidi virginum colores, & icterus albus appellatur: definiri poteſt vitioſus corporis habitus ab obſtructionibus venarum hepatis, lienis, meſenterij & præcipuè vteri, quem plerunque grauitas membrorum, palpitatio cordis, difficultas reſpirandi, rerum abſurdarum appetitus & alia ſymptomata ſequuntur.

Pendet igitur hic affectus immediatè ab obſtructionibus partium infimi ventris præſertim venarum vtero adjacentium, quæ liberum ſanguinis affluxum ad vterum impediunt, vnde ſanguis copiâ luxurians in virginibus, quando menſtrua ab illis obſtructionibus impediuntur, ad partes ſuperiores refluit, cor, hepar, lienem, diaphragma opprimit, eorúmque calorem natiuum obruit & vaſa obſtruit, vnde vitioſa fit in viſceribus concoctio & crudi humores in toto corpore cumulantur, qui ad habitum exteriorem delati cachexiam inducunt, & in reliquis partibus varia ſymptomata excitant: ſic in hypochondriis viſcerum tumores fiunt, à quibus diaphragma comprimitur, vnde difficultas reſpirandi emergit: porrò quia ſanguis craſſus & flatulenti ſpiritus per venæ cauæ & arteriæ magnæ ramos ad cor deferuntur, inde cordis palpitationes & tempo

temporum pulſationes eueniunt: præterea cibi faſtidio huiuſmodi virgines frequenter corripiuntur, quia ob malam concoctionem & diſtributionem ventriculus magnâ crudorum excrementorum copiâ refertur, quæ excrementa vitioſam ex peculiari quadam corruptela qualitatem adepta prauorum eduliorum, imo & rerum abſurdarum minimè alibilium appetitum inducunt: vide ſupra *lib.9.cap.3.*
Cauſæ obſtructionum, quæ in venis vteri & hypochondriorum contingunt, ſunt humores craſſi, viſcidi & crudi ex praua plerunque victus ratione geniti: virgines enim iſtæ largo frigidæ potu horâ ſomni vel mane ieiuno ſtomacho vtuntur: aliæ acetum & fructus immaturos deuorant: aliæ nimio ſomno, aliæ otio immodico, aliæ intempeſtiuis choreis vſque ad ſtellam matutinam indulgent, vnde calor partium natiuus vehementer debilitatur, concoctiones naturales fortiter impediuntur, & magnus crudorum excrementorum prouentus oritur.

Diagnoſis ex ſequenti ſymptomatum ſerie apparet: primò ſeſe offert faciei & totius corporis color pallidus, ſubalbidus, interdum plumbeus, cum enim in hoc affectu humores crudi, pituitoſi ac ſeroſi abundent, & ad habitum corporis deferantur, talem colorem inducunt: ſecundò ob eandem cauſam tumor in facie apparet & pedes circa malleolos intumeſcunt, totumque corpus molle euadit: tertiò ſegnities corporis & laſſitudo crurum ac pedum deuolutis ad illos humoribus adeſt: quartò dyſpnœa vrget, quoniam aut vapores eleuati aut viſcera obſtructa diaphragma comprimunt: quintò cor

tò cordis adeſt palpitatio & pulſatio in arteriis temporum vti ſupra audiuimus: ſextò dolor capitis diuturnus propter ſuffimigia vaporum ſæpe affligit: ſeptimo pulſus eſt celer ac frequens, quoniam propter contumaces obſtructiones ſæpè febris accedit, ideo hic affectus febris alba dicitur: octauò ingens adeſt ciborum euchymorum faſtidium propter maximam crudorum excrementorum in ventriculo ac vicinis partibus collectionem, quæ deteriorem qualitatem adepta picam inducunt: denique malo ingraueſcente & multiplicatis obſtructionibus ſuppreſſio menſium conſequitur, quæ affectum confirmatum oſtendit. Quod prognoſin attinet: chloroſis periculoſa non eſt, ſi tamen altas radices egerit, febres diuturnas, hydropem, morbóſque chronicos lethales inducit: virgines hunc affectum diutius paſſæ aut ſteriles fiunt, aut prolem debilem gignunt: magna ſalutis ſpes affulget, quando menſtrua debito modo ſtatas periodos repetunt.

Curatio abſoluitur obſtructionum apertione, vitioſorum humorum euacuatione & viſcerum robore: obſtructiones iiſdem remediis tolluntur, quæ ſuperius contra hepatis & lienis obſtructiones propoſuimus: primò blanda purgatio ægrotæ temperamento conueniens exhibeatur: dein venæſectio inſtituatur, ſi affectus non valdè inueteratus fuerit: poſtea ſeq. ſacculus ordinetur, *e.g. pro virgine 15. annorum: ♃. Radic. bryon.* ℥iij. *cort. tamaric.* ℥ij. *herb. marrubij albi, betonic. ceterach. matricar. ā.* Mß. *artemiſ. ſumm. centaur. min. ā.* Pj. *folior. ſenn. elect.* ℥j.ß. *agar. rec. troch.* ℥ß. *ſem. aniſi* ℥iij. *inciſa & contuſa dentur ad ſacculum ex ſindone albo, cui menſura vini albi*

albi veteris affundatur, de cuius colatura mane alter-nis diebus cum regimine diæta ℥vj. *bibantur*: ebibito hoc vino purgante ſeq. balneum paretur, cuius iuxta effatum *Autoris noſtri* tanta eſt efficacia, vt quibuſdam menſtrua in tertio aut quarto balneo profluxerint, quæ per longum tempus ſuppreſſa fuere: ℞. *Rad. lil. alb. alth. bryon. ā.* ℥iij. *herb. malu. violar. merc. puleg. matricar. meliſſ.* ā. Miiij. *ſem. lini, fœnigr.* ā. ℥j. ß. *inciſa dētur ad vſū balnei per* 14. *dies vſurpandi, quod ægrota mane & veſperi ingrediatur, ſpecies autē pro decocto ſingulis ternis diebus reiterari debent*: nos virginibus chloroſi laborantibus *thermas Badenſes Heluetior*, aut *Hercinias* felici cū ſucceſſu ſuademus.

CAPVT II.

De ſuppreſſione Menſium.

MEnſium ſuppreſſio dicitur, quando in fœmina nec lactante nec grauida ſanguinis per vterum euacuatio, quæ naturaliter ſingulis menſibus fieri conſueuit, rarius aut parcius procedit, vel omninò ſupprimitur.

Cauſa illius ſuppreſſionis vel ad vterum, vel ad vaſa illius, vel ad ſanguinem, qui per illa fluit aut fluere debet, referenda eſt: vteri varij morbi ſuppreſſionem menſium efficiunt, vt intemperies illius calida vel frigida, inflammatio, ſcirrhus & vlcera: vaſa vteri ſæpe obſtructiones ab humoribus frigidis & craſſis patiuntur, quæ frequens menſium ſuppreſſionis cauſa eſt: ſanguis quantitate, qualitate vel motu peccans huius mali autor exiſtit: de

ſangui

ſanguine imminuto non dubitatur: ſanguis qualitate peccat, dum craſſior & viſcidior in vaſis vteri obſtructiones parit: motu peccat, cum per alienas vias vt nares, vomitum, vrinas, hæmorrhoides excernitur: *Autor noſter* puellam in capite puſtulam habentem vidit, quæ ſingulis menſibus aperiebatur & copioſum ſanguinem fundebat: *Idem* multas ſanguinem periodicè per pulmonem rejicientes obſeruauit, quæ euacuatio purgationis menſtruæ vicem gerebat: cauſæ externæ ſuppreſſionem menſium promouentes ſunt aër frigidior & ſiccior, ingreſſus præceps in aquam frigidam præcipuè dum menſtrua fluunt, cibi calidiores, frigidiores, craſſiores, iracundia & triſtitia vehemens, &c.

Diagnoſis ab ipſius ægrotæ relatione dependet, ſed quoniam menſtrua vel à cauſis præternaturalibus vel à grauiditate ſupprimuntur, ſigna ſeqq. vtramque ſuppreſſionem diſtinguentia ab *Autore noſtro* proponuntur, ne Medicus iunior à mulierculis grauiditatem ex illegitimo concubitu contractã celantibus decipiatur, aut remedia menſes promouentia grauidæ mulieri temerè præſcribat: primò grauidæ naturalem colorem retinent, qui in aliis valdè immutatur & pallidus ac fœdus efficitur: ſecundò ſymptomata, quæ grauidis in principio accidunt, indies paulatim miteſcunt, econtra quò diutius menſes ſubſiſtunt, eò magis ſymptomata augentur: tertiò in grauidis poſt tertium menſem motus & ſitus infantis ſenſibiliter percipitur, quando manus ventri inferiori adhibetur, in aliis ſaltem tumor œdematoſus obſeruatur: quartò ſi oſculum interius vteri à perita obſtetrice tangatur, non ita

exactè

exactè clauſum vt in grauidis obſeruatur: quintò grauidæ vtplurimùm hilares ſunt, econtra ſuppreſſio menſium diuturna melancholiam hypochondriacam inducit: vteri vitia, quæ ſuppreſſionem menſium efficiunt, in ſeqq. capitibus explicantur, vnde etiam ſigna cauſarum deſumenda ſunt: obſtructiones vaſorum vteri cognoſcuntur ex moleſtia, quæ in lumbis & partibus vtero vicinis inſtante potiſſimum menſtruæ purgationis tempore percipiuntur, & ſi quid tunc temporis effluat, mucoſum, ſubalbidum & nigricans apparet. Quod prognoſin attinet: contumax menſium ſuppreſſio periculoſiſſima eſt, ex qua grauiſſimi morbi oriuntur, vt febres, cachexiæ, hydrops, cibi faſtidium, cardialgia, tuſſis, diſpnœa, lypothymia, capitis dolor, melancholia, mania & arthritis.

Curatio huius affectus pro varietate cauſarum inſtituenda eſt: ſi propter ſanguinis penuriam menſtruá non procedant, vti poſt febres diuturnas & in quauis inſigni corporis extenuatione contingit, eorum prouocatio molienda non eſt, priuſquam alimentis analepticis corpus inſtauratum fuerit, vnde ſæpius menſtrua ſpontè fluunt, quod ſi natura ſui muneris oblita ad priſtinum officium non reuertatur, vena malleoli aperienda erit, quæ etiam ſecari debet, quando menſtruá per ſuperiores vias excernuntur: ſi ſanguis menſtruus per hæmorrhoides fluat, topica vtero præſcribantur, quæ ſanguinem illuc alliciant: omnium frequentiſſima eſt illa menſium ſuppreſſio, quæ ab obſtructionibus venarum vteri contingit, cuius curatio fermè cum chloroſeos medela coincidit, nam reſeratis viſce

viſcerum obſtructionibus menſtrua vtplurimum ſucedunt, quorum eruptionem ſeqq. remedia etiam maximè promouent: ante omnia ſacculus *in prac. c.* annotatus præſcribatur, dein vena malleoli circa periodum conſuetam mẽſtruorum aperiatur, quo tempore nos etiam ſeq. pilulas felici cum ſucceſſu ordinamus: *℞. Extract. aloet. Quercet. beton. meliſſæ, croci, troch. de myrrh. ã. ℈ß. miſceantur omnia diligenter & formẽtur inde pilulæ xxxvj. pro tribus doſ. matutinis:* à quorum vſu menſtrua diutius retenta ſæpè naturaliter fluere incipiunt: vel eodem tempore ſeq. julepus præſcribatur: *℞. Aq. artem puleg. ã ℥iij. ſyr. beton. ℥ij. F. iulepus pro tribus doſibus matutinis.* Chymici tartarum vitriolatum & ſpiritum tartari cõmodè præſcribunt: dum prędicta remedia vſurpantur, clyſteres frequenter iniecti ob incumbentem inteſtino recto vterum maximè conueniunt: *e. g. pro virgine XXV. annor. ℞. Rad. lil. alb. bryon. ã. ℥j herb. artemiſ. pelug. meliſſæ, beton. ã. Mj. flor. melil. Pj. ſem. lini ℥ß. coq. in aq. font. q. ſ. in b col. ℥x. ſolu. mell. anthoſ. ℥ij. elect. hier. picr. Log. ℥ß. F. clyſter:* ſemicupia etiam conueniunt: *℞. Rad. lil. alb. bryon. ã ℥iij. herb. beton. artemiſ. agrimon. meliſſæ, puleg. ã. Miij. ſem. lini ℥j. ß. inciſa dentur ad vſum ſemicupij, quæ ſacculo incluſa ventri applicentur:* nos thermas *Badenſes Heruetiorum* aut *Hercynias* non ſine fructu conſulimus.

CAPVT III.

De Fluxu menſium immodico.

MEnſium fluxus in moderata quantitate ac debito tempore naturalis eſt, ſi quantitatis

modum excedat, vel frequentius redeat, aut diutius perſeueret, immodicus ac præternaturalis cenſetur.

Cauſæ menſium fluxus immodici eædem ſunt, quas in hæmoptiſi concurrere ſupra *lib.7.c.6.* medicauimus, eadem ſemper repetere compendium noſtrum non permittit.

Diagnoſis ad ipſum affectum illiúſque cauſam dirigitur: fluxum menſium immodicum & præternaturalem oſtendunt difficilis tolerantia, virium lapſus, cachexia, pedum tumor & alij affectus grauiores, qui caloris natiui extinctionem ſequuntur: per anaſtomoſin aut rixim effluere ſanguinem immodicum oſtendunt vulnera, contuſiones, caſus, ſaltus, abortus: diabroſin ſeu exulcerationem in vtero factam indicant humores ſalſi & acres in corpore redundantes, ſanguis ſanioſus cum dolore & acrimonia exſtillans, poſtmodum ſi vlcus augeatur, fruſtula quædam partis affectæ deraduntur, vnde magna ſanguinis profuſio contingit, quæ difficulter ſiſtitur. Quod prognoſin attinet, omnis hæmorrhagia vteri copioſior aut diutunior periculoſa eſt, quæ & matrem grauidam & fœtum in vitæ periculum coniicit: ſi virium debilitas & ſymptomatum vehementia incrementum ſumat, ægræ interitum portendit.

Curatio eadem ferè eſt, quam contra immodicum hæmorrhoïdum fluxum propoſuimus: Primò phlebotomia reuulſionis gratia in brachio inſtituatur, quantum vires ferre poſſunt, teſtatur *Hollerius in cōment. ſect. 5. aphor.* 50. ſe multas mulieres vidiſſe, *quæ detracto ſanguine multo conualuerunt, cum nullis*

aliis

aliis remedidiis poſſet reprimi fluxus ſanguinis: γυναι-κὶ τὰ καταμήνια ἢν βύλῃ ἐπιχεῖν, συκύην ὡς μεγίςην πρὸς τὺς τιτθὺς πρόσβαλλε: *ſi mulieri immoderatius fluentia menſtrua vis inhibere, quàm maximam cucurbitulam ad mammas defigito* juxta *Hippocrat d.a.* Si tamen ex admota cucurbitula difficultas ſpirandi oriatur, illa ſtatim auferenda eſt: quando humores bilioſi ac ſeroſi menſtruorum impetum faciunt, purgatio blanda *lib.* 10.*c.* 10. annotata conuenit, poſtea ad ea remedia deueniendum eſt, quæ ſanguinem incraſſant & venas claudunt, qualia etiam ſupra *lib.* 7. *cap.* 6. *& lib.* 9. *c.* 8. propoſuimus, conuenienter doſis *laudani noſtri* præſcribitur: pro potu ordinario ægra vtatur *emulſione amygdalina cum decocto C. C. vſti facta*: diligenter obſeruandum eſt, in affectu inueterato multum adſtringentia & incraſſantia diutius vſurpanda non eſſe, ne meatus occludendo & conſtringendo contumaces obſtructiones generentur, quæ viſceribus primariis inſigne damnum afferrent: inter externa remedia ſeq. linimentum primas tenet, quo fluxus menſium aut lochiorum immodicus quaſi in momento ſiſtitur, ſi illo vteri regio calidè illinatur: ℞. *Vnguent. Comitiſſæ* ℥j. *ol. maſtich. q. ſ. F. linimentum*: quando iſtis remediis vſurpatis fluxus menſium præternaturalis non ceſſat, *thermas Cellenſes in Ducatu Vvirtembergico* jacentes cum felici ſucceſſu conſulimus,

CAPVT IV.

De Fluore Muliebri.

FLuor muliebris, vteri profluuium ſeu menſtrua alba dictus oritur, quando humores excrementitij vel continentur vel ſaltem nullo ordine ex vtero promanant: iſti hubores nunc albi ſunt & pituitoſi, ſero lactis aut cremori hordei ſimiles, nunc pallidi, flaui, virides, aquoſi, ſubnigri ex humoris bilioſi, ſeroſi aut melancholici permixtione, nunc acres & erodentes, ita vt partes vterinas exulcerent, nunc tetri aut graueolentes, nunc nullius odoris participes: fœminas adultiores plerúmque hoc malum corripit, virgines tamen ab eo immunes non ſunt, etenim ſi puellæ ſatis amplas venas habent, vt per earum ductus menſtrua expurgentur, cur non etiam fluores albi per eaſdem vias fluere poſſint? cum ſæpè illorum materia vtpote ſeroſa vel bilioſa ipſo ſanguine tenuior exiſtat: hinc *Autor noſter* obſeruauit, caſtiſſimas virgines, de quibus nec minima corruptionis ſuſpicio erat, hunc affectum paſſas fuiſſe: imo *Fernelius lib.6. de part. mort. & ſympt. cap.16.* puellam octo annorum hoc malo obſeſſam ac diu poſtea grauiterque afflictam conſpexit: humores iſti excrementitij vel in toto corpore vel in aliqua parte principali vel in ipſo vtero generantur: ſi à toto corpore humores profluant, vel ex prauo alimento aut ex vitioſo & habituali totius corporis temperamento producuntur, & ad vterum tanquam ad publicam ſentinam confluunt: partes peculiares, quarum conſenſu in hoc morbo vterus

affici

afficitur,illuc ſua excrementa potiſſimùm deponentes ſunt cerebrum,ventriculus,hepar,lien, meſenterium: in vtero iſti humores generantur,quando ille ob debilitatem concoctricis proprium alimentum in excrementa commutat, vterus autem præſertim ab intemperie frigida, contuſione, inflammatione abſceſſu & abortu debilitatur.

Diagnoſis ad ipſum effectum,partem affectam & cauſam dirigitur: ægrota affectum reuelat, quem aliquoties color faciei pallidus,inappetentia,nauſea, diſpnœa, virium prolapſus, vrina craſſa & turbida aliáque ſymptomata comitantur: in toto corpore materiam iſtam generari indicat ſpontanea laſſitudo grauans, torpor crurum ad pedum & prauus totius corporis habitus:in aliqua parte peculiari materiam peccantem ſymptomata & excrementa cuique parti propria oſtendunt: humores fluxum iſtum efficientes in primis colores illorum ſupra propoſiti atteſtantur: hic affectus à materia purulenta ex vlceris ſignis diſtinguitur,quæ inferiùs *cap*.8.proponentur: in gonorrhœa virulenta adſunt pudendi vlcuſcula & ardor vrinæ,qui in fluore muliebri non obſeruatur. Prognoſis bona & mala cenſetur, bona dicitur, quatenus nullum vitæ periculum infert, mala exiſtimatur, quia affectus eſt contumax, diuturnus & curatu difficillimus, ſiquidem humorum ſuperfluorum effluxus, qui ſemel hanc viam affectauit, difficulter auertitur,cum vterus ſit ſentina corporis quâ etiam in ſtatu naturali humores ſuperflui ſingulis menſibus expurgantur:affectus diuturnior ſterilitatem,vteri exulcerationem, cachexiam, hydropem aut tabem inducit: fluxus cruentus & fœtidus

Hh 3 pallido

pallido deterior eſt: hoc malum propter copiam pituitæ & concoctricis imbecillitatem vetulas ad mortem comitatur.

Curatio huius affectus incipienda eſt ab vniuerſali humoris peccantis euacuatione, quæ in primis humores ſeroſos & pituitoſos educit, *e.g. pro muliere XXX.annor. ℞.Folior. ſenn.elect.℥ij.agar.rec.troch. rhabar opt.ā.ʒj.ſem.aniſi, fœnic.ā ʒß.aq.betonic. meliſſ. ā ℥iij. infund. per noct.mane bulliant par.in col. ℥iij ſol. ſyr. flor. perſicor.℥ß.aq. cinnam.ʒij. F. potio purgans mane cum regimine diata ſumenda & pro neceſſitate aliquoties repetenda: vel ℞. Syrup. roſ. compoſ ex S. R. A. in exercitat.de apoplex.§.11. deſcript.℥j.ß. elect de ſucc.roſar.ʒij.aq betonic.℥j F. potio eodem modo ſumenda: vel ℞. Extract. pilul. cochiar.gr.xv.cathol.gr.v.ol ſtillat.ſolu.gt.F.pilul.vij. deaurata eodem modo vſurpanda*: in fluxu ſeroſo ſeq. pulvis præſtantiſſimus eſt: *℞.Rad.ialap.opt.ʒß. cremor.tartar ℈ß.F.pulv.eodem modo ſumendus*: venæſectio non conuenit, niſi inſignis phletora adſit: ſi à cerebro, ventriculo, hepate humores ad vterum confluant, illis debita remedia *ſuis locis* deſcripta applicentur: corpore ab omni ſaburra diligenter expurgato ad medicamenta roborantia & adſtringentia tranſeundum eſt: theriaca recens optimè conducit, vel ſeq. tragea ordinetur: *℞. Specier. diarrh.abbat.ʒj.aromat.roſ.ʒß.C.C. philoſ.prep.℈ij. corallor.rubr. & alb.præpar.ā.℈j.ol.ſtillat. ſalu.gt.vj. ſacch.opt ℥iij. F.ſ.a. tragea*: ægra pro potu ordinario decoctum vſurpet, quod *in exercitat.de apopl.* §.12. propoſuimus: nos repurgato ab humoribus excrementitiis corpore ad thermas *Badenſes Hercynias*

cynias contra talem affectum inſigni virtutę prædias commendamus.

CAPVT V.

De Furore Vterino.

FVror vterinus eſt ſpecies maniæ ab intenſo & effrænato coeundi appetitu orta,qui mentem de ſede ſua dejicit, ita vt ægræ obſcœna verba paſſim effutiant, & ruptis pudicitiæ repagulis viros ad coïtum œſtro quaſi percitæ inuitent.

Producitur hoc malum à ſeminis copia,acrimonia & feruore immodico,quod in vaſis ſeminalibus turgens genitalia ad *Venerem* excitat: ſemen iſtas qualitates acquirit, quando in corporibus virginum aut viduarum juniorum diutius retinetur, idem nuptis contingit,quæ ignauos maritos habent.

Diagnoſin præcedentia confirmant: quod prognoſin attinet, ſi furor vterinus diu perſeueret, in veram maniam degenerat.

Curatio in ſeqq.conſiſtit: venæſectio aliquoties inſtituatur, vt tota maſſa ſanguinea refrigeretur, & ſanguis feruidus ab vtero reuellatur, ſi ſuppreſſio menſiũ adfuerit,vena malleoli aperiatur,poſtea ſeq. purgatio ordinetur, *e.g.pro virgine XXV.annor.* ℞. *Syrup.roſ.compoſ.ex S.R.A.in exercit.de apopl.*§.11. *deſcript.*℥j ß.*elect.de ſucc. roſar.*ʒij.*aq. nymph* ℥j.ß. *F. potio purgans mane cum regim. diæta ſumenda & pro neceſſitate aliquoties reiterãda*:emulſiones etiam præſcribantur;℞.*Amyg.dulc.rec.excort.*ʒiij.*ſem.cu. cum, melon. ã.*ʒij. *papau. alb.*ʒj. *aq. nymph.*℥iv. *la-*

 ctuc.℥ij.

ctuc,℥ij.ſacch.opt.ʒß.F.emulſio pro duabus doſibus: in toto morbi decurſu clyſteres refrigerantes & blandè purgans iniiciendi ſunt cauendo ab acrioribus & vehementioribus, nam iſti materiam in vaſis ſpermaticis contentam exagitãt, vnde ſymptomata exacerbantur: *e.g.℞.Rad.acet.℥j.herb.nymph.Mij.lact. viol.ã.Mj.ſem.agn.caſti ʒß.coq.in aq.font.q.ſ.in col. ℥x.ſol.mell.viol℥ij.elect.diacathol ℥j.F.clyſter*:regio vteri ſeq.linimento tepidè inungatur: *℞. Vnguent. roſ.ſantal.ã.℥iij.campb gr.iv.ol nymph.q ſ.F.linimentum*:in delirij vehementia doſis *laudani noſtri opiat.* vel *ſyr. papau.albi* concedatur:acidulæ hîc maximè conducunt:virgines iſtæ aut mulierculæ in hoc malum procliues ad labores continuos etiam minitantibus flagris inſtigentur,nam iuxta mellifluum *Bernardũ in epiſtola ad Fratres de monte Domini* otium colluuies cogitationum malarum,ſumma mẽtis malitia & malorum omnium ſentina vocatur:pro omnium remediorum præſtãtiſſimo concubitus legitimus cenſetur, quem *Paphnutius* Epiſcopus *Ægyptiacus* ex *Ruffini* iudicio *Apoſtolis* æquiparãdus in œcumenica ſynodo *Nycana prima σωφροσύνlω καλlὼ honeſtam caſtitatem* appellauit:cum in hoc affectu cerebrum & cor etiam afficiatur,vtrique propriis remediis *ſuo loco* ordinatis ſuccurrendum erit.

CAPVT VI.

De Hyſterica paſſione.

QVando ſemen & ſanguis menſtruus præter naturam in mulieribus retinentur, illa putreſcunt,

ſcunt, corrumpuntur, venenatam qualitatem acquirunt,& vt plurimum hyſtericam paſſionem producunt, vnde humores tenues ac vapores maligni eleuantur, & ad varias corporis partes deferuntur propter mirum conſenſum, qui vtero cum illis intercedit, hinc tam diuerſa ſymptomata emergunt, vt meritò *Democritus ad Hippocr.*ſcripſerit: δεινὸν ἄλγος τε ἐν γυναικὶ μόχθων μυρίων παραιτίη μήτηρ *grauis calamitas & infinitarum ærumnarum in muliere authòr vterus* eſt: varij ſunt paſſionis hyſtericæ gradus pro varia materiæ morbificæ copia & malignitate, nonnunquam ſuffocatio ſtatim tranſit, aliquando diutius remanet, & vomitum ſyncopen, conuulſioneſque ſecum trahit, lege *Galen. lib.6. de loc.affect.c.5.* communiter grauiora ſymptomata ex ſemine quàm ſanguine menſtruo corrupto excitantur, quantò enim ſemen ſua bonitate menſtruum ſuperat, tantò etiam ex corruptione in deteriorem malignitatem conuertitur, vide *Galenum d.l.* hîc notare conuenit (quod *Riolanus lib.2.anthropogr.c.22.* antè *nonneminem* monuit) viros à ſeminis corrupti tetris vaporibus non ita crudeliter ac mulieres infeſtari, cum in viris teſtes & vaſa ſpermatica extra peritonæi cauum contineantur, contra in mulieribus omnia ventris cauitati incluſa ſint: *Nonnulli* aſcenſum vteri ad partes ſuperiores defendunt, quo ventriculus & diaphragma comprimantur, ac grauiora ſymptomata inducantur: ſed cum vterus iuxta *Riolanum* in ſuo ſitu firmiter alligatus ſit, nõn eſt veriſimile, illum ad ventriculum & diaphragma aſcendere: crederem potius cum *Riolano*, cuius veſtigia *nonnemo* tacitè preſſit, motum illum oberrantis

rantis & conuoluti corporis, quod hyſtericæ mulieres ſentiunt, non ab vtero ad illas partes tranſlato, ſed à teſtibus & tuba proficiſci; quum enim teſtes ſint penduli & corpus tubæ fiſtuloſum, laxum & vagum, ſimul per hypogaſtrium volutari poſſunt, & tracta ad vmbilicum aſſurgere, dum ſemine putri turgeſcunt, cuius impetu huc & illuc violenter agitantur: nam vterus etiam vi magna ſupernè tractus vix ſupra os ſacrum efferri poteſt, quippe præter quatuor ligamenta, quibus firmiter adſtringitur, etiam inteſtino recto & pudendis partibus externis adnaſcitur, quas ingenti cum dolore retrahit & conuelli oporteret, ſi vterus ad ventriculum & diaphragma aſcenderet. *Obiicis*: teſtes & fiſtuloſum tubæ corpus minora eſſe, quàm vt poſſint tumorem illum rotundum ſiue corpus illud magnum conglobatum æquare, quod tactu in hyſterica paſſione deprehenditur: reſpondet *Riolanus*, ſe in virginibus hyſtericis teſtes pugno grandiores ſeroſo ſemine turgentes & tubam vteri amplificatam ac valdè dilatatam deprehendiſſe: dolor capitis ex vtero variis modis contingit, nunc totum caput occupat, nunc ſinciput nunc occiput inuadit, nunc circa oculos è ſede ſua quaſi erupturos percipitur, hic dolor oritur vt plurimùm à vaporibus acribus malignisque membranas cerebri vellicantibus, quamuis etiam tumores praui ab vtero regurgitantes & per venas ac arterias in cerebrum tranſlati eundem dolorem excitare poſſint: conuulſiones ex vtero ab iiſdem vaporibus & humoribus acribus oriuntur, qui malignitatem inſignem adepti principium neruorum vellicant, & motibus con

conuulſiuis exagitant: palpitatio cordis etiam à vaporibus malignis & humoribus ſeroſis originem trahit: ſi humores acres ad ventriculum ferantur, cardialgiam, ſingultum, nauſeam aut vomitum producunt: varij hepatis affectus præſertim illius obſtructiones ex ſanguine menſtruo retento & per venas refluente in paſſione hyſterica accidunt: quoniam iuxta *Riolanum* conſenſus vteri cum liene intercedit per venas hæmorrhoïdales, quæ ceruici vteri rectoque inteſtino diſtribuûtur, inde fit, vt hyſtericæ mulieres ſpleneticæ & viciſſim ſpleneticæ hyſtericæ euadant: *cum ligamenta* vteri *fiſtuloſa ſint* (verba *Bauhini lib. 1. theatr. anatom. cap. 37. edit. vlt.* proponimus) *humores partium genitalium ſuperfluas inſtar canalium ad inguinis glandulas deuehunt, hinc fit, nõnullis.* NB. nempe RIOLANO *rectè monentibus, vt in quibuſdam hyſtericis tam virginibus quàm mulieribus inguina tumeant, femorum interiora doleant ob horum ligamentorum conuulſionem, ab humoribus enim diſtenta breuiora fiunt, ſicque corporis erigendi & femoris extendendi commoditatem impediunt.*

Diagnoſis hyſtericæ paſſionis ex antedictis deſumitur, attamen ſymptomata enumerata non omnia in omnibus, ſed quædam in his, alia in illis, pro varia cauſarum diſpoſitione apparent: vrget læſa reſpiratio, in qua ægrotæ ſtrangulari videntur, licet nonnunquam illa ſine moleſtia aut metu ſuffocationis imminuatur, adeſt totius corporis refrigeratio, vocis & pulſus interceptio, interdum motus & ſenſus abolentur, interdum ſyncope, conuulſiones, ſingultus & vomitus enormes accedunt: à ſyncope paſſio hyſterica ita diſtinguitur:

I. in

I. in illa reſpiratio & pulſus omninò amittuntur, in hac aliquantulùm remanent, niſi extremum vitæ periculum immineat : II. illa promptius inuadit & quaſi derepente corripit, hanc ſigna euidentia futuræ acceſſionis, vt murmur abdominis, nauſea, laſſitudines & oſcitationes præcedunt : III. in illa pallor faciei maior in hac minor eſt, imo nonnullæ mulieres hyſtericæ in paroxyſmo faciem rubicundam habent : IV. illa breuior eſt & citò ad ſalutem vel mortem terminatur, hæc ad aliquot dies ſæpè perſeuerat, hoc tamen notandum eſt, ſyncopen cum hyſterica paſſione aliquoties complicari, ſi nempè functiones cordis vitales ex antecedentibus paroxyſmis diuturnioribus vehementer debilitatæ fuerint : quomodo hic affectus ab apoplexia diſcriminetur, vide *exercit. noſtr.* §. 7. quod ſi nulla vitæ indicia amplius appareant, corpus non ſtatim terræ mandetur, cum ſæpè vires non extinctæ ſed ſuppreſſæ ſint, ſic fœminam ex vteri ſuffocatiõne pro mortua per 24. *horas* ab adſtantibus habitam *Foreſtus lib.* 10. *obſeru. med.* 79. *in Schol.* cum inſigni nominis fama reſtituit, plura adhuc alia nimis feſtinanter pro mortuis tumulatorum exempla *in exercit. dicta* § 9. propoſuimus. Quod prognoſin attinet : raró hic affectus interficit, ſed valdè chronicus exiſtit : aliquando tamen propter grauem ſyncopen aut conuulſionem ſubitò mortem infert : in prægnantibus & puerperis periculoſum malum eſt : ſternutatio hyſtericæ paſſioni ſuperueniens bona cenſetur iuxta *ſect. 5. aphor.* 35. quoniam illa vapores malignos cerebrum obſidentes diſcutit.

Cura

Curatio hyſtericæ paſſionis duplex alia in paroxyſmo altera extra paroxyſmum inſtituenda eſt: in paroxyſmo vapores diſcutiendi & reuellendi, ac humores in vtero contenti euacuādi ſunt, quæ ſeqq. remediis perficiuntur: ℞. *Balſam. apoplect. noſt. in exercit* §. 12. *deſcript.* ℈i. *ſuccini, rutæ ā.* ℈ß. *F. ſ. a. Balſamum, quo nares illinantur:* ℞. *Radic. bryon.* ℥i. *herb. artemiſ. puleg. meliſſ. betonic. ā. Mi. ſem. carui* ʒiii. *bacc. iuniper.* ʒii. *coq. in aq. font. q. ſ. in col.* ℥x. *ſol. mell. anthoſ* ℥iii. *ol. rutac.* ℥i. *elect. hier. picr. Log* ℥ß. *terebinth. cum vitell. oui ſol.* ʒii. *F. clyſter pro neceſſitate aliquoties reiterandus:* de venæſectione controuertitur, an in paroxyſmo conueniat? *Sennert. lib.* 4. *medic. pract. part.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 4. exiſtimat, cum in hyſterica paſſione magna ſit virium proſtratio & totius corporis refrigeratio, ita vt ſæpius de vita deſperetur, venæſectionem tutum remedium nō fore: hinc *Varandæus lib.* 1. *de morb. mulier. c.* 6. *audaciam eorum miratur, qui ſcripſerunt, etiam in ipſo ſæuiente paroxyſmo phlebotomiā tentandam eſſe:* econtra *Rodericus à Caſtro lib.* 2. *de morbis mulier c.* 1. ſtatuit, ſi paroxymus à menſtrui ſuppreſſione fiat, venam in pede aperiendam eſſe, inde apud *Philippum Hœchſtetterū in part. ſecund. obſeru.* virgo monialis, quæ aphona & conuulſa per biduum iacuit, poſt duas à venæſectione delapſas horas, fari, comedere ac bibere incœpit: *Autoris noſtri* iudiciū eſt, phlebotomiam poſſe inſtitui, ſi pulſus validus fuerit & manifeſta plenitudinis ſigna appareāt, quādo autem pulſus languidus inuenitur, finē paroxyſmi exſpectandum, poſt quē tutius ſanguis detrahitur: regio vteri ſeq. linimento calidè inungatur: ℞. *Ol. menth. nardin. abſinth. ā.* ʒii. *ſtillat.*

ſuccini

ſuccini & cãph.ã. ℈ß.*vng.reſumpt.q.ſ. F.linimẽtum*: poſtea ſeq.ſacculus in vino rubro coctus applicetur: ℞.*Radic.angelic.*℥*i.herb.betonic. meliſſa, matric. ã. Mii.artemiſ.puleg.ã.Mi ſem.lini* ℥ß.*carui* ʒ*iii.baccar.iuniper.*ʒ*ii.incidantur omnia ad ſacculum quadratum* : ad vapores malignos paroxyſmũ producentes breui diſcutiendos multa per os exhiberi ſolent:nos cum fructu *olei ſuccini alb. rectif. gt.iv. in cochleari aqua meliſſa pleno* concedimus, & ſi conuulſiones metuantur,adhuc *duas guttulas ol.ſtillat.camphor.*addimus,ac inſuper ſeq.aquam(quæ etiam extra paroxyſmum vtiliter vſurpatur) hyſtericam præſcribimus : ℞. *Aq.hyſter. Querc.meliſſ.ã.*℥*v.*ß.*ſacch.opt.* ℥ß.*Miſce,doſis eſt cochlear plenum*:propter ſubitum functionis vitalis collapſum & ingruentem ſyncopen rectè aliqua vini generoſi portiũcula cõceditur: prægnãs mulier ſi hyſterica paſſione corripiatur,illi prudenter remedia applicentur, vehemẽtiora & fœtidiora intermittantur,ne abortus excitetur. Curatio extra paroxyſmum in præſeruatione conſiſtit, quæ cauſarũ ablationem & vteri robur reſpicit:ſingũlis annis verè & autumno nec non vrgente alio tempore ſolemnis euacuatio per ſeq. ſacculum inſtituatur, *e.g.pro fœmina* 40.*annor.*℞.*Radic.bryon.*℥ß.*herb.betonic.meliſſa,agrimon.ã.M*ß.*ſummit.cẽtaur. min.abſinth.ã.Pi.fol.sẽn.elect.*ʒ*ii.agar.rect.troch.*℥ß. *ſal.tartar.*℥*iii.ſem.aniſi fœnic.ã* ℥*ii.inciſa & contuſa dentur ad ſaccul.ex ſindon.alb.cui mẽſura vna vini albi veteris affundatur, de cuius colat.manè altern.diebus* ℥*vi. ſumantur* : poſtea ſi menſes(quod ſæpiſſimè fit) debito modo non fluant, vena malleoli aperiatur, conſule *praced. cap.*2. manè poſt ſomnum & noctu ante

ante ingreſſum lecti ſeq. opiata vſurpetur: ℞. *Conſeru.flor.betonic.* ℥i.ß.*roriſmar. meliſſ.ã.* ℥ß.*cort.citr. cõd.*ʒiii.*nuc.indic.cõd.*ʒii.*ſyrup.betonic. q.ſ.F.opiata, de qua magnitudo nuciſtæ aſſumatur: vel* ℞.*Specier. aromat.caryophyll.*ʒi.ß.*diãth.*ʒß.*fæcul.rad.bryon.*℈ii.*ol.ſtillat.nuciſtæ gt.iv.cinnam.gt.ii.ſacch.opt* ℥iv. *F.ſ.a.tragea mane & veſperi vſurpãda:vel* ℞.*Cõfect.alkerm.ſ.m.*ʒi.*ſpecier.aromat.roſ.*ʒi.ß.*diarrh.abbat.*ʒß.*ſæcul. radic. bryon.*℈ii.*ol. ſtillat.macis gt.iv. caryoph. gt.ii.ſacch.opt.aq.meliſſ ſolut.*℥iv.*F.ſ.a.rotula,de quibus pro beneplacito ſumatur:vel* ℞.*Fxtr.pilul. marocoſt. Minder.*℈ii.*ammoniac. Quercert.*℈i.*betonic.meliſſ.ã.*℈ß.*F.pilulæ dimidij piſi magnitudine, deaur.& cõſperg.pulu.cinnam.de quibus nouẽ ſingulis ſeptimanis hora ante cænã ſumi poſſunt:* inſuper nos mẽſe Maio thermas *Badẽſes Heluetiorum* aut.*Hercynias* conſulimus, quæ feliciſſimo cum ſucceſſu vſurpantur.

C A P V T VII.

De Vteri inflammatione.

VTeri inflammatio eſt tumor à ſanguine effuſo totam vteri ſubſtantiam vel aliquam illius partem occupans.

Cauſæ variæ ſunt, temperamentum plethoricum aut bilioſum, naturalis vteri laxitas & viarum amplitudo, menſium retentio, abortus, partus laborioſus, & contrectatio moleſta partium genitalium ab imperita obſtetrice.

Signa diagnoſtica ſunt tumor, calor & dolor in regione vteri cum febre continua: ſi anterior pars

labo

laboret, veſica in conſenſum trahitur, ſi poſterior afficiatur, inteſtini recti ſympathia adeſt: ſi inflammatio in ſuppurationem abeat, dolor & febris augetur, ac horrores circa veſperam plerumque recurrunt: quando inflammatio ſine ſuppuratione diſcutitur; miteſcentibus ſymptomatibus tumor imminuitur; denique ſi malum in ſcirrhum degeneret, reliqua ſymptomata imminuuntur, ſaltem tumor remanet & duritiem maiorem adipiſcitur, nec non grauitas in vtero ac partibus vicinis ſentitur, vt ægra difficulter corpus mouere poſſit. Prognoſis periculoſiſſima eſt: ſi inflammatio totum vterum occupet, morbus lethalis cenſetur, tantùm aliquam partem afficiat, aliquantula ſpes ſuperat: ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες. *ſi mulieri grauidæ in vtero ſit eryſipelas, funeſtum*, iuxta *ſect. 5. aphor.* 45. fœtus enim propter inſignem inflammationem moritur, vnde abortus fit, qui grauiſſimo morbo accedens etiam matrem iugulat: inflammatio vteri facilè in gangrænam degenerat: vteri inflammationi delirium, conuulſio, inſignis extremorum refrigeratio ſi ſuperueniat, lethum portendit: ſi inflammatio vteri ſuppuretur, vlcus ſordidum timeſcendum eſt, vnde ægra ſæpè aut lenta febre conſumitur aut hydrope corripitur: ſi inflammatio in ſcirrhum mutetur, malum diuturnum euadit, & ſæpè hydropem accerſit.

In curatione ſanguinis fluxus ad vterum reuellendus & deriuandus eſt, qui iam in parte continetur, reſoluendus erit, ſi tumor ad ſuppurationem vergat, illa promoueatur, ruptoquè abceſſu pus educatur: ante omnia ſeq. clyſter ordinetur, qui vterum

terum inflammatum emollit & refrigerat, *e. g. pro muliere XL. annor.* ℞. *Radic. alth.* ℥j *herb.* 5 *emoll.* ā. *Mj. flor. sãb. Pj. ſem. lini* ℥ß. *coq. in col.* ℥viij. *ſol. mell. viol.* ℥ij. *elect. diacath.* ℥j. *vitel. ouor. n.* 2. *F. clyſter aliquoties reiterandus, cũ vterus inteſtino recto incũbat:* dein venæſectio in vtroq; brachio inſtituatur, poſtea vitioſi humores blãdo cathartico educãtur: ℞. *Tamar.* ʒvj. *coq. lento igne in aq. plantag.* ℥x. *ad reman.* ℥vj. *in col. infund. rhabarb. elect.* ʒij. *ſtent per noct. mane expreſſ. ad ſyr. roſ. ſol. ſimpl.* ℥j. *F. potio purgans cũ regimine diætæ ſumẽda & inclinante affectu pro neceſſitate aliquoties repetẽda:* à fortioribus abſtinendũ eſt, nam illa humores nimiùm agitando fluxionem adaugent: propter febrem continuam ſeq. julepus & emulſio aliquoties ordinetur: ℞. *Aq. plantag. cichor. acet.* ā. ℥ij. *ſyr. berb. citri.* ā. ℥j. ß. *ſpir. vitr. rectif. gt.* vj. *F. iulepus pro duabus doſibus: vel* ℞. *Amygd. dulc. rec. exc.* ʒiij. *ſem. cucum. melon. excort.* ā. ʒij. *papau. alb.* ʒj. *aq. plãtag. nymph. viol.* ā. ℥ij. *ſacch. opt.* ʒij. *C. C. philoſ. præp.* ℈j. *F. emulſio pro tribus doſibus:* ſi vigiliæ & dolor vehementer vrgeant, doſis *laudani noſtri* aut *ſyr. de papau. albi* concedatur: porrò medicamenta repellentia, refrigerantia & maturantia ad formam linimenti, epithematis & cataplaſmatis tepidè vtero admouendorum præſcribantur: ℞. *Vng. roſ. ſantal. alb. camph.* ā. ʒiij. *ol. nymph. q. ſ. F. linimentum:* ℞. *Aq. endiu. plantag. ſolan.* ā ℥iij. *ſpecier. diatrionſant.* ℈ij. *F. epithema:* ℞. *Mica pan. tritic. al.* ℥ij. *far. rad. alt.* ℥j. *ſem. lini* ℥ß. *coq. in lacte caprin. aut vaccin. pro cataplaſmate, quod diligenter vſurpetur, præſertim ſi inflammatio ad ſuppurationem tendat:* iniectiones tepidæ in vterum etiam conueniunt: ℞. *Aq. plantag. ſol.*

nymph. endiu.ā.℥ij.aceti roſ.℥ß.croci ℈j.*camph.*℈ß. *F.iniectio*:quomodo ex abſceſſu rupto vlcus tractandum ſit,in ſequenti capite proponemus,

CAPVT VIII.

De Vlcere vteri.

INflammationem vteri ſuppuratam ſequitur vlcus,quod etiam ab humoribus & medicamentis internè aut externè vſurpatis nec non à lue venerea aut gonorrhœa virulenta dependet: cauſæ antecedentes ſunt illæ omnes, quæ inflammationem vteri efficiunt: differentiæ petuntur à loco, magnitudine, figura & complicatione cum aliis affectibus:ratione loci vlcus ſæpè ceruicem vteri ſed rarò fundum occupat, aliquando & frequentius internam vteri, aliquando externam ſuperficiem inuadit: ratione magnitudinis vlcera vel parua vel magna ſunt: ratione figuræ vlcera rotunda, oblonga, ſinuoſa & fiſtuloſa dicuntur:ratione complicationis vlcera virulenta,ſcirrhoſa,cancroſa nominantur. Signa diagnoſtica ſunt dolor mordicans in vtero vel illius ceruice & purulentæ materiæ emiſſio: prognoſis periculoſa eſt, quia vterus exactam cum partibus principibus ſympathiam habet: vlcera fiſtuloſa aut cancroſa inſanabilia ſunt, & toto vitæ periculo ægrotas crudeliter excruciant.

Curatio vlceris vterini eò dirigenda eſt,vt humorum acrium vlcus fouentium defluxus prohibeatur, & illius deterſio ac conglutinatio promoueatur: ſi corpus ſit phlethoricum, phlebotomia in brachio inſti

inſtituatur : blandæ purgationes maximè conueniunt, vt ab vtero vitioſi humores auertantur, hinc ſacculus purgans contra hyſtericam paſſionem in præced.*c.6.* ordinatus præſcribatur : ebibito hoc vino medicato traumatica potio ordinetur: ℞. *Radic. pimpin.* ℥j *herb.beton.ſanicul.* ā. *M*j. *agrimon.veron.* ā. *M*ß. *plantag.ſcabioſ.* ā. *P*j. *ſem.aniſi,fœnic.* ā ʒij. *inciſa dentur ad ſacculum ex ſindone albo, cui duæ menſuræ vini albi veteris affundantur, de quibus mane ſingulis diebus* ℥vj. *bibantur* : abſoluta hac potione ſerum lactis caprini per menſem vſurpetur : vtiles etiam ſunt pilulæ ſequentes: ℞. *Tereb.cum aq.plantag.coct.* ʒj. *pilulæ de bdellio, troch.alkek.* ā. ʒß. *f.pilulæ dimidij piſi magnitudine, & conſperg. pul.cinnam. de quibus mane alternis diebus ix. ſumantur* : ſi dolor vehementer vrgeat, doſis *laudani noſtri* aut *ſyrupi papau.alb ſimplic.* concedatur: ſi vlcus probè deterſum fuerit, exſiccantes & conſolidantes iniectiones tepidæ ordinentur: ℞. *Aq. plantag.* ℥iv. *roſ.ſolani.* ā. ℥ij. *ſieff.alb.* ℈ij. *tutiæ præp.* ℈j. *F.iniectio*: *aut* ℞. *Rad. conſol.mai.biſtort.* ā. ʒiij. *herb.ſanic.pyrol. plantag.* ā. *M*j. *flor.roſ.rubr.P*j. *coq.in ac.font.q.ſ.in col.* ℥xv. *ſol. aloës* ʒj. *myrrh.* ʒß. *F. iniectio* : hîc etiam ſuffimigia conducunt : ℞. *Thur. maſtich. ſtyrac. calam.* ā. ʒij. *myrrh.* ʒj. *F.pulv. pro ſuffitu*: ſi à lue venerea aut gonorrhœa virulenta malum oriatur, illius curam *in obſeruationibus noſtris* proponemus : tandem fœminas iſtas ad thermas *Badenſes Helueticas* aut *Hercynias* debito tempore cum fructu ablegamus.

CAPVT IX.
De Scyhrro vteri.

SCirrhi in vtero geniti natura,differentiæ & cauſæ eædem ſunt, quas ſupra *lib.9.cap.5.* de hepatis ſcirrho propoſuimus: inter cauſas antecedentes hæc vteri ſcirrho propria & frequens eſt, dum mulieres menſtrua aut lochia patientes imprudenter ſeſe aëri frigido exponunt, vnde fluxus cohibetur, ſanguis retentus craſſeſcit, & tumorem ſcirrhoſum producit.Signa diagnoſtica ſunt durities & renitentia in vteri regione illius circumſcriptionem referens, grauitas in eadem parte & ponderis ſenſus, dum ægrotæ ſtant, quaſi vterus in pudenda prolapſurus ſit, ſedentibus aut decumbentibus grauitate ſua rectum inteſtinum premit,nulla febris aut dolor adeſt, quibus ab inflammatione diſtinguitur. Quod prognoſin attinet: omnis ſcirrhus curatu difficillimus eſt, durities enim valida ſemel contracta vix emollitur,adde, quòd calor natiuus in parte affecta admodum debilis ſit,vt materiam craſſam diſcutere non poſſit: contumax vteri ſcirrhus ſæpiſſimè hydropem accerſit.

Curatio ad cauſam antecedentem & coniunctam dirigenda eſt:ratione cauſæ antecedentis vena malleoli aperiatur,ſi menſtrua ſupprimantur: dein ſacculus purgans ordinetur,quem *in præced.c.3.* indicauimus, poſtea vinum chalybeatum ſuprà *lib.9. c.5.* præſcriptum vſurpetur, quo validi infarctus rebellium humorum in vtero diſſoluuntur, ægra ſemicupiis vtatur: ℞. *Rad.lil.alb.alth.ā.℥ij.bryon.℥j. herb.5. emoll.*

emoll.ā. Mij.artemiſ.beton.meliſſ.ā. Mj.flor.chamam. ſamb.melil.ā. Pij.ſem.lini ℥j.ß. *fœnig.*℥ß.*inciſa dētur ad ſaccum pro inſeſſu ſemicupij*:clyſteres frequenter injiciantur: ℞. *Rad.lil.alb.alth bryon.ā.*℥ß. *herb.5. emoll.ā Mj.flor.ſamb. Pj. ſem.lini* ʒv *aniſi* ʒij.*coq.in aq.fōt.q.ſ.in col* ℥viij *ſol.mell.anthoſ.*℥ij.*ol.capp.*℥j. *vng. reſumpt. axung.anat.ā.*℥ß. *tereb. cum vitell.oui ſol.*ʒij.*F.clyſter*:regio vteri ſeq.linimento tepidè inungatur:℞.*Gumm.ammoniac.in acet.ſcyllyt.ſol.*℥j.*ol. cappar.*℥ß.*chamam.abſinth ā* ʒij.*vng.reſumpt.q.ſ.F. linimentum*,poſtea ſeq.emplaſtrum præſcribatur:℞. *Gumm.ammoniac.*ʒvj.*emplaſtr. de mucilag.& melil. ā.q.ſ. F.ſ.a. emplaſtrum pro matrice:* hæc medicamenta per totum curationis decurſum ſummo judicio moderāda ſunt,ne ſcirrhus induretur aut in cancrum degeneret,quod omnes Practici ex incauta & diuturniori auxiliorum adminiſtratione verentur, à qua melius eſt per interualla deſiſtere: porrò fruſtra remediis pugnatur, quando ſcirrhus indolens lapideam quaſi naturam acquiſiuit.

CAPVT X.

De Cancro Vteri.

CAncer vteri eſt tumor durus ac renitens in vtero dolorem acerbum, pungentem & lancinantem efficiens: oritur ad humoribus attrabilariis vel ſcirrho, qui facilè in cancrum degenerat: duplex vulgò cancer ſtatuitutur vlceratus & non vlceratus: quamdiu materia morbifica minoris acrimoniæ & malignitatis particeps eſt, cancer non

vlceratus manet,ſed acrior ob putredinem vel aduſtionem facta vlceratum producit,Diagnoſis ex definitione propoſita eluceſcit:cancer vlceratus ſaniem ſubnigram & grauiter olentem effundit, interdum ſanguis propter operationem aut eroſionem vaſorum in magna copia effluit, vt ægra vitæ periculum incurrat. Quod prognoſin attinet,cancer vteri immedicabilis eſt,hinc apud *Ouidium* alicubi legimus.

—Malum longè ſolet immedicabile cancer
Serpere,& illæſas vitiatis addere partes.

Interea omnibus modis allaborandum eſt, ne cancer exulceretur,aut vlceratus incrementum maius ſumat,in vtroque doloris atrocitas ſedulò attemperetur: ante omnia ſacculus purgans in præc. *c.3.*deſcriptus ordinetur,dein ſanguis in brachio & pede educatur: ſacculus prædictus aliquoties reiterandus eſt, vt antecedens cancri materia diligenter ſubtrahatur:ægra acidulis tempore & modo conſueto vtatur:regio vteri ſeq. linimento tepidè inungatur: *℞.Vng.diapomphol.℥j.ß.ſucc.ſolan.℥ij. plumb. vſt.lytharg.ā.*ʒj.*camph.*℈ß.*ol.ouor.q.ſ.F. linimētum*: porrò iniectiones tepidæ vſurpentur: *℞. Aq.ſemperuiui,ſol.plantag.ā.℥ij.ſieff.al.℈ij.ſacch.ſaturn.℈j. F.iniectio*:in dolore nimio doſis *laudani noſtri* concedatur: *Autor noſter* mulierem cancro in mamma laborantem nouit, quæ ſingulis noctibus per quatuor menſes *laudani gr.ij.vel iij.* cum magno ſolatio innoxiè ſumebat:nos ſimile exemplum in vxore *deperdituri Tenebrionis* honeſtiſſima obſeruauimus, quæ ex cancro vterino mortem obiuit.

CAPVT

CAPVT XI.

De Vteri inflatione & hydrope.

INflatio vteri datur, quæ hydrops dici non debet, quando nimirùm à flatibus, qui ſubitò irruunt, vterus diſtẽditur & dolor intenſus excitatur, quemadmodum in colica paſſione contingit, hinc ſi illa inflatio ſæpè hyſtericis paſſionibus accedens non diu perſeueret, nomen hydropis nequaquam meretur: flatus & ſeroſus humor hydropem vteri efficiens vel in cauitate vteri, vel inter membranas illius aut veſiculas continetur: de cauitate vteri dubitatur, quomodo flatus & humores in ea contineri poſſint, cum per vteri ceruicem facilis exitus pateat: reſpondet *Autor noſter*, orificium vteri internum à pituita craſſa vel tumore ſcirrhoſo, aut alia cauſa occludi: flatuum in cauitate vteri contentorum exmpla proponit *Sennertus lib.4. medic. pract. part.1.ſect.2.cap.10*, rerert *Philippus. Hechſtetterus decad.6.obſeru.4* fœminã *Auguſtanam* textoris vxorem ſibi perſuaſiſſe, ſe viuum fœtum in vtere geſtare, ſed legitimum pariendi tempus præteriit, tandem biennio elapſo dolores parturientium ſimiles paſſa fuit, & ter cum maximo conatu flatum ex vtero per pudenda emiſit: ſeroſorum humorum in vtero collectorum hiſtorias idem *Sennertus.d.l.cap.11.* recenſet: *Veſalius* mulierem diſſecuit, è cuius vteri cauitate humorum ſeroſorum ſuprà *LX. auguſtanæ menſuræ* profluebant: aliquando ſerum intra veſiculas in vtero continetur, vnde mulieres nonnunquam tales veſiculas aquâ plenas per vterum excludunt,

quod idem *Sennertus* teſtimonium *Chriſtophori à Vega*, *Valeriola & Mercati* comprobat: Hydrops vteri etiam cum grauiditate coniungitur, quod *Fabricius Hildanus cent.2.obſeru.56* de propria vxore atteſtatur, cuius venter ad monſtroſam magnitudinem intumebat, vt ipſam duos aut tres fœtus enixuram cuncti arbitrarentur, ſed tempore partus vltra *lib.*18. aquæ limpidiſſimæ maximo impetu effluxerunt, & vxor poſt ſemihoram aquâ, quæ fœtum comitari ſolet, ad libra nouem redditâ puellum robuſtum peperit: apud eundem *Hildanum cent.53*. Matrona Bernenſis ad quinti menſis finem grauida & parturientium doloribus correpta, vltrà decem libras aquæ tenaciſſimâ membranâ incluſæ cum dolore maximo enixa eſt: vocatus *Hildanus* matronam hanc perculſo animo inuenit, putabat enim illa, niſi fœtus expelleretur, de vita actum fore, at *Hildanus* ſuadebat, vt ſe ex ſedili in lectum ad collectionem virium amiſſarum conferret, poſtea illi optimam victus rationem & medicamenta cordialia præſcripſit, ſic breui in integrum reſtituta fuit, & fœtum ad maturitatem geſtauit: ad collectionem humoris aquoſi in vtero præſertim ſuppreſſio menſium concurrit, propter quam humores, qui aliàs cum menſibus euacuantur, vitioſi & ſeroſi colliguntur, vnde *Aëtius* menſtruum ſuppreſſum pro vnica hydropis cauſa agnoſcit: hydrops vteri ab hydrope abdominis diſtinguitur, nam in illa tumor magis fundum ventris occupat, in hac vniuerſum abdomen æqualiter diſtenditur. Quod prognoſin attinet: ſimplex vteri inflatio, quoniam diuturna non eſt, periculo vacat: hydrops vteri ſi ad

humo

humore ſeroſo non corrupto producatur, ſucceſſu temporis curationem recipit, imò interdum ſpontè ex vtero ſerum profluit,& mulier conualeſcit:quãdo flatus aut ſerum in vteri cauitate continetur,facilius curatur, quàm ſi mẽbranis aut veſiculis includatur.

Curatio hydropis vteri ferè iiſdem remediis perficitur,quæ ſuprà *lib.* 11.*cap.6.* propoſuimus: dein ſi menſtrua ſubſiſtant, debitis medicamentis in præced.*c.*2.annotatis promoueantur:contra inflationem vteri ſeq. linimentum præſcribatur: ℞. *Ol.nardin. menth.abſinth.ã.℥iii. vnguent.reſumpt.q.ſ.F.linimentum,* quo vteri regio tepidè illinatur:ſuffitus ex nuce moſchata etiam maximè conducit.

CAPVT XII.

De Vteri Procidentia.

QVando vterus ſitum ſuum naturalem amittit & verſus pudenda prolabitur, vteri procidentia nominatur,cuius variæ iuxta *Autorem noſtrũ* ſunt differentiæ, interdum ſola ceruix interior, nonnunquam totum vteri corpus in vuluam procidit,ſed extra illam non prominet, & in margine oſculum vteri inferius inſtar oui anſeris perforati apparet: fundo inuerſo extra vuluam inſtar ſcroti virilis conſpicitur, denique aliquando ita relaxatur, vt ad femora deuoluatur. Cauſa proxima eſt ligamentorum vteri ruptio vel relaxatio: ruptio ligamentorum fieri poteſt ab omnibus cauſis violentis, vt ictu, caſu, oneris grauioris ſubleuatione

aut

aut geſtatione, abdominis compreſſiones, alui conſtipatione, partu difficili, auulſione fœtus aut ſecundinæ, conatu vehementiore vteri ad expellendum fœtum mortuum, molam aut ſecundinam: relaxatio ligamentorum à variis cauſis præſertim à frequentiore vſu balnei in aqua frigida excitatur, mulieres diu fluore albo laborantes vix hoc malum euitant. Signa diagnoſtica ſenſibus ipſis patent: vterus in pudendis obuius fit inſtar oui gallinacei aut anſerini cum ſenſu ponderis vuluæ incumbentis, dum mulier erecta ſtat, quando autem ſedet aut aluum exonerat, dolor vehemẽs circa regionem pudendorum & oſſis ſacri percipitur, ſi vterus multum promineat, dolor & ardor maior ſentitur, vrina paulatim egreditur, & vuluam in tranſitu mordet: cauſæ procidentiam excitantes ita diſtinguuntur: ſi à laxitate ligamentorum fiat, illa ſenſim cum minori dolore generatur, & cauſæ vterũ humectantes imprimis fluor albus præceſſerunt, ſi à ligamentorũ ruptione oriatur, dolor vehementior eſt & cauſæ violentæ præiuerũt. Quod prognoſin attinet, affectus periculoſus non eſt ſed moleſtus, deambulationem, conceptionem & conuenientem menſtruorum expurgationem impedit: ſi conuulſio aut gangræna ſuperueniat, lethalis cenſetur: procidentia à ruptione ligamentorum orta immedicabilis eſt: In curatione vterus ad ſuum locum naturalem retundendus & ibidẽ continendus eſt: vt autem vterus legitimè reponatur, aluus & veſica exonerandæ ſunt, ne ceruicem vteri comprimendo illius reductionem impediant, poſtmodum mulier in dorſum ſupina recumbat, & diuaricatis cruribus genibuſque ſurſum attra

attractis perita obſtetrix vterũ retrudat:poſteaquam vterus conuenienter repoſitus fuerit, omni arte in ſuo loco cõſeruandus eſt, quando fluxus menſtruus præteriuit, tota regio vteri *vng. Comitiſſæ* ſingulis diebus aliquoties calidè illinatur: vt autem à procidentia,quæ ſæpius recurrit, mulier libera fiat, aut ſi nulla perfectæ curationis ſpes affulget, ſubligaculũ zona *Hippocratica* dictum admouendum erit, vnde fœmina ſine periculo actiones ſuas perficere poteſt.

CAPVT XIII.

De Sterilitate.

FOeminarum ſterilitas à pluribus cauſis excitatur, quas omnes *Autor noſter* ad quatuor capita reuocat iuxta quatuor functiones naturales, quæ ad perficiendam conceptionem requiruntur: prima eſt ,mulier in congreſſu virile ſemen conuenienter in vtero recipiat: ſecunda eſt, vt ſemen debito tempore retineat: tertia eſt, vt illud in vtero foueat: quarta eſt, vt conuenientem materiam ad embryonis incrementum ſuppeditet: hinc quatuor conceptionis impedimenta oriuntur: ſi nempè mulier ſemen non recipiat,' non retineat, non foueat, & embryoni nutrimentum non concedat: receptio ſeminis à multis cauſis impeditur: huc primùm refertur ætas iuuenilis, in qua ob exiguitatem & conſtrictionem membrorum genitalium virgo virum vix aut cum ſummo dolore admittit, idem virginibus ſenioribus contingit, quibus partes genitales

nitales victæ ac ſtrictiores redduntur: quæcumque mulieres etiam natura claudæ, cruribus diſtortæ vel depreſſa coccyge exiſtunt, difficulter ſemen recipiunt: his adde pinguedinem nimiam, quæ vias vteri anguſtat: intemperies frigidior torpidas mulieres reddit, ita vt internum vteri orificium ad ſeminis virilis receptionem ſegniùs aperiatur: his porrò accenſentur vteri tumores, vlcera, obſtructiones, adſtrictiones, calculus veſicæ, odium inter coniuges &c. *Iuſtinianus* Imperator *in princ. tit. Inſt. quib. mod. tutela finiat.* poſt duodecim annos cõpletos fœminam viri potentem eſſe autumat: aliter propter malitiam æſtatis ſtatuere videtur Ius Canonicum *C. puber. 3. & C. de illis 9. de deſponſat. impuber.* vide Celeberrim. ICtos *Vinnium & Luduuetium in comm. ad princ. tit. Inſtit. de nuptiis.* Secundũ vteri vitium, vnde ſemen non retinetur, à nimia vteri humiditate dependet, quando ille multis humoribus excrementitiis repletur, hinc laxior factus ad ſemen receptum exactè retinendum debitè non coarctatur, ſic etiam orificium vteri laxius redditum ad ſeminis retentionem non ſufficienter ſe cõſtringit, quòd præcipuè ex abortu aut laborioſo partu contingit: humiditas vteri immodica præſertim à fluore muliebri excitatur, ita vt iſte fluxus albus frequentiſſima ſterilitatis cauſa meritò cenſeatur: quando ſemen in vtero non rectè fouetur, ab iis cauſis dependet, quæ ſemen corrumpunt, huc intemperies vteri ſpectant, ſic calida ſpiritus diſſipat, frigida ſemen extinguit, humida debitam illius craſſitiem diluit, & ſicca eandem abſumit, quibus annumerantur alimenta & remedia nociua, nec non

non morbi contagioſi, vt phthiſis, elephantiaſis, lues venerea: quando fœmina materiam debitam ad embryonis incrementum non ſuppeditat, ex ſeminis aut ſanguinis defectu vel praua diſpoſitione oritur, quæ à variis morbis inducitur: Cauſis hactenus propoſitis *Autor noſter* adiungit incongruentem ſeminis virilis & fœminei proportionem, vnde illa ad generationem non conſpirat, hinc interdum accidit, vt idem vir cum alia muliere & eadem mulier cum alio viro prolem ſuſcipiant, cum ſimul iuncti ſteriles permanſerint: aliquando fit, vt mulier per multos annos viro cohabitet & non concipiat, poſtea autem parere incipiat, cauſam *Autor noſter* refert ad temperamenti mutationem, quâ ſemen fœmineum ſemini virili conuenientem temperiem adipiſcitur.

Signa diagnoſtica ſterilitatis iuxta propoſitas quatuor cauſarum claſſes examinanda ſunt: cauſæ ſeminis receptionem vel retentionem impedientes difficilem diagnoſin non habent, vel enim ipſis ſenſibus obiiciuntur, vel ex præcedentibus capitibus depromuntur vel in ſequentibus declarantur: calida intemperies diſtinguitur ex habitu robuſto viraginum, facie rubicunda, pilis ac ſuperciliis nigris, voce forti, iracundia frequente, nimia ad actiones promptitudine, ſiti vrgente, menſtruorum paucitate, magna ad venerem procliuitate, prompta ſeminis excretione in coitu, pollutionibus multis ac libidinoſis inſomniis: frigida intemperies inde cognoſcitur, quòd fœmina coitum non appetat & minore illius voluptate afficiatur: menſes ſupprimantur, vel parcè aut inordinate fluant cum laſſitudine

tudine lumborum & pedum : humidiorem vteri intemperiem arguunt habitus mollis, vita ſedentaria, fluores albi frequentes, menſtrua aquoſa, lumborum grauitas, coitus inappetentia & abortus procliuitas : ſiccam intemperiem denotat corporis gracilitas, menſium raritas, ſeminis in coitu pauca excretio : ſanguinis defectus cognoſcitur ex nimia totius corporis pinguedine, in cuius generatione ſanguis abſumitur, eundem corporis gracilitas & macies oſtendit, ſi enim ad corporis nutritionem ſanguis non ſufficiat, quid ad fœtus efformationem contribuet : huc etiam largæ hæmorrhagiæ referuntur : interdum nimia ſanguinis quantitas ſeminis efformationem obruit, vnde illud virtutem ſuam plaſticam exſerere non poteſt, hoc præſertim mulieribus phlethoricis contingit : praua ſanguinis diſpoſitio è notis cacochymiæ depromitur : ſeminum vtriuſque coniugis incongruens natura difficulter cognoſcitur, ſi tamen ambo calidiore aut frigidiore temperamento præditi fuerint, ex illa intemperie malum oriri coniicitur, præſertim quando aliæ ſterilitatis cauſæ non apparent. Prognoſis ita inſtituitur : ſterilitas à praua membrorum genitalium conformatione & maligna ſeminis diſpoſitione originem trahens immedicabilis eſt, quæ ab aliis morbis dependet, illarum ſublatione tollitur.

In curatione ſemper cauſa remouenda erit? nimia obeſitas extenuante victu corrigitur : ſi ex inordinata victus ratione malum oriatur, ordinata inſtituatur : viragines ad congruos ſexui mores ſedulò inſtigandæ ſunt : ſi calidior intemperies ſterilita-

rilitatis cauſa fuerit, eadem curatio adhibenda eſt, quā ſuperius *lib.* 11.*c.* 1.propoſuimus:ſiccitas immodica victu analeptico emendatur:omnium frequentiſſima ſterilitatis cauſa eſt frigida & humida intēperies totius corporis ac vteri, quam fluor albus ſæpè comitatur,cuius medelam in præcedenti *c.* 4.propoſuimus:præmiſſis conuenientibus purgationibus & venæſectionibus ad illa tranſeundum eſt,quæ vterum ſpecifica proprietate corroborant & conceptionem adiuuant:nos fœminis per aliquot annos ſterilitate correptis principaliora duo remedia præſcripſimus & thermas *Heluetiorum Badenſes* aut *Hercynias* feliciter conſulimus:♃ *Radic.ſatyrion. cōd.*℥*vi. eringÿ cond* ℥*iii.nuc. indic.cond.*℥ß.*zinz.chinenſ.cōd.* ℥*ii.cort.citr.cond arantior.cond.ā.*℥*i.* ß.*conſ.flor. betonic.*℥*i.maior.*℥ß.*ol.ſtill.cinnam.caryoph.mac.ā. gt.iii. ſyr.cydonior.q.ſ.F.electuarium,de quo manè & veſperi ante ingreſſum lecti quantitas nuciſtæ ſumatur:*♃. *Herb.betonic.cum flor.meliſſæ,maior.ſalu.ā. M*ß.*cortic.citr.arantior.nuciſt.caryophyll.cubeb.cinnam. ā.*℥*ii. macis,piper.long.galang.ā.*℥*i.vini alb.veter.*℥*viii.aq. ſalu.meliſſ.betonic.ā.*℥*iv ſtet in digeſtione per aliquot dies,poſtea in B. M.deſtillentur,doſis eſt cochlear plenum pro lubitu.*Duas iſtas formularum nemini adhuc communicatarum compoſitiones cōtra ſterilitatem proficuas candidè annotauimus,vt *maleuolorum* ora obtundamus, qui noſtra conſilia, quaſi vana eſſent, publicè traduxerunt,quod ſi *iſti callinatores* in noſtrū candorem debacchari pergant,conſcriptas hiſtorias & conſultationes, *obſeru. noſtris* prælo committendis proximè inſeremus,& ſic illorum mendacia palpabilia, quæ Viris candidis affricant,Orbi erudito demonſtrabimus,

CAPVT

CAPVT XIV.

De Morbis Prægnantium.

MOrbi acuti chronici prægnantium non aliam eſſentiam aliamue diagnoſin habent ac dum non prægnantes aut etiam viros obſident, ideo hic peculiarem eorum theoriã proponere non opus eſt: ſed illa ex propriis capitibus repetenda erit. Prognoſis ſaltem differt, quãdoquidem iſti morbi in grauidis periculoſiores & ſæpè lethales fiant: diæta in morbis acutis prægnantiũ adeo tenuis imperãda nõ eſt, ne fœtus alimẽto ſuo fraudetur, qua propter mediâ viâ incedendum erit: circa venæſectionem ſtatim opponitur *Hipp. aphor.* 30 *ſect.* 5. γυνὴ ἐν γαςρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει· καὶ μᾶλλον οἷς μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον, *mulieri ingrauidatæ ſi vena tundatur, abortit eoque magis, ſi fœtus grandior fuerit*: èçontra in multis prægnantium morbis præcipuè acutis vt phrenitide, pleuritide, febre continua & ſimilibus phlebotomiam ſummè neceſſariam eſſe, ac felici cũ euaſione matris & fœtus adminiſtrari, infinitæ excellentium Medicorum obſeruationes atteſtantur: imo iuxta mentẽ *Autoris noſtri* ad præſeruandas mulieres cõtra abortum præſtantius remedium non eſt, quando ille ex nimia plethora fœtũ obruente ac ſuffocante cõtingit, & ſi illis extra grauiditatem tempore conſueto menſtrua copioſè profluxerint, vide *Petr. Salium Diuerſ. de affect. partic. c.* 22. in octauo geſtationis menſe mulieri *Vlyſſiponenſi* pleuritidem paſſæ & ab aliis Medicis derelictæ quater ſanguinem

mittere

mittere iuſſit *Rodericus à Caſtro lib.3. de morb. mulier c.21.* inde fœmina conualuit & puellum egregium peperit: *Autor noſter* ſeq. inſignem hiſtoriam proponit: vxor *Monſpelienſis* vario geſtationis tempore tres abortus paſſa eſt, dum quarto grauida fieret, circa finem menſis ſecundi correpta fuit iiſdem ventris & lumborum doloribus, qui aliorum abortuum prodromi eſſe conſueuerunt: *Riuerius* ad eam vocatus & aduertens mulierem plethoricam, ſtatim *ad* ℥iiij. ſanguinem eduxit, tunc intra dimidiam horam dolores omninò remiſerunt, iſta autem ſymptomata tempore menſtruorum debito apparebant: tertio menſe eadem ſymptomata redeunt, ægra *Autorem noſtrum* precatur, vt rurſus venæſectionem demandet, cum inde præterito menſe adeo præſentaneum leuamen percepiſſet. *Riuerius* feliciter annuit: hinc etiam quarto, quinto, ſexto, ſeptimo & & octauo menſe recurrentibus iiſdem ſymptomatibus phlebotomia repetita, & ante principium noni menſis vltima venæſectio inſtituta, tunc circa finem eiuſdem menſis filium benè valentem enixa fuit: ſimilem ferè caſum in *obſeruationibus noſtris* referemus, nam *Nobiliſſ. Domina* MARIA REGINA DE SCHOENAVV VVOLGANGI DIETERICI HEROIS EXIMII, &c.&c. *Vxor, Generis & Sexus immortale Decus*, quæ propter inſignem plethoram aliquot indigeſtos abortus acerbo cū luctu edebat, ex conſilio noſtro octies venam in brachio apetuit, & poſtea filium elegātem peperit, tandem *hæc Matrona* poſt aliquot annos ob infantem grandiorem acutiſſimis parturiendi doloribus ſuccumbens huic mundo valedixit: non eſt tamen, quod hiſce ex-

emplis perſuaſus Iunior Medicus audacior fiat in ſanguine mittendo prægnantibus,ſed illum oportet prius morborum decurſus & mulierum habitus diligenter examinare, vt remedia accuratè applicet, hinc vbi manifeſtas phlebotomiæ indicationes animaduertit, Adſtantes præmoneat, maius ex morbi ſæuitia quàm apertione venæ periculum imminere, & tunc ſanguinem parcè educat: ſi plethora largã ſanguinis detractionem poſtulet,illa partitis vicibus inſtituatur: ad obiectionem *citati aphoriſmi Autor noſter* reſpondet, *Hippocrat*. reſpexiſſe mores Veterum, qui ad libras ſanguinem educebant: *Zacutus Luſitanus lib.1.de med.princip hiſt.22. lib.3. hiſt.13. & lib.2.de prax.medic.admirab.*160. grauidis morbo correptis venam in talo aperire iubet,cui *Fortunatus Plempius & Nicolaus Fontanus* Medici Clariſſimi per literas amicè reſponderunt: nos de hac venæſectione diſſerendi occaſionem in *noſtris obſeruationibus* nanciſcemur. Purgationes blãdæ quolibet grauiditatis menſe ordinari poſſunt in morbis, qui à dominatu cacochymiæ oriuntur,illæ autem ex rhabarbaro, ſenna & manna conficiantur, *e. g. pro muliere* 30.*annorum*,quæ febre tertiana duplici cum catharro afficitur: ℞.*Folior.ſenn.elect* ʒij. *rhabarb. opt.*ʒj. *ſem. aniſi* ʒß.*aq. cichor.*℥vj. *infund. per noct. mane bulliant par.in colat.*℥iij. *ad mann.elect.aq.ſcabioſ.ſol.& colat.*℥j.*F.potio purgans mane cum regimine diæta ſumenda & pro neceſſitate reiteranda:* ſi grauidis clyſteres præſcribendi ſunt,illi magis ex emollientibus & lenientibus quàm validè purgantibus remediis præparentur, *e. g. pro muliere* 30.*annorum nephritica*: ℞. *Radic. alth.*℥j. *herb. malu. parietar.*

ã.Mij.

ã.Mij.*flor.ſambuc.*Pij.*ſem.lini* ℥ß.*coq.in col.*℥viiij.*ſol. mell.violac.*℥j.ß.*F.clyſter :* dein diuretica leniora ordinentur,inter quæ *Syr.alth. Fern.aq.malu. parietar. emulſ.ex amyg.ſem. cucum. melon.nec non ocul.cancr. præpar.* recenſentur.

CAPVT XV.

De Abortu.

ABortus eſt immaturi fœtus excluſio, hinc fœtus mortuus in vtero abortus non dicitur; donec expulſus fuerit, ſiue ergo fœtus viuus ſiue mortuus excludatur, qui nondum maturus eſt, neque debitum accretionis terminum attigit, quem in vtero accipere debet,abortus dicendus erit. Cauſæ abortus aliæ internæ ſunt aliæ externæ: internæ ad quatuor capita referuntur nempe ad humores,fœtum,vterum & morbos matris: humores abortum vel quantitate vel qualitate peccantes efficiunt: quantitate aut excedente aut deficiente peccant: quantitas excedens in plethora reperitur; ſanguis enim copioſior, quàm ad fœtus nutritionem requiritur, ad venas vterinas tendit, & inſtar fluxus menſtrui euacuatur, ſimulque fœtum elidit; quantitas deficiens humoris alibilis ex iis cauſis procedit, quæ fœtui alimentum ſubtrahere valent, vt inedia voluntaria ſiue coacta, cum grauidæ omnem cibum auerſantur, aut vomitu rejiciunt, tenuis diæta in morbis acutis, immodica ſanguinis euacuatio per nares, hæmorrhoides, vterum, vel phlebotomiam, huc referenda eſt ſumma totius corporis gracilitas, in qua tantum ſanguinis non

ſuppetit,vt fœtui alendo ſufficiat:fœtus ratione abortus accidit, ſi ſit nimiùm grandis, vt propter molem in vtero contineri nequeat, hinc ſæpe contingit, paruas mulieres abortum pati,præſertim quando viris grandioribus iunguntur: numerus etiam excedens abortum efficit,vt ſi duo vel plures fœtus in vtero contineantur, periculum eſt, ne ille nimiâ ſarcinâ grauatus illos præmaturè excludat, vnde gemellorum frequens abortus fieri ſolet, mortuus fœtus ad hanc claſſem refertur, quia ad illius excluſionem natura continuò inſurgit, ratione vteri abortus contingit, ſi ille non ſit ſatis amplus, vt pro incremento fœtus ſufficienter dilatetur, vel ſi vterus ſit humidior aut laxior, vt fœtum continere nequeat, huc etiam vteri inflammatio,tumor ſcirrhoſus & alij eiuſdem morbi referuntur: ratione morborum matris duplici ratione abortus contingit, primò cum morbi fœtui communicantur,à quibus extinguitur,vel ita debilitatur,vt conueniens nutrimentum aut incrementum recipere nequeat, quales ſunt febres continuæ,intermittentes, lues venerea, & alij complures: ſecundò cum à dictis morbis magnæ euacuationes aut graues corporis commotiones ſuſcitantur, vt hæmorrhagiæ copioſæ, alui profluuia, ſyncope, conuulſiones, enormis vomitus & teneſmus, qui ſupra omnes alios morbos abortum efficit, quandoquidem à frequente egerendi conatu, qui teneſmum comitatur,muſculi abdominis vterum magis quàm inteſtinum rectum comprimunt, vnde ex tali continua compreſſione fœtus excluſio ſequitur. Cauſæ externæ abortum promouentes aliæ fœtum enecant, aliæ nutrimen-

tum illius ſubtrahunt, aliæ fœtus acetabula diſſoluunt, quibus vtero alligatur: fœtum enecant animi commotiones graues, vt ira, triſtitia & terror vehemens, ac medicamenta purgantia fortiora: nutrimentum fœtui ſubtrahunt inedia & immoderata ſanguinis euacuatio: vteri acetabula diſſoluunt exercitatio, curſus, equitatio aut vectio durior, caſus violenter concutiens, ictus ventris fœtum contundens, abdominis motus fortis à tuſſi, vomitu, alui fluxu, ſternutatione, conuulſione & immoderata venere.

Signa abortus præſentis manifeſta ſunt, quem præcedunt lumborum coxarúmque grauitas inſolita & ad motum ſegnities, rigor horrórque per interualla recurrens, mammarum extenuatio & lactis copioſi effluxus: aliquando fieri poteſt (quod *Riolanus lib. 2. anthropogr. cap.* 8. ante *nonneminem* monuit) vt lac recto tramite decurrat ab epigaſtrica in pudenda, quam *Syluius* in puerpera defuncta digiti craſſitudine parem vidit, hæc anaſtomoſis in grauidis & puerperis grandior eſt ac apertior: imo obſeruauit Ampliſſimus *Riolanus* in publica mulieris anatome ſpectantibus centum diſcipulis vtramque venam videlicet epigaſtricam & alteram huic oppoſitam ac ſubiectam prægrandem iliaco ramo affixam, ſed inferiori hypogaſtricæ venæ ſurculo connectebatur: mammillaris autem interna per fiſſuram Xyphoidis traducta euidenter apparebat epigaſtricæ per anaſtomoſin ſociata, quam vaſorum communionem poſtea in mulieribus ſemper *Riolanus* animaduertit: nemo igitur deinceps inficiari debet, per ea vaſa mammarum & vteri conſenſum

perfici, ac ab vno termino ad alium poſſe ſanguinem & lac confluere: ſi dolores frequenter lumbos exerceant, ac verſus pubem & os ſacrum corrigantur cum quodam vteri conatu & ſanguinis puri vel ſeroſi euacuatione, certum imminentis abortus indicium eſt: quia abortus violentior eſt, ac tempore alieno fit, hinc mulieres ex illo magis quàm ex partu vero periclitantur: abortus periculoſior eſt ſexto, ſeptimo & octauo menſe, quia tunc grandior fœtus maiori cum moleſtia excluditur.

Curatio abortus ſolam præſeruationem reſpicit, quæcunque autem ſymptomata ſequuntur, illa ſymptomatibus enixarum inferius explicandis communia ſunt: abortus præcautio vel extra grauiditatem vel in grauiditate inſtituitur: extra grauiditatem omnes prauæ corporis diſpoſitiones, quæ abortum concitant, remouēdæ ſunt, vt plethora, cacochymia, morbi peculiares vteri, illius intemperies, tumores, vlcera, de quibus in præcedētibus *capitibus* dictum eſt: in grauidis ſi plethora adfuerit, ſanguis parcè detrahendus eſt, vt in præced. *cap.* indicauimus: interim toto geſtationis tempore adſtringentia & roborantia, quæ abortum prohibent, ad vſum vocentur: nos ſequentes formulas nemini adhuc conceſſas grauidis abortum metuentibus fortunato cum euentu ordinamus: *℞. CC.philoſoph.præp.* ℈ij. *corall. rubr.præp.* ℈j. *F.puluis pro 6.doſibus in emulſ.amygd. ſumendis: ℞. Conſeru. flor. betonic.* ℥j ß. *cortic.citr. cond.* ℥ß. *radic. ſymph.cond.* ℥iij. *nuc.ind.cond.* ʒij. *ſyr. corallor. q.ſ. F.mixtura, de qua pro lubitu magnitudo nuciſtæ ſumatur: ℞. Fruct.dactyl. rec.* ʒvj. *cort. citr. cond.* ʒiij. *nuc.indic.cond.* ʒij. *corallor.rubr.prapar.* ʒj. *ſacchar.*

ſacchar.opt.aq.betonic ſol.℥iiij. *F.ſ.a. morſelli pro beneplacito vſurpandi :* ℞. *Aq.embryon. iuxta elegantem Magni* Zuelferi *animaduerſionem correct.*℥j. *meliſſ.*℥ij.*borragin.*℥j.*miſce,de quo ſæpe cochlear plenum capiatur:*inter externa remedia linimentum in præced. *cap.* 3. ordinatum primas tenet : vt horum remediorum felix euentus reſpondeat, ſumma corporis & animi quies imperanda eſt.

CAPVT XVI.

De Partu difficili.

PArtus difficilis appellatur, qui ordinarias naturæ leges non ſeruat & dolores vehementiores aliáque ſymptomata grauiora poſt ſe trahit. Cauſæ præcipuæ vel à matre vel ab vtero vel à fœtu dependent : ratione matris partum difficilem reddit debilitas totius corporis vel propter ætatem vt in iuuenculis & vetulis, vel ob morbos,quibus in grauiditate mulier afflicta fuit ſiue affligitur,huc etiam refertur macies nimia vel pinguedo vias vteri comprimens, oſſium vtero communicantium in claudis mala conformatio , flatus inteſtina diſtendens, calculus veſicæ & pulmonum aliarúmque partium reſpirationi inſeruientium praua diſpoſitio, quoniam ſpiritus cohibitio ad fœtus excluſionem valdè neceſſaria eſt , huc etiam referri debet firmior compactio oſſium pubis,nam illa in partu diſtrahi oſtendit *Riolanus lib.6. anthropogr. cap.* 12. quod etiam *A. S.* 1631. trecentis ſpectantibus diſcipulis demonſtrauit, vt *in animaduerſ. ad Laurent. anat.* at-

 teſta

teſtatur : ex parte fœtus contingit partus difficilis, quando vitium in eo reperitur ratione ſubſtantiæ, quantitatis, figuræ & adiunctorum : ratione ſubſtantiæ vitium in fœtu eſt, quando mortuus aut ab aliquo morbo debilitatus fuit, ita vt nullas vires ad excluſionem ſui conferat : ratione adiunctorum fœtus partum non adiuuat, ſi videlicet ille grandiori corpore ſeu capite præditus ſit, vnde laborioſa excluſio contingit, aut ſi gemelli adfuerint ; ratione figuræ vel ſitus in vtero partus difficilis vario modo contingit, vt quando fœtus præuiis manibus aut pedibus exire cupit, vel alterutram manum aut pedem exerit, aut duplicatus nares ſiue ventrem ad orificij vterum dirigendo egredi conatur : ratione adiunctorum fœtus difficultas pariendi inprimis euenit, quando fœtum inuoluentes membranæ craſſiores ſunt, vt ab illo difficulter rumpi poſſint ; ſæpe obſtetrices imperitæ ad conatum expulſionis citius, quàm par eſt, parturientes incitant, dum adhuc ligamenta fœtus vtero firmiter adhærent, vnde poſtea vires in legitima partus hora deficiunt, imo cum iſtæ obſtetrices temerariæ omnibus modis perſuadeant, tempus pariendi inſtare, accidit, vt grauidæ omnem virtutem ad fœtus excretionem intendant, hinc vaſis violenter diuulſis in ſummum vitæ periculum præcipitantur : eheu improba hæc conſuetudo in multis *Europæ* Ciuitatibus altas radices egit! vtinam derelinquerent Medici, vti veros Chriſtianos decet,

———— Intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum inuidiam, ———— ————

& ſo

& relegato ad Orcum, vbi prima incunabula ſumpſit, monſtro hoc deteſtando conſpirarent, ſalutaria obſtetricibus iſtis imperitis conſilia ſuggerendi!

Cognoſcitur partus difficilis, ſi per duos, tres, quatuor aut plures dies fœmina in labore partus iaceat, cum naturalis partus intra 24. *horas* finiatur, porro ſi dolores partus ſint languidi, per longa interualla recurrant, & ad dorſum magis quàm ad pudenda vergant: cætera tum ex relatione ægræ tum ex præced. *capp.* colliguntur: fœtus mortui ſigna in ſeq. *capite* proponuntur: quando matris conatus validus eſt & fœtus ſeſe commouendo exitum affectat, partus tamen laborioſus fiat, indicio eſt, ſecundinam fortiorem difficulter rumpi, præſertim ſi nullæ humiditates cum laboribus profluant: fœtus præpoſteri ſitus ab obſtetrice perita deprehendi poſſunt. Partus difficilis ex ſe periculoſus eſt, nam in eo nunc mater, nunc fœtus, nunc ambo ſæpe intereunt: ſi mulier per 4. *dies* in partu laboret, vix fœtus euadit: affectus ſoporoſi aut conuulſiones partui difficili ſuperuenientes lethum prænunciant: γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἢ δυστοκούσῃ πταρμὸς ἐπιγινόμενος ἀγαθόν· *vterina mulieri aut ægrè parienti oborta ſternutatio bona eſt*, iuxta *ſect. 5. aphor. 25.*

In curatione partus difficilis primò cauſæ impedientes remouendæ ſunt, dein partum adiuuantia præſcribantur: nos ſeq. remedia felici cum ſucceſſu ordinamus, quorum formulas ante beatum obitum nobis conceſſit MATTHIAS HARSCHERVS, ILLVSTR. REIP. BAS. ARCHIATER, ACADEM. ANTECESSOR, ET COLLEGII MEDICI ASSESSOR SVPRA INVIDIAM MAGNIS MERITIS CELEBERRIMVS.

℞. *Aq.*

℞. Aq embryon. ℥j. *artemiſ.* ℥ij. *puleg.* ℥j. *cinnam.* ℥ß. *ſacch. opt.* ʒiij. *miſce pro duabus doſibus : ℞. Ol. cheir.* ℥ß. *lil. alb. chamam ā.* ʒij. *vng. reſumpt. q. ſ. F. linimentum , quo tota regio vteri calidè illinatur : ℞. Succ. alb. præpar. cinnam. & croci opt. ā* ℈j. *F. puluis pro tribus doſibus in iuſculo carneo ſumendus :* quando aluus conſtipata eſt, ſeq. clyſter injiciatur : *℞. Radic. alth.* ℥j. *herb. parietar. malu. meliſſ. artemiſ. ā.* Mj. *flor. chamam.* Pj. *ſem. lini* ʒiij. *coq. in aq. font. q. ſ. in col.* ℥viij. *ſol. mell. anthoſ.* ℥ij. *ol. cheirin.* ℥ß. *F. clyſter :* à validioribus medicamentis abſtinendum, ne noxam fœtui inferant : ſi præpoſtero modo fœtus egredi incipiat, obſtetrix illum ſtatim ad legitimam formam reducat , conſulatur elegans liber *la commare dell ſcipione Mercurio*, quem ex Italico in Teutonicum ſermonem *Cl. Gothofredus Vuelſchius* conuertit : ſublata omni partus ſpe *nonnulli* ad ſectionem Cæſaream accedunt , de qua *Franciſcus Roſſetus* libellum circunſcribillauit, ſed cum hæc operatio ſit periculi & terroris plena, *Autor noſter* ſuadet , illam Medico prudenti rariſſimè & conſideratis diligenter omnibus circumſtantiis tentandam eſſe , ſi nomini ſuo conſulere velit.

CAPVT XVII.

De Fœtu mortuo.

IN partu difficili ob magnos & diuturnos labores ſæpe fœtus extinguitur , idem etiam ante labores partus à cauſis abortum prouocantibus accidit : inprimis fœtus interimitur , ſi tali præpoſterâ figurâ prodeat,

prodeat, vt nullo modo excludi nec ab obſtetrice aut Chirurgo extrahi vel in meliorẽ ſitum conuerti poſſit: fœtus mortuus cognoſcitur, quando motus illius omninò ceſſat, quem prius in vtero aut mater ipſa ſentiebat, aut obſtetrix admota manu percipiebat, dein ſi fœmina de latere in latus ſe conuertit, fœtus ex vna parte in alteram delabitur, tandem putreſcente fœtu humores ſanioſi & fœtidi ex vtero promanant: ſi ante fœtum ſecundina excludatur, certiſſimũ illius interitus ſignũ eſt. Quod prognoſin attinet, periculoſiſſimus eſt fœtus in vtero defunctus & niſi maturè expellatur, lypothomias, cõuulſiones ac mortẽ infert: aliquando fœtus mortuus per longũ tempus in vtero aſſeruatur, quod plurimis hiſtoriis confirmat *Sennertus lib.4. med. pract. part.2. ſect.6. cap.7.* & *Schenkius lib.6. obſeruat med.p.m.570.*

Curatio tota verſatur in fœtus excluſione vel extractione, cum enim maximum vitæ periculum ex longiore fœtus in vtero defuncti mora immineat, quamprimùm certò conſtat, fœtum eſſe mortuum, ad illius excluſionem properandum eſt, eadem remedia in præced. *cap.* propoſita conueniunt, illiſque non iuuãtibus ſequẽtia feliciter præſcribimus, quorum *idem ὁ Μακαρίτης Harſcherus* Autor eſt. ℞. *Aq. artemiſ.* ℥ij. *pulegij, ſabinæ ã.* ℥j. *cinnam.* ℥ß. *ſyr. artemiſ. F.* ℥j.ß. *troch de myrrha* ℈ij. *eſſent. croci* ℈j. *miſce pro duabus doſibus:* ℞. *Confect. alkerm.* ʒj. *ol. ſtill cinnam. gt.* iij. *ſacch. q. ſ. F. bolus pro vna doſi:* ℞. *Aq. lil. alb.* ℥j. *meliſſ. pulegij, cinnam. ã.* ℥ß. *ſacch. opt.* ʒiij. *ol ſtill. ſuccini alb.* ℈ß. *miſce pro vna doſi.* ℞. *Radic. bryon.* ℥ij. *lil. alb* ℥j. *herb. artemiſ. puleg. meliſſ. pariet. malu.* ã. Mij. *flor. ſambuc. geniſt. chamæm.* ã. Pij. *ſem. lini*

hyſterica, conuulſio & mors ſubſequitur: ſecundinæ retentæ iiſdem remediis expelluntur, quæ in præcedent. *cap.* contra partum difficilem & fœtum mortuum præſcripſimus.

CAPVT XIX.
De Fluxu lochiorum immodico.

FLuxus lochiorum immodicus nō ex quantitate aut duratione æſtimandus eſt, quia in diuerſis naturis, ætatibus ac vitæ generibus admodū variat, ſed ex difficili tolerantia & virium dejectione conſiderandus erit. Cauſæ illius ſunt vaſorum apertio nimia & laceratio in partu difficili, ſecundinarum violenta extractio, ac ſanguinis maior copia, quæ per totum geſtationis tempus in vaſis vterinis collecta fuit, vel eiuſdem tenuitas & acrimonia vaſorum oſcula aperiens, naturámque ad excretionē ſtimulans: cognoſcitur hoc malum ex viribus, quæ propter exhauſtos ſpiritus deiiciūtur, accedit pulſus debilis & frequēs, viſus tenebricus, auriū tinnitus, animi deliquium aut conuulſio. Periculoſus eſt fluxus lochiorum immodicus ob laborem partus prægreſſum, qui vires debilitauit & propter ſymptomata, quæ huic malo ſuperueniunt: ℞. *Aq.plantag.* ℥iij. *burſæ-paſtor.* ℥j. *ſyr. cydon.* ℥j.ß. *corall.* ℥ß. *F.iulepus pro duabus doſibus:* ℞. *Corn.ceru.philoſ.præpar.* ℈ij. *corall.rubr.* ℈j. *F.pulu. pro tribus doſibus in emulſ.amygd.ſumendis:* ℞. *Conſ. fl.beton.* ℥j. *rad.ſymph.cond.* ℥ß. *lap.hæmat.præpar.* ℈ij. *bol.armen.præp.* ℈i. *ſyr. cydon. q.ſ. F.mixtura, de qua pro lubitu magnitudo nuciſtæ ſumatur:* tota regio vteri aliquoties *vng.comit.* tepidè inungatur.

CAP.

CAPVT XX.

De Suppreſsione Lochiorum.

FOelix puerperij ſucceſſus ex conueniēti lochiorum effluxu præcipuè dependet, quandoquidem impuritates, quæ per nouem geſtationis menſes in vtero ac toto corpore colliguntur, cum iſtis euacuationibus expurgari ſoléant, hinc quando lochia ſupprimuntur, pernicioſa mala emergunt, vt febris acuta; phrenitis, mania; melancholia, pleuritis & vteri inflammatio. Cauſæ iſtius ſuppreſſionis ſunt ſanguinis craſſities, vaſorum anguſtia vel obſtructio; aër frigidus repentinè in vtero ſuſceptus, qui vaſorũ orificia conſtringit, refrigeratio pedum, immodicus frigidæ potus, terror, metus & triſtitia. Diagnoſis huius mali ſatis apparet: Prognoſis propter ſymptomatum vehementiā funeſta eſt. Omnis curatio in lochiorum prouocatione conſiſtit: primùm ſeq. clyſter injiciatur: ℞. *Rad. lil. alb.* ℥j. *bryon.* ℥ß. *herb. 5. emoll. artem. puleg.* ā. Mj. *fl. ſamb.* Pj. *ſem. lini* ʒiij *coq. in aq. font. q. ſ. in col.* ℥x. *ſol. mell. anthoſ.* ℥ij. *ol. aneth.* ℥j. *el. hier. picr. Gal.* ℥ß. *F. clyſter pro neceſſitate reiterandus*: porro ℞. *Rad. alth lil. alb.* ā. ℥i. *bryon. angel.* ā. ℥ß. *fol. mercur. artemiſ. puleg. calam.* ā. *Mij. ſem. lini* ℥i. ß. *inciſa dẽtur ad ſacc. duos quadratos in lacte coq. & hypogaſtrio tepidè admouendos*: inſuper ℞. *Aq. artemiſ. puleg.* ā. ℥i. *troch. de myrrh.* ʒi. *miſce pro vna doſi*: dein vena malleoli aperiatur: purgationes blandæ conueniunt, ſi ſeptem aut nouem dies poſt partem elapſæ fuerint: ℞. *Folior. ſenn. elect.* ʒij. *agar. rec. troch.* ℈ij. *ſe. aniſi* ʒi. *aq. meliſſ. artemiſ.* ā. ℥ij. *infund.*

infund. per noct.mane bulliant. par.in col.℥iij.ſol.ſyr. flor.perſic ℥ß aq.cinnam ℥ij. F.potio purgans mane cũ regimine diætæ ſumenda & pro neceſſitate reiteranda : conueniunt etiam pilulæ, iulepus & inſeſſus ſupr. *c.3.* contra ſuppreſſionem menſium propoſitus.

CAPVT XXI.

De Torminibus à partu.

TOrmina puerperis adeo frequenter contingunt, vt pauciſſimæ ab iis immunes euadant, attamen propter illa Medicorum opem implorare non ſolent,quoniam intra biduum aut triduum ceſſant,ſi tamen dolores acerbiores fuerint,aut diutius perſeuerarint, Medicos conuocare cogũtur, qui antequam remedia præſcribant, eorum cauſas perluſtrare conantur. Cauſæ præcipuæ ſunt ſanguinis copia, craſſities, acrimonia & vaſorum anguſtia, cũ enim vaſa vteri per nouem menſes ab ordinaria ſanguinis excretione ceſſarint, & ille interim magnâ copiâ congeſtus nec non diuturniori morâ craſſitiẽ & acrimoniá adeptus fuerit,per anguſtas vias tranſeundo dolores parit, qui per interualla recurrunt, quoties vterus nouam ſanguinis excretionem molitur,quâ peractâ dolores feriantur,donec iterũ alius ſanguis egredi conetur : tormina à partu periculoſa non ſunt,ſed moleſta fiunt. Curatio illuc dirigenda eſt,vt vaſa vteri laxẽtur,ſanguinis craſſities attenuetur, & acrimonia attemperetur : *℞. Ol.amgd. dulc. rec.expreſſ.℥i.ß.ſyr. violar. purpur.℥i. miſce pro vna doſi matutina & ſapius repetatur : ℞. Radic. alt.℥i. herb.5.emoll.meliſſ. ã.Mj.flor.chamam.Pi. ſem.aniſi ʒij.coq.*

℥ij. *coq. in col.* ℥x. *fol. mell. anthoſ. violar. ã.* ℥j.ß. *vitell. ouor. n. n. F. clyſter*: ſeq. oleo magnam efficaciam adſcribit *Autor noſter*, quod tempore idoneo cõponi & in officinis pharmaceuticis aſſeruari debet: ℞. *Radic. ariſtoloch rotund. ireos flor. pœon ã* ℥j. *cyper.* ℥ß. *fol. ſicc. artem. matric. orig. calamenth. puleg. dictamn. cretic. abſinth. ſabin. rut. beton. ſalu.* ã. *Mi. flor. anth. ſtœchad. lauendul. chamæm. aneth. hyperic. ſambuc.* ã. Mß. *granor. laur. iuniper.* ã. ℥ß. *ſem. cumin. rut. pœon. dauc. agn. caſt.* ã. ʒiij. *caryophyll. nuciſt. cinnam. zingib.* ã. ʒij. *omnia contuſa & inciſa miſceantur, ac in olei veter.* ℔vj. *macerentur, ſtent per ſeptimanam in vaſe vitril. clauſo, dein ſupra cineres calidos ſpacio quatuor aut quinque horarũ bulliant, poſtea oleum exprimatur & ad vſum aſſeruetur*: porro ſequens fotus præſcribatur: ℞. *Radic. alth.* ℥ij. *herb. 5. emoll* ã. Mj. *meliſſæ, matricar. artemiſ* Mij *ſem. carui* ℥ß. *baccar. iunip.* ʒij. *inciſa dentur ad ſacculos duos quadratos in lacte coquẽdos & hypogaſtrio tepidè alternatim applicandos.* ♃. *Conſeru flor. betonic.* ℥j. *maior. meliſſæ,* ã. ℥ß. *nuc. indic. cond* ʒiij. *ol. ſtill aniſi gt.* vj. *cinnam. gt.* iij. *ſyr. beton. q. ſ. F. mixtura, de qua pro beneplacito quantitas nuciſtæ ſumatur*: præſcribatur etiam aqua hyſterica, quam ſuperius *cap.* 6. propoſuimus.

CAPVT XXII.

De morbis acutis puerperarum.

QVod ſupra de morbis acutis prægnantium diximus, id nunc de morbis acutis puerperarum repetere neceſſarium, illos non aliam eſſentiam

habe

habere, ac dum non puerperas aut viros obſident, quapropter peculiarem eorum theoriam proponere non opus eſt, quæ ex propriis capitibus facilè deſumitur: iſti autem morbi vtplurimum ſunt febres continuæ, eſſentiales aut ſymptomaticæ, quæ inflammationes internas phrenitidem, pleuritidem, hepatitidem & alias comitantur: eſt peculiaris ſpecies febris, quæ multis puerperis contingit vulgo *febris lactis* à mulieribus nominatur, & circa tertium aut quartũ diem puerperij accidere ſolet, cum lac in mammis copioſè generari incipit: hæc febris ex mente *Autoris noſtri* inter ephemeras plurium dierum recenſetur, nec vllis remediis indiget, quoniam intra triduum vel quatriduum ſudore ſoluitur: diſtinguitur à putridis, quod ferè circa quartum diem inuadat, mammæ lacte repleantur & duritie, dolore ac calore cum dorſi & ſcapularum grauitate afficiantur, nec non puerperia rectè fluant, quæ in febribus putridis vtplurimum ſupprimuntur: febres putridæ à tribus cauſis oriuntur, lochiorum ſuppreſſione aut imminutione, prauorum humorum congerie per geſtationis tempus accumulata & in partu exagitata aut diætæ erroribus: in ſuppreſſione lochiorum ſanguis & vitioſi humores, qui per geſtationis decurſum cumulati ſunt, ad vaſa maiora regurgitant, illuc putreſcunt & interdum ad hepar, lienem aliáſque partes feruntur: ibique inflammationes excitant, aut ſi in vaſis vteri hæreant, putredinẽ concipiunt, atq; ita febrem pariunt: ſi lochiis ritè fluentibus febris oriatur, illa vel ex bile aut diætæ erroribus prouenit: praui humores ex partus laboribus ac doloribus agitati colorẽ & putredinem facilè

 ſuſci

ſuſcipiunt,febremque efficiunt:diætæ errores innumeris modis contingunt:puerperæ etiam in febrem putridam incidere poſſunt,dum frigido aëri imprudenter ſeſe exponunt : eſt & alia frequens cauſa febris putridæ in puerperis, cum videlicet ſecundinæ integræ non excluduntur, ſed quædam portio intus remanet ac putreſcit. Prognoſin harum februm periculoſam eſſe nemo dubitat: ad prognoſin & criſes diiudicandas facit celebris illa quæſtio, an computatio dierum morbi debeat fieri à principio morbi aut à die partus:cuius deciſionem paucis *Autor noſter* proponit:ſi partus fuit naturalis & lochia rectè fluant, febris autem poſt aliquot dies accedat, computatio non à die partus ſed à die febris inſtituenda eſt: ſin autem partus fuit præternaturalis & febris poſt tres aut quatuor dies oriatur,à die partus computandum, quia tunc œconomia totius corporis euertebatur, humorúmque perturbatio incipiebat, quam deinceps febris ſucceſſit: ſic in grauibus vulneribus præſertim capitis, licet febris poſt quartum vel quintum diem inuadat,tamen computatio à die accepti vulneris inſtituitur,quia ſtatim tunc humores commouentur, & ad febrem diſponuntur. Curatio iſtarum febrium & morborum acutorum ab ordinariis curationibus non variat: ſi ſtatim in principio puerperij morbus acutus à ſuppreſſione lochiorum adueniat,vena malleoli aperiatur : aliàs ſi in medio aut fine puerperij mulier pleuritide,angina aut febre ardente corripiatur, vena brachij ſecetur:purgationes blandæ puerperis præſcribi poſſunt, quarum formulam in præced. *cap.*14. propoſuimus.

LIBER

LIBER XVI.

De affectibus Articulorum & Rheumatiſmo.

PRÆFATIO.

LICET omnium articulorum affectus, ab iiſdem cauſis dependeant & tantùm ratione loci affecti inter ſe differant, iiſdémque remediis curari ſoleant, nonnulla tamen differentia inter Iſchiadem & aliorum articulorum dolores propter partium iſchij articulationem componentium ſtructuram reperitur, vnde quandam in nonnullis remediis diuerſitatem obtinet, ideo ſeorſim de dolore iſchiadico Autor noſter *agit; & quia rheumatiſmus cum arthritide magnam affinitatem habet, illius expoſitionem ſubnectit, hinc liber iſte tribus capitibus abſoluitur; quorum prmum de arthritide, ſecundum de dolore iſchiadico, tertium de rheumatiſmo tractat.*

CAPVT I.

De arthritide.

ARthritis eſt dolor articulorum per interualla inuadens ab humorum affluxu excitatus.

Locus affectus ſunt membranæ, tendines, omnéſque partes neruoſæ articulis vicinæ, quæ ab humore influente diſtenduntur, vel ab eiuſdem acrimonia vellicantur: rarò humores in ipſas articulorum cauitates influunt, quod ſaltem in affectu maximè chronico contingit, & vbi cauitates ampliores ſunt, ſic in dolore iſchiadico diuturno nonnunquam os femoris excidit laxatis ligamentis aliiſque partibus articulum connectentibus, & tunc iuxta *ſect.6. aphor.59.* articuli cauitas mucosâ pituitâ repletur: quæritur, an ab humoribus in partes neruoſas & membranoſas influentibus eáſque diſtendentibus non fiat convulſio? reſpondet *Autor noſter* partes in arthridite magis affectas eſſe membranoſas, quæ cum motui non inſeruiant, convulſionem efficere non poſſunt, quantumvis diſtendantur & vellicentur: licet autem tendines & nervi etiam dolore afficiantur, convulſionem tamen non pariunt, quoniam in hac muſculi versùs ſuum principium retrahuntur, hæc autem retractio fit per contractionem nervorum, qui maſculis inſeruntur, aſt quando nervi muſculos egreſſi ſunt, vel ad eorum extremitates peruenerunt, licet nervi diſtendantur, tamen muſculos contrahere nequeunt: quatuor arthriditis differentiæ propter diuerſos articulos affectos vulgò conſtituuntur, chiragra cum dolor manuum occupat, iſchias, dum coxendicem inuadit, gonagra, cum genua, & podagra cum pedes infeſtat, reliquorum articulorum dolores generico arthriditis nomine donantur, licet iis *Paræus lib. 17. cap. 1.* peculiaria nomina impoſuerit: præterea aliæ dantur arthriditis differentiæ, quòd alia ſit

gene

generalis plurimos corporis articulos occupans,alia particularis vni aut alteri ſaltem articulo inhærens, alia à patentibus jure hæreditario contracta,alia aduentitia à cauſis externis & erroribus in victu commiſſis excitata.

Cauſa proxima arthriditis eſt humor ſeroſus partes ſenſiles articulorum diſtendens vel acrimoniâ vellicans, ſeroſam eſſe materiam inde colligitur, quod humores craſſiores tam facilè confluere non poſſint & tumorem magis conſpicuum efficiant, nam in arthridite tumor exiguus eſſe ſolet, imo in principio paroxyſmi nullus apparet, licet dolor acerbiſſimus excitetur, adde hunc tumorem nunquam ſuppurari, quod aliis tumoribus craſſioribus ſæpè contingit, ſi ſanguinem admixtum habeant: in arthridite autem ad articulos ſanguinem attrahi ex inflammatione partis innoteſcit, nunquam tamen ſuppuratio accidit, quoniam ſeri prædominium illi reſiſtit:ſerum arthriditis cauſa efficiens rarò purum eſt, ſed alios humores ſecum traxit, vnde inſignis diuerſitas oritur pro maiore vel minore humorum permixtorum acrimonia, à quibus maior vel minor dolor excitatur: tumor aliquando eſt notabilis magnitudinis, nonnunquam vix apparet, color eſt aliis rubicundus, aliis flauus, aliis albus,in quibuſdam malum citò ſoluitur, in aliis longè protrahitur, interdum caliditas ingens partem affectam occupat, aliis nulla aut exigua ſentitur, quandoque calida admota proſunt, nonnunquam frigida conferunt: interim *Autor noſter* non negat, ſerum per ſe maiorem vel minorem acrimoniam habere, provt illi ſalis portio admiſcetur, cum

enim ſerum juxta mentem *Autoris noſtri* ſalia hete-rogenea, quæ ex alimentis in corpore accumulantur, diſſoluere & recipere ſoleat (hinc omne ſerum *Autori noſtro* ſalſum eſt) provt maior vel minor ſalis copia in eo recipitur, & ſalia illa maiorem vel minorem acrimoniam obtinent, maior vel minor dolor excitatur: de parte arthritidis mandante inter Medicos famoſa controuerſia mouetur: iuxta *Fernelium lib. 4. de part. morb. & ſympt. c. 18. partes capitis externa & extra caluā poſita origo ſunt arthritidis, è quibus ſuperuacaneus humor per ſumma corporis ſub cute deorſum decurrit: venæ enim multæ ab externis iugularibus deducta eò excrementa ſua tenuia & ſeroſa deponunt:* è contra alij in partibus capitis interioribus fontem mali quærunt: Nonnulli à viſceribus in imo ventre contentis, hepate, liene, vtero & à toto corpore humores noxios per venas arteriáſque in articulos promanare aſſerunt: omnes iſtæ ſententiæ ex iudicio *Autoris noſtri* partim veræ partim falſæ ſunt: veras eſſe cenſet, dum humores arthritidem committentes, à capite per internas externáſq; partes & à viſceribus ac toto corpore per venas & arterias defluere pronuntiant: falſas inde ſtatuit, quod vel ſolas capitis partes externas vel internas aut ſola viſcera inferiora materiā arthritidis ſuppeditare aſſerant: cum enim totum corpus permeabile ſit, omnes partes poſſunt humores ſuperfluos ad articulos tranſmittere, ſi ad receptionē diſpoſiti fuerint: diſpoſitio articulorum humoribus illis recipiendis idonea eſt eorundem imbecillitas vel natiua à parentibus contracta vel aſcititia, à cauſis infra exponendis orta; porro cum Medici certo theore-
mate

mate ſanciuerint, partes robuſtiores excrementa ſua ad imbecilliores deponere, aſſerendum omninò eſt, partes prædictas etiam ſua excrementa ad articulos tranſmittere, ſi illi debiliores facti ſufficienter reſiſtere nequeant. Cauſas externas *Autor noſter* in tres claſſes diſtribuit: prima materiam generandæ arthritidi idoneam ſuppeditat: ſecunda articulos debilitat & relaxat: tertia humoris affluxum ad articulos promouet: ad primam claſſem referuntur, quæcunque crudorum ac ſeroſorum humorum & cacochymiæ prouentum adiuuare poſſunt, vt alimenta craſſa, concoctu difficilia, valde excrementitia, crapula frequens, concubitus immoderatus, vnde arthritidis *Bacchi* & *Veneris* filia dicitur, vita ſedentaria, ſumnus longior, vigiliæ intempeſtiuæ, euacuationum conſuetarum ſuppreſſio, & ſollicitudo diuturna: in ſecunda claſſe continetur labor & motus vehemens, immodicus *Veneris* vſus, & in primis articulorum refrigeratio ac humectatio nimia: ad tertiam claſſem ſpectant aër nimis frigidus humores exprimens, & calidus eoſdem fundens, cibi acres & ſalſi, vinum generoſum, & pathemata animi vehementiora: febris ephemera ſæpè arthritidis inuaſionem antecedit, quæ à ſeroſis humoribus intra venas & alterias commotis oritur, dum natura illos ad articulos debiliores expellere nititur.

Præſentem arthritidem ſignificat dolor exquiſitus articulos inuadens, quem ſæpiſſimè tumor & rubor comitantur, qui ſi ſtatim in principio non appareant, paulo poſt ſaltem conſpiciuntur, febris interdum perſeuerat, nonnunquam ſimul cum pa-

roxiſmo incipit: bilem cum ſero redundantem indicant dolos vehementer lancinans, tumor exiguus, calor magnus, febris in ſtatu perſeuerans, vrina tenuis, flaua, ſubrubra, auxilium à frigidis, læſio à calidis: pituitæ cum ſero luxuriantis ſigna ſunt tumor partium affectarum ſublaxus, qui impreſſis digitis foueam relinquit, dolor obtuſus, vrina craſſa, læſio à frigidis, auxilium à calidis, calor paucus, color albus à naturali parum recedens. Quod prognoſin attinet: arthritis periculoſa non eſt ſed propter dolorum vehementiam moleſtiſſima & durationem contumaciſſima cenſetur, hinc ægrotos ad ſenectutem mortémque comitari ſolet, imo iuxta *Autorem noſtrum* nonnullis longæuitatem conciliat, quoniam natura humores vitioſos, ex quibus alij morbi periculoſiores generantur, ad articulos per certa interualla propellit, & ſic partes nobiliores à prauis humoribus liberat: non raro tamen contingit in corporibus debilioribus aut ſenio confectis, vt inde, quando natura humores noxios intus coaceruatos expellere non poteſt, morbi lethales nempe febris acuta, viſcerum inflammatio, orthopnœa, cordis palpitatio, apoplexia & convulſio oriatur: licet diſpoſitio arthritica viſceribus infixa & natiua articulorum imbecillitas radicitus exſtirpari nequeant, poſſunt tamen arthriditis inſultus retardari, ita vt nonnulli ſola vini abſtinentia, alij purgationibus frequenter reiteratis per multos annos à paroxyſmo liberati fuerint.

Curatio arthriditis in hoc conſiſtit, vt humorum articulos in fluxis inhibeatur, qui iam articulis inhæret ſubmoueatur & dolor acerbus leniatur,

quæ

quæ ſeqq. remediis præſtari poſſunt: ab ipſo morbi principio ſanguinis detractio erit conueniens, ſi illius penuria non adſit & humor pituitoſus non abundet, quia ab humoris in articulos fluentis motu ſanguis exagitatur,& à dolore in partem affectã attrahitur, hinc illius reuulſio neceſſaria eſt, quæ fit ex oppoſito partis affectæ, inde ſi brachium dextrũ afficiatur, in ſiniſtro vena ſecanda eſt, ſi dexter pes laboret,vena dextri brachij aperienda erit:mox purgationes neceſſariæ præſcribantur, vt humores ab articulis reuocentur, & ad inteſtina deriuentur,*e.g. pro viro* 40.*annorũ:℞ Folior.ſẽn.elect.* ℥iii.*agar.rec. troch.*℥i.*rhabarb.elect.*℈ii.*ſem.aniſi* ℥i.*aq. cichor.betonic.chamæpith.* ā. ℥ii *infund.per noct.manè bulliant par.in col.*℥iii.*ſol.ſyr.flor.perſicor.*℥ß.*aq. cinnam* ℥ii. *F.potio purgãs manè cũ regimine diata ſumẽda & pro neceſſitate aliquoties reiteranda:vel* ℞. *Extr.cochiar. catholic.*ā.℈ß.*mag.rad.ialap.gr.*ii.*ol. ſtillat.ſalu.gt.*i. *F. pilul. vii. eodem modo ſumendæ*: poſt ſufficientes purgationes ſudorifera præſcribenda ſunt, vt ſeroſa materia per habitum corporis diſcutiatur: ℞. *Aq. acetoſ.*℥ii.*mithrid.opt.*℥i. *F.ſudoriferum mane ſumẽdũ vel* ℞.*Mithrid.opt.*℥i.*C.C.philoſ.præpar.*℈i.*ſacch q.ſ.F.bolus ſudoriferus*:in affectu diuturno & febre abſente ſeq.decoctũ ordinetur:℞.*Radic.chin.opt.*℥i. *lign.ſaſſafrag. rec.* ℥ß.*aq. font.*℔x.*coq. lento igne,vt remaneant* ℔viii.*colat.detur ad vſum potus ordinarii:* neceſſitate dolorum vrgente doſis *laudani noſtri* cõcedatur,quod fluxionẽ ſiſtit & dolorem atrocẽ mitigat:demũ poſt debitas euacuationes ad topica veniendum eſt,quæ dolorem mulcent & cauſam coniunctam diſcutiunt, alioquin plus damni quàm

com

commodi afferunt, vel enim materia,quam natura ad articulos expellit, ad interiores partes repellitur,vnde grauia ſymptomata emergunt, vel articulis impingitur, & tunc dolor exaſperatur, vel articuli laxantur, vnde fluxus augetur: lac ex vbere tepidum parti dolenti admotum egregiè dolorem mitigat: *Amatus Luſitanus centur. 6. curat. 91.* lac caprinum commendat, quod *familiare Turcarum Principibus remedium* eſſe prohibet: *vel ℞. Mica panis tritic. alb. ℥ij. far. radic.alth.& ſem.lini ā. ℥ij. pulu.roſar.rubr.flor. chamæm. ā.℥i.coq in lacte vacc. aut caprin. q ſ ſub fin.add.vitell.ouor.n.2. F.cataplaſma tepidè admouendum*:olea & pinguedines à plurimis vſurpantur, quæ magis nocent quàm proſunt, cum poros obſtruendo humorem noxium intus retineant & ita dolorem augeant:narcotica extrinſecùs applicata non conueniunt,quia ſtuporem partibus inducunt: quoniam arthritis per interualla imprimis vere & autumno redire ſolet, omnibus modis conueniens præſeruatio inſtituenda eſt: exacta diæta obſeruetur,quàm *in exercitat.de apoplex.§.13.* propoſuimus: venæſectio in anno bis adminiſtretur:ſi paroxyſmus ſæpè recurrat, ſingulis menſibus præcedens potio purgans vſurpetur: alternis annis cura ſudorifera per aliquot ſeptimanas inſtituatur, & tempore vindemiali vinum medicamentoſum ex muſto recenti paretur, cuius formulam *ibid.* adſcripſimus: *Reinerus Solenander ſect.4. conſil. 25.* nonnullos cognouit, qui admoto partibus arthritide laborantibus emplaſtro diapalmæ & purgationibus per interualla aſſumptis, quinquennium integrum ab iſtis doloribus liberi fuerint:in arthritide,

dite, vbi bilis ferociter luxuriat, acidulæ conueniunt, ſi autem humores ſeroſi à capite in articulos deſtillent, ad illorum robur corpore prius repurgato thermæ *Fabarienſes & Badenſ. Hercinia* laudantur.

CAPVT II.

De dolore Iſchiadico.

DOlor iſchiadicus à reliquis arthritidis ſpeciebus in eo differt, quod in his dolor ſolos articulos occupet, in illo autem etiam nates, lumbos & os ſacrum infeſtet, ac in femur, tibiam & extremum pedem porrigatur: cauſa huius doloris eadem eſt, quam in præced. *cap.* propoſuimus. Diagnoſis ex loco affecto deſumitur, vnde nomen ſumit, dolor enim præcipuus iſchij regionem occupat. Prognoſis iſchiadicæ doloris hoc peculiare habet, quod diu perſeuerans coxæ luxationem inferat, humor enim ſeroſus & pituitoſus in articuli cauitatem ampliſſimam ſeſe inſinuat, ac ſi diu moretur, pars illius tenuior craſſiori remanente diſcutitur, quæ dein mucoſa redditur & ligamenta connectentia articuli oſſa emollit ac relaxat, vt os coxæ alueo ſuo excidat, vnde luxatio contingit, ex qua etiam claudicatio & cruris totius tabes aliquando ſequitur, quia os è ſede ſua lapſum muſculos, venas & arterias comprimit, hinc ſanguis ac ſpiritus commodè in partes inferiores fluere nequeunt.

Curatio iſchiadici doloris cum reliquarum arthritidis ſpecierum curatione propter loci affecti ſtructu

ſtructuram in aliquib. differt:ſtatim ſeq.clyſter iniiciatur,& aliquoties repetatur,vt materiæ morbificæ portio ad inteſtina deriuetur:℞.*Radic bryon.* ℥i. *alth.*℥ß.*herb.beton.chamædr.chamæpith.malu.* ā. *Mi. flor.chamam.melil* ā.*Pi.ſem.lini* ʒv.*aniſi* ʒii. *coq. in aq.font q ſ.in col.*℥x.*ſolu.mell.anthoſ.*℥iii.*elect.bened. lax.*℥i.*tereb.cum vitell.oui ſol.*ʒii.*F.clyſter* : dein potiones aut pilulæ purgantes in præced.*c.* notatæ ordinentur, poſtea ad reuellendum vena brachij eiuſdem lateris aperienda eſt,tandem propter deriuationē vena iſchias dicta in pede ſecetur, quoniam iuxta *Riolanum lib.*5.*anthrogr.c.*48. cum parte affecta coxendice maiorem communionem habet:porro vtilis eſt hæmorrhoïdum apertio : Chymici purgationes mercuriales & antimoniales in robuſtis corporibus feliciter vſurpant, inde mercurium dulcem cū diagrydio concedunt, *e.g. pro viro* 40. *annorum:* ℞.*Conſeru.roſar:*℈*i.mercur.dulc.gr.xxv. diagrid.gr. viii.ſacchar.q.ſ. F.bolus purgans mane cum regimine diæta ſumendus*:vomitoria rectè commendantur,quia per locum à parte affecta remotiorem humores vitioſos educunt,duas conuenientes formulas *in exercit.noſtr.de paralyſ.* §.4. propoſuimus:poſt ſufficientes vſurpatas purgationes ad topica veniendum eſt, mitiora reſoluentia conueniunt:℞.*Radic.bryon.*℥*iii. ebuli* ℥*i.*ß.*herb.chamæp.chamædr. betonic.ſalu. roriſmar.meliſſa,menth.*ā. *Mii.flor.chamam. melil.* ā.*Pij. baccar.iuniper.*℥*ii.inciſa coq.in aq fōt.& vin.alb. pro vſu ſemicupij*:ex dimidia parte earundem ſpecierum parantur duo ſacculi in aq.& vino coq. ac parti affectæ alternatim applicandi : inunctiones conueniunt, quæ partes exteriores relaxando motum humo

humorum ad illas concilient, vt ſic internæ minus afficiantur: *℞. Ol. chamæm. aneth. lil. alb. ã ℥ii. vng. reſumpt. q. ſ. F. linimentum, vel ℞. Ol. Scorpion. Matthiol. irin. nardin rutac. ã ℥ii. vnguent. alth. q. ſ. F. linimentũ:* in progreſſu morbi, ſi dolor à contumaci humorum pituitoſorum influxu non ceſſet, nos ſeqq. remedia præſcribimus: *℞. Aq. vitæ cũ caſtor. & maſtich. in exercit. de appopl.* §. 11. *propoſ. ã. ℥i. ß. aq. ſalu. ℥iii. ſpir. iuniper. ℥ij: meliſſ ℥i. ol. ſtillat. roriſmar. ℈ii. miſce, quo remedio pars affecta calidè fricetur: ℞. Ol. lumbr. terreſtr. ℥ß. terebinth. vulpin. ã. ℥ii. caſtor euphorb. ã ℥i. cera q. ſ. F. linimentũ: vel ℞. Vng. martiat. ℥i. ß. alth. F ℥vi. ol. de later. ℥i. cheirin. q. ſ. F. linimentũ: vel ℞. Empl. diachyl. gummoſ. & melil. ã. ℥i. miſce pro emplaſtro parti affectæ applicando:* ſi ex vſu iſtorũ remediorũ dolor non cedat, veſicatoriũ ex pulu. canthar. cũ fermento & ſpiritu vini paratum applicetur, ac noctu doſis *laudani opiati noſtri* cõcedatur: in diuturno affectu fonticulus in tibia lateris dolentis excitetur, qui humores ſuperfluos deriuat & nõnunquam morbũ tollit: paſſio iſchiadica interdum à bile & humoribus calidis generatur, quæ dignoſcitur, cum dolor acutiſſimus vrget, exacerbationes alternis diebus ſæuiores fiunt, habitus eſt gracilis, tẽperamentumilioſum, ætas iuuenilis, regio & tẽpeſtas calida, dolor à calefacientibus intenditur, morbi bilioſi & victus alimentorum calidorum præceſſerunt, tunc enim ad bilem & calidam intemperiem remedia dirigenda ſunt: ante omnia ſeq purgatio ordinetur & aliquoties reiteretur, *e. g. pro viro 30. annorum: ℞. Syr. roſ. compoſ. ex. S. R. A. in exercitat. de apoplex.* §. 11. *deſcript. i℥. ß. elect. de ſucc. roſac. ℥ii. aq. cichor.*

*cichor.℥i.betonic.℥ß.F.potio manè cū regimine diætæ ſumenda:*dein venæſectiones prædictæ inſtituantur: porrò ſeqq. clyſter aliquoties iniiciatur : ℞. *Radic. alth.℥i herb.5.emoll.ā. Mi.ſem.lini ℥ß.coq.in col.℥x: ſol.mell.violac.℥iii. elect. diacatholic.℥j. ß.F.clyſter:* topica ſint mitiora : ℞. *Ol. violar. amygd.dulc chamam.lil.alb.ā.ʒii.vng.reſumpt.q.ſ.F.linimentum:*dolore ferociente veſicatorium prædictum admoueatur,& doſis *laudani noſtri opiati* exhibeatur.

CAPVT III.

De Rheumatiſmo.

POſt arthriticos affectus propriè dictos de rheumatiſmo *Autor noſter* agere inſtituit propter magnam analogiam ; quæ hiſce affectibus intercedit, ita vt vulgus rheumatiſmi naturam ignorans eum arthritidem vniuerſalem nominare ſoleat, in vtroque enim affectu dolor articulorum reperitur , ſed in hoc differunt, quod in arthritide ſoli articuli doleant , in rheumatiſmo autem etiam media inter articulos ſpacia muſculi nempè & eorum membranæ ac præſertim perioſtia totuſque corporis habitus, imo interdum partes internæ vt ventriculus, inteſtina , vterus & pulmo afficiantur. Cauſa proxima huius affectus eſt humor ſeroſus,qui ob tenuitatem partes in tumorem non eleuat , & propter ſubſtantiam minimè ſuppurationi idoneam nullum abſceſſum producit,ſed tantùm diſpoſitionem quandam inflammatoriam generat.

Origo primaria huius affectus hepati adſcribenda eſt,

da eſt, quod feruida intemperie affectum atque debilius redditum nutritioni alimentum non ſatis conueniens ſuppeditat, totumque corpus pari imbecillitate afficit, vt ita ſuperfluitatum receptioni maximè idoneum reddatur: ex eadem hepatis intemperie ac imbecillitate multus fit prauorum humorum prouentus, qui in venis & arteriis diutius retenti corrumpuntur, ibique colliquati in ſerum acre conuertuntur, & tanquam onus graue ad partes ignobiliores à natura expelluntur, quæ ſatis non robuſta hocce ſerum inutile extra corpus eliminare nequit: iſti autem humores ſeroſi ſummâ acrimoniâ præditi partes, ad quas deducuntur, lancinant & pungunt, vnde dolores ac cruciatus oriũtur: humorem ſeroſum eſſe cauſam horum dolorum multiplici ratione conuincitur: primò quod hic affectus nullam inſignem coloris mutationem aut tumorem inducat: ſecundò quod dolores iſti admodum mobiles ſint, nunc hanc nunc illam partem inuadant, & ab vno loco in alium ſubitò mutentur, quæ commotiones repentinæ ab humoribus ſumma tenuitate præditis fiunt: tertiò quod morbus iſte ſudoribus ſæpè terminetur: quartò quòd indicia pleonexiæ ſeroſæ videlicet vrinæ tenues ac copioſæ, & magna ſeri copia in ſanguine detracto ſtagnans inueniatur.

Diagnoſis ex antedictis ſatis ſuperque colligitur: quod prognoſin attinet, rheumatiſmus rarò vitæ periculum minatur, aſt duratione ſua magnas moleſtias parit, nam ſæpius abſente febre ad duos vel tres menſes perſeuerat: ſi autem affectus cum febre oriatur, breuior eſſe ſolet, & acerbioribus crucia-

tibus

tibus ægrum exercet, & tunc intra *xx.vel xl.dies* ſoluitur,aut ſaltem magnam imminutionem patitur: ſudores copioſi & vrinæ craſſæ ac multæ in declinatione morbi ſolutionem afferunt.

In curatione huius affectus materia morbifica reuellenda,mitiganda,euacuanda, hepatis intemperies corrigenda, omniumque partiũ robur conſeruandũ eſt,clyſteres alternis aut tribus diebus elapſis iniiciãtur,qui ſummoperè conducunt, *e.g.pro viro 30. annorum: ℞.Radic.alth ℥i.herb.5.emoll.ã. Mi.ſem.aniſi ʒii.coq.in aq.font.q.ſ.in col.℥x.ſol.elect.bened.lax.℥i. terebinth. cum vitel. oui ſol.ʒii.F.clyſter.* vtiliſſimum remedium eſt venæſectio,quæ aliquoties in brachiis ſummo cum emolumento adminiſtratur: dein ſeq. iulepus ſæpè ordinetur: *℞. Aq. papau. rhead. ʒvi. ſyr.granat.& citri ã.℥i.ß. F.iulepus pro duabus doſibus*: pro potu ordinario ſeq. decoctum & tinctura roſarum pro ditioribus præſcribatur: *℞.Radic acetoſ. ℥ß.liquir.raſ.ʒii. C.C.vſti ℥ß.hord. elect.Pi.ſem. aniſi ʒi.coq.in aq.font. q.ſ.ad menſur.ij.*purgatio iuxta mentem *Autoris noſtri* in principio,augmento & ſtatu huius mali nullum auxilium præbet,imo noxã affert,dũ fluxiones irritat,& dolores intendit, ſed in declinatione blãdis medicamentis natura aliquoties ſollicitãda eſt,vt per epicraſin cacochymia in vniuerſo corpore ſtagnãs educatur,*e.g.pro viro eiuſdẽ ætatis:℞.Folior.ſenn.elect.ʒiii.rhabarb.opt ʒi.ſem. aniſi fœnic.ã ʒß.aq.cichor.℥vi.infund. per noct.manè bulliãt par.in col. ℥iii.ſol.ſyr.flor.perſic. ℥i.F. potio purgans manè cũ regimine diæta ſumenda:vel ℞.Radic. ialap.opt.ʒß.crem.tartar.℈ß.F.puluis eod.modo vſurpãdus*:ſi purgationes iſtæ mali radicem non tollant,

Autor

Autor noſter hunc affectum ſuſtulit, dum aliquoties ſeq bolum purgantem præſcripſit: *℞. obſeru.roſar. rubr* ℈ij.*merc.dulc.*℈j.*magiſt.rad.ialap.gr.vj.ſaccch. q.ſ.F. bolus purgans mane cum regimine diæta ſumendus*:dein in laconico ſudores cum ſpiritu vini accenſo per aliquot dies eliciantur: tandem euacuatâ excrementorum illuuie partes roborandæ ſunt, quod refrigerantibus perficiatur, quoniam feruida hepatis intemperies huic malo originem dedit:æger aliquoties côchlear ſyr. corallorum plenum ſumat & tincturam roſarum bibat:*℞. Conſeru.roſar.rubr.*℥ij.*flor.beton.rob.ribium ã.*℥. *ſpecier. piarrh. abbat.diatrionſ.ã* ℈ij.*ſyr.corall.q ſ. F. mixtura, de qua pro lubitu magnudo nuciſta ſumatur*: curato affectu prophylaxis inſtituenda eſt, ne æger noua accumulata materia recidiuam patiatur: alternis menſibus potio aut pulvis gurgans ordinetur: venæſectio vere & automno inſtituatur:tempore æſtiuo balneum aquæ tepidæ vſurpetur: æger ſæpè de ſeq. rotulis ſumat: *℞.Specier.diarh.abbat.*ʒj.*diatrionſant.*ʒß.*ſacch.opt. aq.roſar.ſol.*℥iij.*F.ſ.a.rotulæ*: optuma victus ratio in mediocri quantitate inſtituatur, vt cibi aſſumpti eo meliùs concoquantur, *in exercit.de apopl.*§.13. ptopoſuimus.

LIBER XVII.

De Febribus.

PRÆFATIO.

MAGNA de febrium cognitionibus & curationibus volumina conſcripta reperiuntur, in quibus controuerſiæ innumeræ & arduæ diſputationes in vtramque partem agitantur, quæ vt in pulueribus Academicis ſaliuam mouent, ſic plerifque Medicis extra Academias praxin exercentibus nauſeam pariunt; iſti enim breuem atque dilucidam morborum deſcriptionem expetunt, eorum eſſentiæ, cauſis, ſignis & curationi legitimæ ſatisfaciat: nos per totum hocce compendium cum *Autore noſtro* talium Medicorum votis reſpondere conantes, ferè omnes controuerſias ablegauimus, & tantùm earum, quæ ad praxin neceſſariæ viſæ ſunt, deciſionem breuiter propoſuimus, quod etiam in febrium explanatione obſeruauimus, & prætermiſſis omnibus controuerſiarum ambagibus ſolummodo ea, quæ ad praxim maximè faciunt, ad mentem *Autoris noſtri* exponemus: igitur hunc librum clarioris doctrinæ gratia in tres ſectiones diſtribuimus, generalem illam diuiſionem ſequentes, qua febres in ſimplices, putridas & peſtilen

ſtilentes diſtinguuntur,inde huius libri ſectio prima febrium ſimplicium, ſecunda putridarum,tertia peſtilentium dilucidationem continebit.

SECTIO PRIMA.

De Febribus ſimplicibus

PRÆFATIO.

Febris ſimplex in tres ſpecies ſubdiuiditur, quarum alia ephemera, alia ſynochus imputris, alia hectica dicitur: ideo huius ſectionis tria erunt capita: Primum febris ephemera, ſecundum ſynochi imputris, tertium hectica febris naturam & curationem explicabit.

CAPVT I.

De Febre Ephemera.

Febris ephemera eſt calor præter naturam à ſpirituum vitalium incendio dependens: vtplurimùm generatur à cauſis externis & corporis animique motibus vehementioribus, vt labore ninio, calefactione vehementi, ira, crapula, alimentis calidioribus, curis, vigiliis & occluſione ſpirituum, vnde ſpiritus inflammantur:hanc febrem ſignificant ex enumeratis cauſis aliqua prægreſſa, pulſus celer, frequens,magnus,abſentia ingentis frigoris, horro-

ris & rigoris, capitis dolor, laſſitudo ſpontanea, & cibi nauſeola: calor iuxta *Fernelium lib. 4. de febr. cap. 3.* tactu mitis, ſuauis atque halitu plenus, qui ferè eo ipſo die aut totus occultè expiratur, aut madore ſudoreve naturali eóque miti nec graueolento diſcutitur: vrina ſubſtantiâ, calore, ſedimento, aut nihil aut minimum à naturali diſtat: pro cauſarum varietate curatio varianda eſt: ſi febris ephemera à nimia excalefactione oriatur, ſeq. julepus præſcribatur: *℞. Aq. cich. acet. ſyr. citri ā. ℥ij. F. iulepus pro duabus doſibus:* ſi à frigore accidat, præſertim cū aliquis nimiùm excalefactus repente in aërem frigidiorem ſe contulerit, ſudor in acceſſionis fine prouocetur, *e. g. pro iuuene XXV. annor. ℞. Aq. acetoſ. ℥ij. mithrid. opt. ʒj. F. ſudoriferum mane in lecto ſumendum:* ſi à pororum occluſione eueniat, idem remedium conuenit, in vtraque hac febre diaria vinum album tenue concedi poteſt, quia meatus aperit & ſudoris prouocationem adiuuat: ſi à labore originem duxerit, quies imperanda & victus vberior ac concoctu facilis concedendus eſt: ſi à crapula producatur, ſeq. clyſter injiciatur, *e. g. pro iuuene eiuſdem ætatis: ℞. Radic. alth. ℥j. herb. 5. emoll. ā. Mj. ſem. lini ℥ß. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſol. mell. antboſ. ℥ij. el. lenitiu. ℥j. F. clyſter:* dein ſeq. purgatio ordinetur: *℞. Syr. roſ. compoſ. ex S. R. A. in exerc. de apopl. §. 11. deſcript. ℥j. elect. de ſucc. roſ. ʒij. aq. cichor. ℥j. F. potio purgans mane cum regimine diata ſumenda:* cæteris cauſis ſua remedia euidenter conſtant.

CAPVT

CAPVT II.

De Synocho ſimplici.

SYnochus ſimplex eſt febris à ſpirituum & ſanguinis tennioris efferueſcentia ortum trahens tres vel quatuor ſaltem dies perſeuerans: in hac febre cum etiam ſanguis inflammetur, ab ephemera diſtinguitur, à putridis autem diſcriminatur, quod in hac putredo nulla humorum appareat: iuxta *Fernelium d.l. cap.*4. ſynochus eaſdem atque diaria febris cauſas habet, quæ leuiores cum fuerint, diariam, quum vehementiores, ſynochum proferunt: in cauſarum cenſu admodum efficaces ſunt magna adſtrictio conſtipatiove cutis & ſanguinis redundantia, ſiue ex ſuppreſſa conſueta vacuatione hæmorrhoïdum, menſium aut narium, ſiue ex immoderato vſu ciborum euchymorum & calidorum ea ſuccreuerit: quamobrem huic ferè obnoxius eſt temperatus intemperanter viuens, qui quum benè habito ſit corpore, multo ſe tamen vino multaque carne implet, huic enim ſanguis multus atque calidus ineſt, qui non facilè corrumpatur: ab his igitur cauſis primùm inflammatur ſpiritus, ac tum ſanguis ſenſim incaleſcit, huius enim tenues acreſque vapores ac ipſum calorem præter naturam cutis denſitas aut adſtrictio cohibet neque prodire ſinit, qui geminatus ſanguinem inflammat, ſimplicémque ſynochum facit: huius notæ ſunt quæ & ephemeræ, verùm aliquantùm manifeſtiores: propriè tamen corpus omne maximéque facies inflammatione ruboréque ſuffunditur, diſtendens laſſitudo

artus omnes occupat, magna jactatio fatigat venæ copiâ diſtentæ multum turgent,tempora vehementer pulſant, caput dolet vel ingraueſcit, ſomnus ſæpè profundus premit, reſpiratio difficilis, pulſus magnus,plenus,frequens,ac velox,cutis non ſqualida, ſed mollis non acri, ſed blando caloré madoréque perfuſa.

Curatio ſeqq.conſiſtit: venæſectio perquam neceſſaria eſt, cum hoc malum à ſanguinis feruore generetur: ante venæſectionem ſi alvus non ſit libera aut inteſtina cruditatibus ſcateant, clyſter in præced. *cap.* notatus præſcribatur, dein ſeq. julepus ordinetur: *℞. Aq.cich.acet.ſyr.berber.ā.℥ij.ſpir vitr. rectiſ.gt.vj.F.iulep. pro duabus doſib.vel ℞. Amygdal.dulc.rec.exc.℥j.ß. ſem.cucum.melon.ā.℥ß.aq.cichor.acetoſ.ā.℥vj.ſacch.roſ.tab.℥j.F.emulſio pro quatuor doſibus*: ſi purgatione opus ſit,illa conuenit, quam in præc.*cap.*annotauimus,potus ſit ſeq.decoctum: *℞: Rad.acet.fragar.C.C.vſti ā ℥iij.inciſa coq. in aq.font.q.ſ.ad menſur.ij.* victus tenuis,refrigerans & humectans inſtituatur.

CAPVT III.

De Febre hectica.

IVxta *Fernelium* febris hectica eſt calor præter naturam in cordis ſubſtantiam primùm ac per ſe inhærens & infixus,hic autem cordis vitaliſq; principij mox etiam reliquarum partium ſimilarium ſubſtantiam obſidet, quod omnis cordis intemperies mox corpori reliquo facilè impertiatur, conſi-

ſtit in cordis partiſve ſimilaris ſubſtantia non quidem leniter vt ephemeræ aut putridæ febris calor, qui ex accenſo ſpiritu vel humore in partium ſimilarium ſubſtantiam quadantenus effunditur, ſed primùm ac per ſe in propriam partis ſubſtantiam infigitur: multiplices huius febris diuiſiones recenſentur: primò alia eſt hectica primaria, quæ à principio inuadit, alia ſecundaria, quæ aliis febribus ſuccedit: ſecundò febris hectica vel eſt ſimplex vel cum febre putrida complicatur: tertiò alia ab aliqua parte vt pulmone, hepate, liene, renibus, vtero aliiſque partibus inflammatis, exulceratis ac corruptis oritur, & licet hæc febris radicem ſuam in corde & toto corpore habeat, tamen propter primam originem ſymptomatica dicitur: tabem ex tumore pericardij vidit in ſua ſimia *Galenus*, idem in multis obſeruauit *Salius*, quod *Riolanus lib.3.antropog. cap.7.* ante *nonneminem* monuit. Febris hecticæ tres gradus conſtituuntur: primus eſt ipſum febris hecticæ initium, in quo vix corpus extenuatur, rorida tamen illius humiditas abſumitur: ſecundus complectitur augmentum, in quo eſt euidens corporis extenuatio & partium carnoſa adipoſáque ſubſtantia perit: tertius ſtatum morbi & poſtremum tempus occupat, tunc corpus ita extenuatur, vt facies *Hippocratica* adſit & æger vix oſſibus hæreat.

Cauſæ febris hecticæ in externas & internas diuiduntur, ad externas referuntur, quæcúnque reliquas febres etiam producunt, ſed oportet, vt iſtæ cauſæ vehementiſſimæ ſint: cauſæ internæ ſint febres lentæ diuturnæ, ardentes & peſtilentes, ad

quas etiam affectus peculiares aliarum partium, vt ſcirrhus hepatis, phthiſis pulmonum & ſimiles referuntur: febris hectica ſimplex continua eſt ſine vlla acceſſione, ſemper ſibi ſimilis, non creſcit, nec decreſcit, pulſus parvus, frequens, celer eſt, corpus vniuerſum ſenſim conſumitur, in principio morbi vrina colore ac ſedimento naturalem æmulatur, in progreſſu oleoſa ſupernatant, & ſedimenta farinacea adſunt, quæ colliquationem denotant: *Bauhinus lib.*11.*theatr.anatom.cap.*18. refert, quod in hecticorum cadaueribus humor contentus in pericardio exiguus reperiatur: ſed celeberrimus *Schneiderus lib.*2 *de catarrh.cap.*9 ſemper contrarium offendit, quod ante quindecim annos literis tradidit, pluribúſque experimentis verum hucúſque cognouit, & cum illo Excellentiſſimus Vir *Chriſtophorus maius Sereniſſ. Electoris Brandenb.* Archiater, atque cum eodem honore nominandus *Ioannes Daniel Horſtius*, ille quidem literis ad ipſum datis, his ſua ſeptima obſeruatione anatomica hoc idem confirmarunt: primus febris hecticæ gradus curationem admittit, ſecundus periculum minatur, tertius immedicabilis eſt.

In curatione huius febris primò aduertendum eſt, num hectica pendeat à partis alicuius morbo, tunc etiam curatio ad illum dirigitur, quando febris putrida complicatur, de illius medela in ſeqq. *cap.* dicetur, ſi febris hectica ſimplex & ſolitaria fuerit, ſolis refrigerantibus, humectantibus & analepticis curatio abſoluitur, quæ ex fonte diætetico & pharmaceutico deſumuntur: diæta exactiſſima inſtituatur, quæ ad totius corporis refrigerationem & hume

humectationem dirigatur, aër ſit temperatus: cibi vſurpentur refrigerantes, humectantes, & citò nutrientes, vt iuſcula pulli, gallinæ, capi, vituli, veruecis, vitelli ouorum, hordeum & oryza mundata, lactuca, portulaca, endiuia, acetoſa, borrago cocta, carnes elixæ aſſis præferuntur, quoniam elixa magis humectant, ſi tamen aſſis æger delectetur, ea minus coquenda & ſucco limonum, temperanda ſunt: piſces ſaxatiles eligantur, de quibus vide *exercitat. de apoplex.* §. 13. potus ſit decoctum hordei, cui ſyrupus citri aut granatorum admiſceri poteſt: ſi ventriculus admodum imbecillis fuerit, vinum lymphatum concedatur, quod concoctionem & diſtributionem alimentorum iuuat: leuis deambulatio ante menſam inſtituatur: ſomnus ſit moderatus: aluus ſi conſtipetur, ægro pruna laxantia aut extractum *Conuentibus Benedictinis* familiare ordinetur, quorum formula *ibidẽ* propoſuimus, aut ſeq. clyſter iniiciatur, *e.g. pro viro L. annorum*: ℞. *Radic. alth* ℥i. *herb.* 5. *emoll* ā *Mi. ſem. aniſi* ℥ii. *coq. in aq. fōt. q. ſ. in col.* ℥x. *ſol. mell. violar.* ℥ii. *elect. diacathol.* ℥i. *vitell. ouor. n.* 2. *F. clyſter*: affectuũ animi maxima ratio habeatur, ira & triſtitia vehemens fugiatur, ex fonte pharmaceutico remedia ſeqq. deſumuntur: ſi febri hecticæ putrida coniugatur, aut prima regio excrementis referta fuerit, tutò blandæ purgationes ordinantur, *e.g. pro viro eiuſdẽ ætatis*: ℞. *Rhabarb. opt.* ʒii. *ſem. aniſi* ʒi. *aq. cichor. acetoſ. borrag* ā. ℥ii. *infund. per noct. manè bull. par. in col.* ℥iii. *ſol. mann. elect. col. ſyr. roſ. ſimpl.* ā ℥ß. *F. potio purgãs manè cũ regimine diæta ſumenda*: alterantia in formam iuleporum aut emulſionum reiterandorum præcribantur: ℞. *Aq.*

cichor.

*cich.acet. ſyr.viol.purpur.ã.℥ij. F.iulepus pro duabus doſib vel ℞. Aq.viol.endiu.cich.ã.℥ij ſyr.citri ℥iij. F. iulepus pro tribus doſ.vel ℞. Amygd.dulc.rec.exc.℥j. ß.ſem.cucum.melon ã.℥ß. aq.acet.viol. borrag.ã.℥iij. ſacch.roſ tab.℥j. F.emulſio pro quatuor doſib.*refrigerãntiũ vſu hoc obſeruandũ eſt, ne potentiora vſurpentur,calorẽ enim debilẽ extinguere poſſunt,hinc vtilius eſt ſenſim quã ſubitò refrigerare:porro viſcerum robori diligenter incũbendum eſt:℞. *Conſeru. roſ.rubr.℥j.ß.borrag.beton.ã.℥ß.roob.ribium ℥j.ſpec. diarrh.abb.diamarg.frig.ã.℈j.ſyr.berb.q.ſ.F.mixtura: ℞.Confect.hyacinth.ʒj.ſpec.diarrh.abb.ʒij.ſacch.opt. ab.roſ.ſol.℥iij. F.ſ.a.rotulæ:℞.Spec.darrh.abb.ʒj.diarionſ.ʒß. ſacch.roſ.tab.℥ij.F.ſ.a.trugea: ℞. Amygd. dulc.rec.excort.℥ß.citr. cond.ʒiij. fruct. dactylor.rec. cõſeru.roſ.rubr.ã.ʒij.confect alker.ʒj.ambr.griſ gr.ij. moſchi gr j.ſacc.aq.viol.ſol.℥iv. F.ſ.a.moſelli*: omnia iſta remedia pro lubitu vſurpari poſſunt: è quorum & nonnullorum aliorum vſu frequente, vti plenius in *cent.prima obſeruationũ noſtrarum* referemus, fauente Numine proſperam valetudinem rurſum adeptus eſt INCLYTVS HEROS ORBIS CHRISTIANI VINDEX ET TVRCICI TERROR, DN. FRANCISCVS DE SONNEBERG, SACRAE IMPERATORIAE MAIESTATIS CONSILIARIVS BELLICVS, ORDINIS S. IOANNIS HIEROS. PRIOR VNGARICVS, AC COMMEND. IN VILLIGEN, LEVGGEREN, HOCHENREIN ET REIDEN, DOMINVS MEVS GRATIOSVS. Inter cætera remedia hecticis idonea lac principem locum obtinet, cum omnibus dotibus prȩditum ſit,quæ in hoc morbo deſiderantur,quippe refrigerat, humectat & nutrit, vide ſupra *lib.7. cap.7.*

*c.*7. periculoſum ſymptomata eſt alvi fluxus, nam hecticis lethum minatur, iiſdem remediis præcaue-tur, quæ ſupra *lib.*10.*c.*5. propoſuimus.

SECTIO II.

De Febribus Putridis.

PRÆFATIO.

Febres putridæ in continuas & intermittentes diuiduntur: continuæ generantur, quando febrilis calor, qui à putreſcentibus humoribus oritur, continuò cor affligit, & in vniuerſum corpus diffunditur: intermittentes fiunt, quando febrilis calor per interualla ad cor defertur: continuæ rurſum in primarias & ſymptomaticas diſtinguuntur: primariæ dicuntur, quando putredo in vaſis communibus & extra partes priuatas accenditur: ſymptomaticæ nominantur, quando in parte peculiari putredo aut ſuppuratio fit, vnde propter vaſorum communionem calor febrilis cordi communicatur, tales in pleuritide, peripneumonia, hepatitide aliarumque partium inflammationibus apparent: continuæ primariæ duplices ſunt: aliæ ſine vlla exacerbatione aut remiſſione à principio ad finem durant, & συνοχοὶ ſiue continentes vocantur, aliæ manifeſtas exacerbationes ac remiſſiones habent, & συνεχεῖς ſeu continuæ generis nomine appellantur: iſtæ rurſus ab exacerbationum & remiſſionum di-

uerſi

verſitate in tres ſpecies diuiduntur, aliæ continuæ quotidianæ edicuntur, quæ ſingulis diebus, aliæ tertianæ, quæ tertio die, aliæ quartanæ, quæ quarto die exacerbantur: febres intermittentes etiam in quotidianas, tertianas & quartanas diſtinguuntur, prout earum paroxyſmi ſingulis diebus, tertio vel quarto die regredi conſueuerunt : quas omnes cum Autor. noſtr. *ſigillatim & breuiter explicabimus.*

CAPVT I.

De Febribus putridis, continuis.

Licet variæ ſint ſpecies febris putridæ continuæ, earum tamen omnium curationem ſimul proponere *Autor noſter* inſtituit, quoniam ferè eadem remedia ſingulis conueniunt, quippe nonnulla tantùm iuxta magis & minùs varianda ſunt, quod ex Medici prudentis iudicio pluſquam à præceptis dependet, nos tamen in quo vnaquæque differat, ſuis locis, quantum fieri poterit, cum *Autore noſtro* annotabimus : febres continuæ primariæ ex putredine humorum generantur, qui in venis & arteriis maioribus continentur, hinc pro varia humorum putreſcentium natura variæ ſpecies emergunt : ſynochus putrida nullis paroxyſmis aut exacerbationibus diſtinguitur, ſed illius vniuerſum tempus vna velut acceſſione abſoluitur, quæ à principio ad finem pertingit : ſynochus ſeu continens febris eſt vel ſanguinea vel linguinea vel linguinea vel bilioſa, illa ex ſanguinis putredine, hæc ex bile putreſcente in vaſis maioribus

bus oritur. Tertiana continua, quæ tertio die magis affligit,à ſanguine bilioſo putreſcente originem trahit. Quotidiana continua à pituitoſo ſanguine putreſcente generatur & infrequens eſſe ſolet,quoniam pituita difficulter putreſcit. Quartana continua ſanguinis melancholici putredine oritur, ac rariſſimè contingit: differentiæ febrium accidentales à prauis ſymptomatibus deſumuntur, quæ cum febribus primariis complicentur, huc febris ardens, colliquans,horrifica, aſſodes, elodes, ſyncopalis, epiala refertur: febris ardens dicitur, quam ſitis inextinguibilis & calor vrens comitatur? hæc à ſynocho bilioſa & tertiana continua non multum differt: vide *Sennertum lib.2. de febr. c.11. 12. 13. 14. & 15.* Febris colliquans eſt, quæ propter calorem ingentem confeſtim pinguedinem, carnem, partium ſolidarum ſubſtantiam vel aliquando humores in vaſis contentos colliquat, atque per ſudores, veſicam, aluum repellit, hinc ſæpè qualitas maligna & peſtilens coniungitur: horrifica febris dicitur, in qua horrores frequentes accidere ſolent. Aſſodes febris vocatur, in qua ægris continuis inquietudinibus iactantur: elodes febris nominatur, in qua ſudores propter ingentem humorum putredinem aut malignitatem continuò funduntur: ſyncopalis febris dicitur, in qua ſyncope aut animi deliquia frequenter ægrum corripiunt: epiala febris appellatur, quando eodem tempore per vniuerſi corporis partes calor & frigus ſentitur: quamuis ſymptomaticarum febrium curatio à morborum particularium, ex quibus oriuntur, curatione dependeat, illarum tamen deſcriptio proponenda

nenda eſt, ne cum febribus primariis confundantur febres ſymptomaticæ nominantur, quæ ab humorum putredine in aliquo viſcere aut membro contenta oriuntur, tales phrenitidem, anginam pleuritidem, perineupmoniam,hepatitidem &c. ſequuntur: aduertendum autem eſt diligenter, non omnes febres, quæ cum partium inflammationibus coniunguntur, ſymptomaticas eſſe, ſæpius enim contingit, vt ſanguis corruptus, poſteaquam febrem ſuſcitauit, à natura exagitetur, & tanquam noxius ad partes debiliores propellatur, vnde in iis inflammatio gignitur, quæ febri ſuccedanea eſt: ſic nos cum *Autore noſtro* frequenter obſeruauimus, quod ægri per aliquot dies febre continua affligantur,antequam phrenitidis aut pleuritidis ſigna appareant: ad ſymptomaticas etiam referri ſolet lenta febris, quæ orititur ex latente obſtructione aut putredine viſceribus adeo contumaciter impacta,vt illorum ſubſtantia plerumque labefactetur: hæc febris phthiſin pulmonis, ſcyrrhum, hepatis, lienis, meſenterij contumaces obſtructiones, cachexiam chloroſin &c. comitatur.

Varia ſymptomata febres putridas conſequuntur vt nauſea, vomitus, grauitas corporis, dolor capitis, delirium, vertigo, ſitis, aſperitas & nigrities linguæ, tenſio hypochondriorum: tertianam febrem continuam indicant calor deurens, pulſus frequens, vomitus bilioſus, ſitis ingens,oris amaritudo, linguæ ariditas & nigrities, vigiliæ delirium, ætas iuuenilis & virilis, temperamentum calidum &c. reliquarum febrium ſigna ex antedictis facilè colligi poſſunt: febres continuæ magis vel minus

minus periculoſæ ſunt pro maiori vel minori intemperie, ſymptomatum vehementia & virium robore: intemperies æſtimatur non ſolùm abſolutè, ſed etiam comparatè ad ſtatum ægrotantis naturalem, ſic febris ardens in ſenibus lethum portendit ſymptomatum vehementia conſidetur in actionibus animalibus, vitalibus, naturalibus, in excrementis, qualitatibus mutatis & propriis accidentibus, quorum omnium elegantem enarrationem *Autor noſter lib.3.Inſtitut.ſect.3.* propoſuit: denique ſi vires robuſtæ fuerint, benè ſperandum, ſin autem collabantur, meritò metuendum: febris colliquans horrifica, aſſodes, elodes, & ſyncopalis, cum nomina ſua à pravis comitantibus ſymptomatis mutuentur, periculoſiſſimæ ſunt: febrium ſymptomaticarum prognoſis ex partium affectarum præſtantia, ſymptomatum vigore & virium robore deſumitur.

In omnium febrium continuarum & acutarum curatione indicationes petuntur à febre, cauſa & viribus: priora ſui ablationem tertium ſui cuſtodiam indicat, hæc communi inſtrumentorum therapeuticorum miniſterio, diæta, chirurgia & pharmacia abſoluuntur: diæta in omnibus bilioſis febribus debet eſſe refrigerans & humectans: aër frigidus & humidus ſit, qui inſpiratione attractus febrile incendium contemperat, attamen ad illius occurſum corpus denudare nefas eſt, cum ita fuligines ac ſudores intro repellantur: multis integumentis ægris non operiantur & laneis lectis vtantur: induſià ſi ſudoribus madeant, mutanda ſunt: in acutis febribus tenuis victus obſeruetur: iuſcula

ex

ex decocto gallinæ aut veruecis parata exhibeãtur, aut pullorum gallinaceorum cum herbis refrigerantibus lactuca, endiuia, acetoſa, portulaca, factorum concedatur : itile etiam eſt hordeum mundatum cum carnibus coquere : in omnibus febribus continuis ptiſana pro potu ordinario communiter vſurpetur, nos ſeq. ordinamus: *♃. Rad. acet. frag ã. ℥iij. C. C. vſti ℥j. coq. in aq. font. q. ſ. in col. menſ ij. ſolu. ſacch. roſ. tab. ℥j. ß. nitr. prap ʒij. F. potus ordinarius: vel ♃. C. C. vſti ℥ß. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℔ij. ſol. ſyr. berber. citri ã. ℥iq. ſpir. vitr. rect. gt. xv. F. potus ordinarius:* pro ditioribus etiam tincturam roſarum præſcribimus: inter chirurgica prçſidia venæſectio principem locum obtinet, ſtatim igitur ab initio febris cõtinuæ ſanguis è brachio detrahendus eſt, niſi virium lapſus impediat, vt in febre ſyncopali aliiſque contingit: quantitatẽ ſanguinis educendi phlethora, vires, ætas, anni tempus, & aliæ circumſtantiæ demonſtrant: tutius eſt partitis vicibus ſanguinem educere, quàm ex larga venæſectione ægro vitæ periculum accerſere: phlebotomiæ ſeq. clyſter præmittatur, *e. g. pro viro XXX. annor. ♃. Rad. acet. ℥j. herb. viol. lact. portulac. endiu. ã. Mj. flor. famb. ſem. aniſi ʒij. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſol. mell. viol. ℥iij. elect. diacathol. ã ℥j ß. F. clyſter ſapius pro neceſſitate ter totum morbi decurſum reiterandus:* leuiora purgantia conuẽiunt, quæ in accenſis humoribus nullas turbas excitant : *♃. Syrup. flor perſitor. ℥ij. ß. aq. cich. ʒx. F. potio: vel ♃. Syr roſ. ſol. ſimpl. ℥iij. aq. acet. ℥j. ß. F. potio: vel ♃. Tamar. ℥j. aq. font. ℥6iij. coq. vt reman. ℥iij. in col. ſol. ſyr, cich. cũ rhabarb. ʒij. flor. perſic. ℥j. F. potio :* porro in febribus continuis ſeq. julepus conducit : *♃. Aq. cichor. acet.*

endiu.

endiu. ā. ℥iij. ſyr. berb. granat. citri ā. ℥j. F. iulepus pro tribus doſib. ſi bilis valde acris in febribus continuis fluxũ alvi periculoſũ excitet, ea remedia cõueniunt, quæ ſupra *lib.* 10. *c.* 5. annotauimus: ad viriũ refectionem, quæ in omni febre continua vehementer ſæpe dejiciuntur, ſeqq. cõueniunt: *℞. Conſ. roſ. rubr. borrag. acet. citr. ā. ℥j. rad. cich. cond. ℥ß. confect. hyacinth. ʒj. ſyr. cort. citr. q. ſ. F. mixtura, de qua æger pro lubitu magnitudinẽ nuciſtæ ſumat: ℞. Aq. cardiac. offic. acet. viol. ā ℥j. iul. roſ. ℥j. ß. confect. alker. ʒj. F. cardiacũ: vel ℞. Aq. cardiac. offic. roſ. borrag. ā. ℥j. ſacch. roſ. tab. ℥ß. marger. prap. ℈j F. cardiac. de quo pro beneplacito cochlear. plenum vſurpetur:* deſcriptionem *aq. cardiac. offic. in exercit. noſtr. de apopl.* §. 11. propoſuimus: in febris declinatione ſeq. potio purgãs aliquoties pro neceſſitate præſcribatur, *e. g pro viro XXX. annor. ℞. Fol. ſenn. elect. ʒij. rhabar. opt. ʒj. ſem. aniſi ℈ij. aq. cich. ℥vj. infund. per noct. mane bulliant par. in col. ℥ij ſolu. ſyr. flor. perſicor. ℥j. potio purgans mane cum regimine diata vſurpanda:* in febribus continuis medicamenta diagrydiata *Autor noſter* non præſcribit, quoniã illa inflammationem humorum promouere poſſunt: quando febris lenta ab obſtructionibus oritur, quod pueris frequenter contingit, lenis purgatio humores per epicraſin educens malum auferre ſolet, præſertim ſi illa ex *rhabarbaro* componatur, quoniam hoc vias obſtructas reſerat & viſcera corroborat, *e. g pro puero 6. annor. ℞. Rhabarb. opt. ʒj. aq. acet. agrimon. ā. ℥j ß. infund. per noct. mane fact. ebullit. leu. in col. ℥j. ſol. ſyrup. flor. perſicor. ℥ß. F. potio mane cum regimine diata ſumenda* vide *Montani conſil. X. de febribus.* Si natura calorem febrilem à centro ad circumfe-

 rentiam

rentiam propellat, ſudorifera temperata conueniunt, *e.g. pro viro XL. annor.* ℞. *Aq carduib. acet ſcabioſ. ā. ℥j. C.C. philoſ. præp. ℈ij. mithr. opt.* ℈j. *F. ſudoriferū pro neceſſitate reiterandum*: præter interna remedia extrinſecus etiam varia adhibentur, ad calorem febrilem contemperandum foráſque extrahendum & partium principum robur confirmandum: ℞. *Aq. roſ. borrag. acet. ā. ℥ij. acet. rutac. ℥j. ſpec. cordial. tēper.* ℈j.. *F. epithema ad carpos: vel* ℞. *Aq. nymph. viol bugloſſ. ā. ℥ij. acet. roſ. ℥j. confect. alkerm.* ʒj. *F. epithema ad carpos tepidè admouēdum*: regio hepatis & renum ſeq. linimento tepidè inungatur: ℞. *Vng. roſ. ſantal. refrig. Gal. ā.* ʒiij *ol. viol. q. ſ. F. linimentum*: etiam teſtibus epithemata vtiliter adhibentur propter maximum conſenſum, quem cum partibus principibus habent, ideo illis refrigeratis incendium totius corporis magna ex parte reſtinguitur: ℞. *Aq. plantag. nymph. cich. ā. ℥ij. acet. ſambuc. roſ. ā. ℥j. ſpec. cordial. temper.* ℈j. *F. epithma tepidè applicandum*: paroxyſmis febrilibus omninò ceſſantibus corpus aliquoties ad præuaricandam recidiuam *prædicto infuſo* expurgari debet.

CAPVT II.

De Symptomatibus febres malignas comitantibus.

MVlti ſcriptores Practici ſymptomata febres concomitantia vel illis ſuperuenientia eorúmque curationes in fine operum deſcripſerunt, vt omnibus febrium generibus accommodari poſſint, quod

quòd conſilium *Autor noſter* nequaquam improbat, ſed ad commodiorem praxeos vſum facere cenſet, ſi illa febribus putridis continuis immediatè ſubnectantur, cum in illis potiſſimùm vehementer vrgeât & peculiares medelas expoſtulent: quamvis plurima ſymptomata à remediis in præc. *cap*. deſcriptis emẽdari poſſint, non pauca tamen ipſo morbo moleſtiora peculiarem curam requirunt, quam hîc ſummatim cum *Autore noſtro* proponemus: ſi dolor vigiliæ & delirium ex vſu prædictorum remediorum non ceſſet, ſeq. emulſio præſcribatur, *e. g. pro viro XXX. annor. ℞. Amygd. dulc. rec. exc ℨij. ſem. papau. alb ℨj. aq. lact. nymph. ã. ℥j. ſacch. roſ. tab. ℨij. F. emulſio ad horam nonam veſpertinam ſumenda: aut ℞. Syr. papau ſimpl ℨvj. aq. lact. ℨij. F. potiuncula eodem tempore vſurpanda, vel doſis laudani opiati noſtri cõcedatur*: convulſiones in febribus ſæpe accidunt, quæ à malignis vaporibus cerebri meninges vellicantibus oriuntur, tunc nos ſeqq. ordinamus: *℞. Aq. antiapopl noſtr. ℥iij. iul. roſ. ℥j. ſyr. citr. ℥ß. miſce de quo ſæpe cochlear plenum ſumatur*: balſamo nares illinãtur: *℞. Balſ. apoplectici noſtr. ℈j. rut. ſuccin ã. ℈ß. miſce diligenter*: formulas aquæ antiapoplecticæ & balſami *in exerc de apopl. § 12.* propoſuimus: ſi lethargus febri ſuperueniat, eadem præcedentia remedia conducunt, porro veſicatorium ceruici applicetur & ſeq. iulepus præſcribatur: *℞. Aq. flor. til. cichor. ſyr. poeon. ã ℥iij. F. iulepus pro duabus doſibus*: quando ſitis intenſior eſt, vt potus moderatus ei non ſufficiat (immoderatus enim plurima incommoda affert, & ægrum ſæpius in vitæ diſcrimen præcipitat) ſequentibus remediis demulcetur: æger *lamellam citri*

cum aq.roſ.tinctam,ceraſa,ribes,berb.condit.aut illorũ roob. in ore teneat & deglutiat: linguæ & faucium ardor, ſiccitas ſcabrities tum iiſdem remediis tum ſeq.gargariſmate tollitur: *℞. Aq. fl.liguſtr. brunell.ã. ℥iij.diamor.ſimpl.℥j.acet. roſ.ʒij.nitr.prap.℈j. F.gargariſma tepidè vſurpandũ, poſt cuius vſum de ſyrup. granat.cochlear.plenum lingatur*: ſi enormis ſingultus & vomitus valde vrgeat, vide ſuprà *l.9.c.6.& 7.* fluxus criticus alui febribus malignis ſuperueniens cohibendus non eſt, nec ſymptomaticus inhibẽdus, niſi vires dejiciat, ne humor vitioſus ad partes principes recurrat, vide ſupra *lib.10.c.5.* Cum præterito vere *Magnificus & ampliſſimus Vir, Dn. Arnoldus de Lohn, Eminentiſſ. Cardinalis* FRIDERICI *Sereniſſimi Principis Haſſiæ*, &c.&c. *nec nõ Ordinis* S.IOANNIS *Hieroſolymitani per Germaniam Cancellarius & Conſiliarius glorioſâ excellentium meritorum famâ ſpectatiſſimus ac Iure-conſultus Celeberrimus* nos ad lectiſſimam Vxorem ſuam vocaſſet, illam febris maligna cum ſymptomatico alui fluxu, animi deliquiis, ſingultu & vomitu enormi ac catarrho ferino per decem dies in ſummo vitæ periculo decumbentem miſerrimè affligebat: nos Matronã hanc Integerrimam auxiliante diuino Numine cum ſeqq.remediis proſperæ ſanitati reſtituimus: contra alui fluxum, ſingultum & vomitum totus venter inferior indies bis ſeq. linimento inunctus fuit: *℞. Ol.maſtic. cydonior.ã.℥j.nuciſtæ expreſſ.℥ß.ceræ q.ſ.F.linimentum:* alterna nocte doſin *laudani noſtri* accepit: pro potu ordinario *ſolam emulſionem amygdalinam* bibit, & cyatho pleno ſemper *C.C.philoſ.prapar.*℈j.admiſcuit: de ſeq. julepo ſingul. diebus doſin ſumpſit:

℞. Aq.

♃. Aq.acet. plantag.viol.ã.℥ij.ſyr.granat.cydonior. papau. errat.ã.℥j. F. iulepus pro duabus doſibus : ad promouendam catarrhi ferini anacartharſin ſeq. rotulas vſurpauit, quas multis laudibus exſtulit : *♃. Confect. alkerm. ſ.m.ʒij.* (ſuaueolentia enim vterus reſpuebat) *ſpec.diatrag.frig.ʒij.diarrh.abb.℈ij.ſacch. opt.aq.farfar.ſol.℥iv.F.ſ.a.rotula* : ad virium reſtaurationem ſæpè cochlear plenum de ſeq. cardiaco ſumpſit: *♃. Aq.viol.acet.borrag.ã ℥j.ſyr.corall.℥j.ß. confect.alkerm.ſ.m.ʒj.margar.præpar.℈ß.F.cardiacum* : vnde ex diligenti horum remediorum vſu conualuit.

CAPVT III.

De Febre tertiana intermittente.

FEbris tertiana fit à bilioſo humore excrementitio, qui in prima corporis regione continetur ac putreſcit : eſt vel legitima aut exquiſita vel illegitima aut notha: legitima horis duodecim terminatur & à bile naturali putreſcente producitur : notha longius durat, quod ſi viginti quatuos horas exceſſerit, *Autor noſter* tertianam exquiſitam vocat, oritur vel à bile præternaturali putreſcente vel à naturali, quæ alios humores præſertim pituitam admixtos habet : porro tertiana alia ſimplex eſt, alia duplex, alia triplex : ſimplex dicitur, cuius paroxyſmi tertio die hoc eſt alternis diebus recurrunt: duplex vocatur, quando paroxyſmus ſingulis diebus inuadit, & quamuis in hoc quotidiana non differat, vtroque tamen per ſigna propria bilem aut

pituitam redundantem indicantia diſtinguitur, quæ ſuis locis exponentur: triplex tertiana fit, quando in duorum dierum ſpatio tres paroxyſmi apparent, rariſſima eſt hæc febris, vnicum adoleſcentis exemplum *Galen.lib.2. de criſib c.9.* propoſuit, *Autor noſter* aliud *A.S. M.DC.XXXVII.* in *Viro nobili* obſeruauit, qui ſingulis *xvi. horis* paroxiſmum febris tertianæ patiebatur & ſinguli paroxiſmi intra *x.aut xij.horas* per ſudores indicabuntur: iuxta *Autorem noſtrum* hi paroxiſmi diuerſi à diuerſa materia in diuerſis locis putreſcente fiunt, itavt vnaquæque peculiarem fomitem obtineat. Harum febrium tertianarum cauſæ in regione prima videlicet hepate, cyſtide fellea, ventriculo, meſenterio & pancreate aut illarum partium vaſis accumulantur: quorum hepar calidiori intempere præditum eſt,& ex praua victus ratione multis crudelitatibus ſcatent propter bilis cum humoribus crudis permixtionem, tertianis nothis obnoxij ſunt.

Signa diagnoſtica tertianæ exquiſitæ ſunt: febris ſtatim cum inſigni rigore incipit, vnde à quotidiana diſtinguitur: in qua leuis horror ſentitur, dein rigorem calor intenſus,acer, mordax, ſitis intolerabilis, reſpiratio magna ac frequens, vigiliæ, capitis dolor & interdum deliria ſequuntur, interdum vomitus bilioſus aut alvi fluxus rigorem comitatur, vrina aliquando flaua eſt vel rubra, acceſſiones vltra *xxiv.horas* non extenduntur & ſudoribus finiuntur: inſuper cauſæ bilem generantes præceſſerunt: in tertiana notha ſemper prædicta ſigna ſunt remiſſiora, ſed intenſiora quàm in quotidiana febre colliguntur, & prout maior vel minor pituitæ copia

bili

bili admixta fuerit, paroxyſmi ad tertianam exquiſitam vel quotidianam propius accedunt:febris tertiana periculoſa non eſt,niſi periculoſa ſymptomata accedant: alvi fluxus febri tertianæ ſuperueniens bonus iudicatur, quoniam materia febrilis in prima regione continetur: breues & ſecuræ ſunt febres tertianæ intermittentes,ſi æger parcè viuat & viſcera grauiori affectu non laborent.

Victus ratio eadem competit,quæ in præced.*c.* 1. propoſuimus,niſi ſumma neceſſitas vrgeat.alimentũ in acceſſione exhibendũ nõ eſt:æger ante paroxyſmũ à cibo & potu abſtineat,nec ſommo indulgeat, tunc nos ſeq.clyſterẽ præſcribimus,*e.g.pro viro XL. annor.℞.Rad alth.℥j.herb. pariet.malu. cent.min.abſinth.ã.Mj. ſem.lini ℥ß.coq.in aq font.q.ſ.in col.℥x. ſol.mell.viol.℥ij.elect. bened. laxat.℥j.F. clyſter aliquoties reiterandus:*dein cum materia febrilis in prima regione hæreat,ſeqq potiones & pilulas purgãtes in diebus remiſſionis ſumẽdas & pro neceſſitate reiterãdas ordinamus,*e.g.pro viro eiuſdẽ ætatis*: *℞. Fol.ſenn.elect.ʒiij.rhabarb.opt.ʒj. ſem.aniſi ʒj.aq.cichor. plant.cent.min.ã.℥ij.infund. per noct.mane bull. par.in col ℥iij ſol.ſyr.flor.perſicor.℥ß.F.potio purgans mane cũ regimine diætæ ſumẽda:vel ℞.Syrup.roſ.cõpoſ.ex S.R.A.in exerc.de apopl* §.11.*deſcript.*℥j *elect. de ſucc.roſ.ʒiij.aq. cent.min.*℥j. *plantag* ℥ß. *F.potio purgans mane cum regimine diætæ ſumenda:℞ Gutt. gam.andr.gr.x ol.deſtill.abſinth.gt.*j.*F.pilul.vij.deaur. & ſum.mane cũ regimine diætæ*: ſi ex iſtorum remedio [illegible] vſu febris tertiana intermittens non profligetur,feliciter *crocum metallorum* præſcribimus,cuius formulam *in exercitat. de paral.* §.4. propoſuimus:

mus:ſi corpus vnico ſaltem medicamento expurgatum fuerit, die intermiſſionis vena aperienda eſt, imo juxta ***Autorem noſtrum***, ſi corpus phlethoricum ſit & vrinæ rubræ ac craſſæ appareant, curatio vtiliter à phlebotomia inchoatur; in frebre tertiana intermittente etiam ſeqq. remedia conueniunt: *℞. Aq. cich. plantag. cent. min. ā. ℥ij ſyr. berb. citri ā. ℥j ʒ. ſpir. vitr. rectif. gt. x. F. iulepus pro duabus doſ. vel ℞. Amygd. dulc. rec. excort. ʒij. ſem. cucum. melon. ā. ʒj. ß. aq. plantag. acet. ā. ℥iij. ſacch. roſ. tab. ℥ß. F. emulſio pro duabus doſ. vel ℞. Sal. carduiben. cent. min. abſint. ā. ℈j. F. pulu. pro tribus doſibus in iuſculo carneo ſumendus*: in ſummo febris vigore epithemata carpis applicentur, quæ in præced. *cap.* propoſuimus.

CAPVT IV.

De Febre quotidiana intermittente.

QVotidiana intermittens ita appellatur, quoniam illius paroxyſmi ſingulis diebus redeunt, in quo cum duplici tertiana & triplici quartana conuenit, ſed propriis ſignis ab iiſdem diſtinguitur: rariſſima eſt hæc febris, atque ex ſexcentis ægrotis, qui ſingulis diebus febriles acceſſiones patiuntur, vix vnus quotidiana intermittente laborat: hanc febrem producit pituita in prima corporis regione putreſcens, hinc omnia, quæ pituitam accumulant, huius febris cauſæ exiſtunt: vnde ſigna diagnoſtica ſunt, quæ pituitam in corpore redundantem ſignificant, febris hæc vtplurimum ſine rigore nocturnis horis inuadit, hinc cum leui horrore

rore & frigore calor ſenſim ad interiora reuocatur, tranſacto frigoris tempore calor ſegniter & inæqualiter accenditur, vt modò frigus modo calor mitis cum exigua ſiti percipiatur, pulſus paruus, rarus, tardus eſt: ob materiæ craſſitiem & contumaciam febris hæc perpetuò longa eſſe conſueuit & ad *xl. dies* interdum ad tres vel quatuor menſes extenditur, nec periculo vacat, quippe cachexiam hydropem, lethargum minatur: ſi hanc febrem Medicus offendat, nihil conducibilius quàm ſeqq. pilulis per aliquot vices corpus euacuare, *e.g. pro viro 30. annorum: ♃. Extract. pil. catholic. gr. xv. cochiar. gr. v. ol. ſtillat. abſint. gt. i. F. pilul. xi. deaur. ſumantur manè cum regimine diæta.*

CAPVT V.

De Febre quartana intermittente.

QVartana febris intermittens eſt, cuius paroxyſmi quarto die recurrrunt, & quos humor melancholicus in prima regione putreſcens producit: ſigna diagnoſtica ſunt, quæ humorem melancholicum in corpore abundantem denotant, quibus ſignum pathognomicum quaternarius circuitus additur, etiam formam paroxyſmi ab aliarum febrium paroxyſmo diuerſa eius diagnoſin conſtituit, incipit cum oſcitatione, pandiculatione & grauitate totius corporis, quam frigus dein horror & rigor ſequitur, quo oſſa confringi videntur, vnde dolor quaternariorum ὀστοκόπος vocatur, calor paulatim accenditur, pulſus rarior & tardior quàm

in

in aliis febribus obſeruatur : hæc febris à quartana ſpuria diſtinguitur, quod hæc ab humoribus atrabilariis oritur,reliquaſque febres cōſequitur, quartana autem intermittens legitima primò & per ſe ægrum affligere incipit:febris quartana legitima longior eſt ſpuriâ,& quæ autumno incipit,vtplurimū tota hyeme perſeuerat , imo nonnullæ ad annum vel plures extenduntur:quartana ſæpè in icterum nigrum aut hydropem degenerat , præſertim ſi lien ſcyrrho afficiatur, quartanæ legitimæ exacta diæta conuenit, vide *exercitat. de apoplex.* §.13. potus ſit vinum album tenue vel ſubrubrum : tempore vindemiali vinum medicamentoſum *ibidem* deſcriptum ordinetur:in die paroxyſmi ſex horis ante illius inuaſionem æger cibandus eſt,poſtea nihil comedat, donec paroxyſmus finitus ſit:mœſtitia vltra *Sauromatas* relegetur : idonea victus ratione inſtituta ſtatim clyſter iniiciendus & aliquoties pro neceſſitate reiterandus eſt,*e.g.pro viro* 30.*annorū*:℞.*Radic.polypod. quern.* ℥*i.cort.tamar.* ʒß.*herb.betonic.parietar.malu.cuſcut. ceterach.ã. Mi.ſemin.lini* ʒß.*coq.in aq.font.q.ſ.in col.* ℥*x ſol.mell.anthoſ.*ʒ*ij.elect.lenit.*℥*i.ß.F.clyſter* : dein ſeq.potio ordinetur:℞.*Folior.ſenn.elect* ʒ*iij.ſem.aniſi.*ʒ*i.aq.borrag.ſcolopendr.betonic. ã.* ℥*ii.infund. per noct.manè bulliant par.in col.*℥*iii.ſol.ſyrup. flor.perſicor.*℥*i. F.potio purgans manè num regimine diætæ ſumenda & aliquoties reiteranda*:poſt primam purgationem aſſumptam phlebotomia in brachio inſtituenda eſt, ſaluatellæ apertionem magnificat *Riolanus lib.* 2. *encheirid. anatom. c.* 5. admotis hirudinibus hæmorrhoïdum fluxus excitetur : ſi malum à ſuppreſſione oriatur , vena malleoli aperiatur : ad

præpa

præparationem & concoctionem humorum ſeqq. iulepi conueniunt: ℞. *Aq. borrag. ſumar ſyr. betonic. ā. ℥iii ſal. tamar.* ℈i. *F. iulepus pro duabus doſibus*: *vel* ℞. *Aq bugloſſ* ℥*vi. ſcolopendr. meliſſæ ā.* ℥*i. ſyr. alth. F.* ℥*iij cort. citr* ℥*i.ß. F. iulepus pro tribus doſibus*: vſurpatis iſtis iulepis ſacculus aut apozema purgans ordinetur, quod *exercit de apoplex.* §. 13. propoſuimus: poſtea diebus ſingulis aluus libera ſeruetur, & ſi ſponte non cedat, eadem remedia *ibidem* propoſita ordinentur: ſi hiſce remediis malum nō profligetur, ad vomitoria tranſeundū, quorū formulas *in exercit. de paral.* §. 4. annotauimus: perſeuerante morbo interdū à remediis per mēſem & quod excurrit, quieſcere oportet, vt interim natura diuturno remediorū vſu fatigata ſeſe recolligat, & morbifici humoris concoctioni incumbat, dein ad præſcripta purgantia redeundum eſt: porro vtiliter remedia ex chalybe vſurpantur, vide ſupra *lib.* 11. *c.* 5. vel ℞. *Salis cryſtall. tamaric.* ʒ*ii. centaur. min. abſinth. ā.* ʒ*i. F. puluis pro* 12. *doſibus in iuſculo carneo manè ſumendus.*

SECTIO III.

De Febribus Peſtilentibus.

PRÆFATIO.

MVlti *Scriptores Practici febrem peſtilentem à maligna diſtinguunt, ac vtramque ſeorſim diuerſis in capitibus exponunt, ita vt febris peſtilentis nomine veram peſtem intelligant,*

ligant, malignam autem vocent, quæ vulgò purpurata nominatur, aut quæ licet epidemica aut contagioſa minus periculoſa eſt, ex qua plures ſeruentur quàm intereant, cum iuxta illos econtra vera peſtis eſſentia in hoc conſiſtat, vt ex ea plures intereant quàm ſeruentur: attamen cum iuxta Autorem noſtrum *huiuſmodi febres tantùm propter maiorem & minorem malignitatis gradum inter ſe differant, eademque methodo oppugnentur, conducibilius* Autori noſtro *viſum eſt, omnes iſtas febres in vnum caput includere, & generali febris peſtilentis nomine inſignire, vnde ſectio hæc poſtrema duobus capitibus abſoluitur, quorum primum de febre peſtilenti, alterum de variolis & morbilis tractat, quibus ex mente* Autoris noſtri *ſemper febris maligna coniungitur.*

CAPVT I.

De Febre Peſtilenti.

FEbris peſtilens dicitur, quæ non intemperie ſola aut putrido tantùm calore ſed etiam maligna ac venenata qualitate affligit, hæc vt plurimum popularis & epidemica eſſe conſueuit, vt eodem tempore quamplurimos homines ea correptos obſeruare liceat: febris maligna in lata ſignificatione nominatur, nam plurimi morbi maligni propter ſæua ſymptomata dantur, in quibus nulla qualitas venenata reperitur, quæ eſſentiam febris peſtilentis conſtituit: iſta autem venenata qualitas

cx

ex inſigni humorum corruptione oritur, quæ non in ſimplice temperamenti immutatione aut vulgari febrium putredine ſed in totius naturæ & inſitæ ſubſtantiæ deſtructione conſiſtit: differt febris peſtilens à peſte tanquam ſpecies à genere, quia peſtis dari poteſt ſine febre, vti hoc *Petrus Salius Diuerſus in tract. de febr. peſtil. c.* 4. ex auctoritate *Hipp. Galeni* & firmis rationibus comprobat, ſimulque cōtrarias obiectiones eleganter diſſoluit: nullum ferè eſt prauum ſymptoma, quod cum febre peſtilenti non coniungatur, hinc vrgent dolor capitis, conuulſio, phrenitis, lethargus, vigiliæ, angina, pleuritis, peripneumonia, ſyncope, vomitus, ſingultus, hepatitis, dyſenteria, maculæ purpureæ præſertim in lumbis, dorſo & pectore apparentes, omnium certiſſimum ſignum eſt bubo peſtilens, quem venenata qualitas intenſa producit.

Cauſa prima & ſumma eſt DEI OPT. MAX. ſanctiſſima voluntas & ira iuſtiſſima, peſtis enim ipſius flagrum eſt, quo mortales propter ſcelera commiſſa iuſtè caſtigat, vide *Exod. cap.* 9. & 12. 2. *Samuel. c.* 24. reliquas cauſas febris peſtilentis *Autor noſter* in internas & externas diuidit: internæ ſunt vel immediatæ vel mediatæ: immediata eſt venenata humorum inſigniter corruptorum qualitas: cauſæ mediatæ ſunt plethora, cacochymia & obſtructiones: inter cauſas externas principem locum tenet aër, qui ad febris peſtilentis generationem concurrit, ſi ventris ſalubribus non diffletur, aut tetro fœtidarum exhalationum inquinamento polluatur, vel excedente primarum qualitatum conditione ita homines afficiat, vt inde humorum mali

malignæ diſpoſitiones generentur: quod corpora cœleſtia ad infauſtam peſtilentiæ productionem aliquo modo concurrant, Cl. *Sennertus lib.4.de febrib. cap*. 2. egregiè demonſtrat: ſecunda cauſa eſt victus prauus,licet id *nonnulli* impugnent, quos tamen exempla apud digniſſimos fide Hiſtoricos oppugnant,vide *Sennertum d.l.* hinc prouerbium *Græcorum* μξ λιμȣ̃ λοιμὸς,*poſt famem peſtis* : tertia externa cauſa eſt contagium, quod duplex immediatum vel mediatum exiſtit, immediatum contagium vocatur, cum corpus inficiens infectum ſine alterius corporis interuentu contingit,mediatum eſt, ſi corpus ab alio diſtans ope ſeminij id inficit, quod per aërem propagatur, hinc apud *Salmaſium in lib. de annis climacter.p.m.*800.contagio peſtilentiæ λοιμικὴ ἀπόῤῥοια dicitur.

Symptomata febrem peſtilentem & malignam ſignificantia ſaltem per maius & minus diſtinguuntur, ita vt in febre peſtilenti maior ſymptomatum ſæuities, in maligna autem minor ſit, principaliora autem ſymptomata in præcedentibus enumerata fuêre: maculæ purpureæ febris malignæ & bubo febris peſtilentis ſigna pathognomica ſiue inſeparabilia non ſunt,quia in omnibus ægrotis non obſeruantur: pro varia corporum diſpoſitione & peſtis intenſione aut remiſſione nunc hæc nunc illa ſymptomata magis apparent, ſymptomata febrium communia, quæ peſti accidunt, propter illius malignitatem etiam conditionem malignam adipiſcuntur: quoniam cor in febre peſtilenti à venenata qualitate afficitur, ideò etiam pulſus variis modis immutatur,nam frequens, paruus, debilis eſt

inæ

inæqualis apparet, porro adeſt cardialgia, ſitis magna, ingens ciborum inappetentia, vomitus enormis, vt omnia aſſumpta ſtatim reiiciantur, horror inordinatus ſæpè indies contingens, totius corporis laſſitudo, granitas & velut membrorum confractio, capitis dolores, vigiliæ, deliria, illis, qui cerebrum multis pituitoſis excrementis refertum habent, ſoporoſi affectus accedunt, ſumma vrinarum inconſtantia, alui fluxus bilioſus, bubones peſtilentes, quæ vtplurimum in inguine apparent. Prognoſis febrium peſtilentium adeo fallax eſt, vt nihil certi de illarum euentu præſagire liceat: ægro ſalutem aliquatenus promittunt tumores & bubones confeſtim in locis à corde diſſitis erumpentes, mox ad ſuppurationem tendentes cum ſymptomatum præſentium alleuatione, ciborum appetitus & retentio, rationis conſtantia cum febre remiſſiore & ſudore critico: mortem præſagiunt tumores tardè erumpentes partibus nobilioribus proximæ, bubo apparens & ſine cauſa manifeſta euaneſcens, liueſcens, nigreſcens, mentis alienatio vehemens, horrendæ conuulſiones, vigiliæ, ſitis, lethargus & lipothymiæ.

Methodus curationis, quam cũ *Autore noſtro* nunc proponimus, febri peſtilẽti & malignæ cõmunis eſt: victus ratio eadem conuenit, quam ſupra *ſect.* 2. *c.* 1. deſcripſimus: poſteaquam diæta conueniens inſtituta fuit, in febre maligna ſequens clyſter iniiciatur, *e. g. pro viro 30. annorũ: ♃. Radic. acetoſ. ℥i. herb. endiu. cichor. fragar. ſcordij ã. M i. flor. violar. P i. ſem. aniſi ʒij. coq. in aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſolu. mell. roſat. ℥ii. elect. diacath. ℥i. F. clyſter,* qui aliquoties per totum morbi

morbi decurſum repetatur, ſi aluus ſpontè non fluat, nam clyſmatibus iniectis & quotidiana excrementa educuntur, & aliqua materiæ morbificæ portio ſenſim detrahitur, nec non humores ad ſuperiora vergentes commodè reuelluntur, venæſectio in febris malignæ principio manu parca celebretur, tranſacto die quarto multi Practici phlebotomiam prohibent, quia iam tunc malignitas in totam maſſam ſanguineã diffuſa eſt: *Autor noſter* in vera peſte venæſectionẽ non admittit, quoniam experientia probatiſſimorum Autorũ atteſtetur, omnes ægros, quibus in peſte venæſectio adminiſtrabatur, è medio ſublatos fuiſſe: in principio febrium malignarum, ſi cacochymia fortis vrgeat, lenè medicamentum purgans ordinetur, *e.g. pro viro* 30. *annorum*: ℞. *Tamarindor.* ℥i. *aq. font.* ℥x. *coq. lento igne vt* ℥v. *remaneant, in quorum col. ſol. ſyr. roſ. ſol. ſimpl.* ℥ii. *flor. perſicor.* ℥i. *F. potio manè cum regimine diætæ ſumenda:* portò febris maligna & peſtilens ſeqq. remediis oppugnatur: conueniunt iulepi & emulſiones in præced. *ſect.* 2. *cap.* 1. annotatæ: maximi momenti eſt ſpiritus vitrioli: per totum febris peſtilentis decurſum alexipharmaca præſtantiora ordinentur, *e.g. pro viro eiuſdem ætatis*: ℞. *C. C. philoſ. præpar.* ℈i. *lapid. bezoar oriental. ver.* ℈ß. *F. puluis pro vna doſi in aq. acetoſ. ſumendus: vel* ℞. *Aq. carduiben.* ℥i.ß. *theriac. opt.* ℈ii. *F. ſudoriferum: vel* ℞. *Aq. carduimar.* ℥i.ß. *mithrid.* ℈ii. *F. ſudoriferum:* in febre maligna & peſtilenti *Autor noſter* aquam ſuam theriacalem concedit, cuius compoſitio ſeq. eſt: ℞. *Limon. rec. & ſucculentos* xij. *cortices & ſemina eximantur, ſuccus exprimatur, cui adde ſucci ſcordij* ℔iij. *acetoſ. rutæ capr. ſcabioſ. carduiben.* ã. ℔j. *raſur.*

corn.

corn.ceru ℥iv.ther.veter.℥vj cort.limonũ in tenues laminas diuidãtur,ſemina contũdãtur,omniáq; in B.M. deſtillentur, doſis eſt ℥j. per ſe vel cũ aliis liquoribus mixta:aquæ theriacalis noſtræ formulã in fine huius capitis bono publico cõmunicabimus, quæ in talibus febribus ita præſcribi poteſt:℞. *Aq. theriacalis noſtræ acet.ſcabioſ ã ℥j.ſyr.citri ℥j.ß.F. ſudoriferum:* Chymici mixturã ſimplicẽ meritò cõmendant,quæ ſeq.iulepo miſceri poteſt:℞ *Aq.card.ſucc.ſyr.citri ã ℥j.mixt. ſimpl ℈j. ſumatur mane*: in virium defectu cardiaca ordinẽtur,quæ in præced.*ſect.2.c.1*.propoſuimus, vel ℞. *Aq.borrag. carduimar. iul.roſ.ã.℥ij. confect.alkerm.ʒj. F.iul. pro duabus doſib.vel ℞. Aq. acet.℥iv viol ℥ij. ſyr.citri granat.ã ℥j.ß. F. iulepus pro tribus doſibus,vel ℞.Confect.alkerm ʒj.margar. præpar.℈ß.ſacch.roſ.tab.q.ſ.F.bolus pro vna vice ſumendus*. Epithemata *ibid* notata ordinẽtur,quæ poros cutis aperiũt,vt per eos maligni vapores tranſpirent,*vel ℞. Aq. ſcabioſ.carduib.roſ.ã.℥ij. ſucc.limon. ℥j confect alker.ʒj ſpec.cordial.tẽper.℈j.F epithema ad carpos*:in ſtatu conualeſcentiæ lenes purgationes conueniunt,vt praui humores funditus eradicentur, *e.g.pro viro XXX.ann.℞.Rhabarb.opt.fol.ſenn.elect. ã.ʒj.ß. ſem.aniſi ʒß.aq.acet.ſcabioſ.ã.℥iij.infund.per noct.mane bul.par.in col.℥iij.ſolu.ſyr.roſ ſol.ſimpl.℥j. F. potio purgans mane cum regimine diætæ ſumenda & aliquoties pro neceſſitate reiteranda*: ſupereſt vt de contractione ſymptomatum febribus malignis & peſtilentibus ſuperueniẽtium aliquid dicamus,quorum curatio eadem propemodum eſt, quam ſupra *ſect.2.c.2*. aduersùs ſymptomata febres putridas comitantia propoſuimus:ſi vomitus ferociſſimus om-

 nia

nia aſſumpta expellit, illum ſequens remedium compeſcit: ℞. Aq. carduib. ʒvj. ſyr. citri ʒiij. ſal. abſinth. cryſtall ʒj. F. potiuncula: fluxus alvi ſiſtendus non eſt, niſi vires manifeſtè deiiciat, tunc aut theriac. opt. ʒj. aut doſis laudani opiat. noſtri concedant: ſi in febre maligna aut peſtilente lumbrici generatur, ſeqq. remedia conueniunt, e.g. pro viro XXX. annor. ℞. Rad. acet. ℥j. herb. ſcord. Miij. portul. Mj coq. in. aq. font. q. ſ. in col. ℥x. ſol. mell. anthos. ℥ij. F. clyſter: vel ℞. Amygd. dulc. rec. exc. ʒij. ſem. cucum. melon. ã. ʒj. ß. aq. portul. acet. ã. ℥ij. ſacch. roſ. ʒij. C.C. philoſ. præp. ℈j. F. emulſio pro duabus doſ. vel ℞. C.C. philoſ. præp. ℈ij. corall. ℈j. lapid. bezoar. oriẽt. vel gr. v. F. puluis pro tribus doſ bubonibus poſtilentibus ſeq. magdaleon admoueatur: ℞. Empl. diachyl. gum. melil. ã. ʒiij. theriac. opt. ʒij. ol. ſcorp. M. q. ſ. F. magdaleon: antequã hoc caput concludamus, in gratiã Iuniorum Doctorũ duas formulas noſtrorũ remediorũ fideliter reuelabimus, quæ tum præſeruationis tũ curationis loco in febribus malignis & peſtilentibus vtiliter præſcribi poſſunt: ℞. Rad. tormentill. vincetox. petaſitid. ſucc angel. valer. ariſtoloch. ver. ã ℥j. herb. dictam. ſcabioſ. ſcordij, rut. carduib. ã. Mij. flor. 4. cordial. Pij. mala citr. n. xii. theria. opt. mithrid. opt. ã. ℥j ß. croci oriental. ℥ß. campho ʒij. vini albi tenuior. q. ſ. vt aliquot digitis ſupereminent, aceti roſ. ℥iv rutac. ℥ij. poſtea ſ. a. in B. M. deſtillentur, doſis eſt ab ℥j. vſq; ad ℥ij. vel per ſe vel cum aliis mixta. ℞. Radic. tormentill. ʒj. ß. angel. ſucciſa vincetox. ã. ʒß. boli armen. ver. ℈ij. C.C. philoſ. præpar. ʒij. roob. iunip. ſamb. theriac. veter. mithr. opt. ℥ß. mell. opt. q. ſ. F. ſ. a. opiata, de qua ante egreſſum è lecto quantitas nuciſtæ ſumatur.

CAPVT

CAPVT II.

De Variolis & Morbillis.

AD febres malignas meritò referenda eſt illa, quæ variolas & morbillos comitatur, cum epidemica ac contagioſa ſit, plurimóſque infantes, quibus præcipuè accidit, è medio tollat: vſus obtinuit, vt variolæ nominentur puſtulæ maiores varis perſimiles, vnde nomen ſortitæ ſunt, quæ ad ſuppurationem perueniunt, morbilli autem ſint puſtulæ perexiguæ & veluti cutis aſperitates cum intenſa rubedine inſtar eryſipelatum, quæ intra quinque vel ſeptem dies ſine ſuppuratione diſcutiuntur: eſt & tertium puſtularum genus pueris familiare & variolis ſimile quoad magnitudinem & figuram, ſed in eo ab iis diſtinguitur, quod variolæ cum rubore & inflammatione appareant, hæ autem albæ ſint & velut veſiculæ ſeroſis humoribus repletæ, quæ intra triduum diſrumpuntur & exſiccantur, nullúmque periculum afferre ſolent, & plerúmque ſine febre erumpunt: ſanguinem maternum eſſe veram cauſam variolarum & morbillorum inde *Autor noſter* colligit, quod ex hominum millibus vix vnus reperiatur, qui ſemel ſaltem in vita hos affectus non patitur: at morbus omnibus hominibus communis à cauſa aliqua communi neceſſariò dependet, qualia ſunt generationis principia ſemen & ſanguis maternus: ſemen non poteſt eſſe cauſa variolarum & morbillorum, cum ab eo morbi hæreditarij toto vitæ decurſu lancinantes oriantur: ſupereſt igitur à ſanguine materno hos affectus pro-

venire, nam in illo quædam impuritates continentur, quæ fœtui hancce labem imprimunt: cum ex mente *Autoris noſtri* in maſſa ſanguinea duplex excrementum craſſum & tenue reperiatur, ex craſſo veriolæ ex tenui autem morbilli generantur, licet vna ſit praua qualitas excrementum inficiens, attamen quoniam diuerſa eſt vtriuſque excrementi natura, ſic etiam diuerſa exiſtit cauſæ efficientis ad vtrumque analogia, hinc fit, vt aliquando variolæ aliquando morbilli populariter graſſentur.

Variolæ & morbilli præſentes aliis ſignis non indigent: imminentes ſeqq. ſigna referunt dolor capitis cum pulſationis ſenſu in fronte ac temporibus, ſomnolentia grauis, terrores in ſomno, interdum deliria, tremores & convulſiones, ſternutatio, pandiculatio frequens, raucedo, tuſſis, ſpirãdi difficultas, calor, rubor & punctionis ſenſus in toto corpore, inquietudo, oculorum pruritus, tumor faciei cum aliquo rubore: Salutares ſunt variolæ, quæ citò & facilè exeunt, ac breui ad maturitatem perueniunt: periculoſas variolas oſtendunt febris ingens & non imminuta poſt eruptionem variolarum, magna anxietas & inquietudo, orthopnœa, ſitis ingens, convulſiones fortes, continuus alvi fluxus & dyſenteria ac vrina cruenta: lethales variolæ iudicantur, quæ vbi egreſſæ ſunt, ſtatim euaneſcunt, vel ſi virides, liuidæ, aut nigræ appareant, magnum etiam periculum portendit, ſi talibus coloribus alvi excrementa vel vrina tingantur.

Curatio variolarum & morbillorum quatuor indicationibus abſoluitur, quarum prima in humorum quantitate peccantiũ euacuatione, ſecunda in variolarum

larum expulſione, tertia in malignæ qualitatis oppugatione & quarta in ſymptomatum correctione conſiſtit, quæ omnia vt commodè perficiantur, primùm idonea victus ratio inſtituenda eſt, hæc cum febrium putridarũ diæta coincidit, nonnulla tamen peculiariter aduertẽda ſunt: primò æger in loco calido detineatur, vt pori cutis aperiantur & variolarum eruptio adiuuetur, multi enim infantes benignis variolis laborantes ex frigido aëris appulſu & ſubſequuta materiæ morbificæ ad partes interiores repercuſſione interierunt, ægri integumentis operiantur, ita tamen vt illorum pondus febrilem ardorem non intendat: pro potu ordinario *decoctum C.C.vſti* vſurpetur: ſi magna cacochymia vrgeat, ſeq. remed. ordinetur, *e.g. pro puero 4. annor.* ℞. *Syr.roſ. ſol.ſimpl.*℥j.*aq.cich.*℥ß. *F. potiuncula mane ſumẽda.* ſi alvus ſaltem adſtricta ſit, ſeq. ſuppoſitorium applicetur: ℞. *Spec.hier.picr.Gal.* ℈j.*mell.q.ſ.F. ſuppoſitoriũ:* variolarum & morbillorum expulſio ſeqq. medicamẽtis perficitur: ℞. *Aq.acet.ſcabioſ.ſyr.citri ã* ℥iij. *F.iulepus pro duabus doſibus.* ℞. *Amygd.dulc.rec.excort.*ʒiij. *ſem.cucum.melon.ã.*ʒ.ß.*aq.acet. ſucc.ã.*℥iij. *ſacch. roſ.tab* ℥ß.*C.C. philoſ.præp.*℈j. *F.emulſio pro tribus doſ.* ℞.*C.C.philoſ.præp.*ʒj. *F.pulu.pro quatuor doſibus in emulſione amygd.aut aq.ſcabioſ. ſumendus:* pro cordis robore ſeq. remed. ordinetur: ℞. *Aq.ſcabioſ.borra.ã* ℥j.*ſacc.roſ.tab.*ʒij.*marg.præp.*℈ß. *F.cardiac.doſis. eſt cochlear vnum aut alterũ:* pro faucium & pulmonum defenſione ſeqq. præſcribantur: ℞. *Syr.granat.iuiub.farfar.ã* ℥j.*aq.plant.*ʒiij.*miſce, doſis eſt cochlear vnum aut alterum: vel* ℞.*Ol.Amygd. dulc.rec.ſyr.viol.purpur.iuiub.ã.*℥j.*ſpec.diatrag.frig.*

℥j.*ſacch.roſ.tab.q.ſ.F eclegma doſis eadem eſt:* ſi continuus alvi fluxus vel dyſenteria vires deiiciat, æger *emulſionem amygd.*bibat,ſimulq; ſeq.pulverem vſurpet:℞.*C.C.philoſ.præp.*℈ij.*corall.rubr. præpar.*℈j.*F. pulvis pro ſex doſibus in emulſione amygdalina ſumendus:*inter partes externas oculi maximè à variolis præſeruentur, cum enim molli & humidâ ſubſtantia præditi ſint, variolarum materia facilè ad illos propellitur, vnde grauiſſima mala emergunt, quando igitur variolæ ad oculos erupuerunt, ſeq. collyrium vſurpetur, quo palpebræ tepidè illinantur:℞: *Sem.ſum.ſumach.*℈j.*aq.plantag.euphr.ā.*℥j.*roſ.alb.*℥ß.*bull.par.& col.det.ad vſum collyrij*: ſi variolæ intra nares naſcantur,*ol.amyg.dulc.*vſurpetur, ad faciei cuſtodiam nonnulli in principio morbi illam aq.roſ.abluunt, quod *Autor noſter* non probat, quoniam maxima impuritatum portio ad faciem propellitur,cutis enim laxa & mollis ad excrementorum receptionem idonea eſt, quapropter ſi impuritates illæ ſtatim repellantur, intus retentæ grauem noxam inferunt,ſed huic officio incumbere debet Medicus, vt impediat, ne in facie germinantes variolæ foueas & cicatrices relinquant,à quibus facies deturpatur, quapropter variolæ, ſi maturuerint & in medio albicantes appareãt(quod circa nonum diem contingere ſolet) *ol.amyg.dulc.rec.*cum penna bis indies vſque ad cruſtarum caſum illinantur, hoc enim remedio bilis acrimonia contemperatur, ac maturatio & cruſtularum prolapſus acceleratur, quæ alioquin adhærentes ob pus deliteſcens cutem profundè exulcerant, totamque faciem turpiter deflorant.

D.DEX

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM.

A.

Abortus quid? 515. Eius cauſæ tum internæ, tum externæ 515. & ſeqq. Signa imminentis 517. 518. Curatio, in quo conſiſtat? 518. 519

ex Abortu cur mulieres magis periclitentur, quàm ex vero partu 518

Acetum ſanguini ſiſtendo idoneum. 225

Acidularum aquarum mineralium vſus in Calidâ Hepatis intemperie 379. Obſtructionibus 368. Hypochondriaco morbo 416. Calculo renum 449. Tumore vterino 488. Cancro vteri 502. Arthritide 519. &c.

Æger nunquam deſerendus à Medico 286

Ægylops quid? 170. Vnde oriatur ibid. an curabilis? 171. & ſeqq.

Aër cerebri frigidæ & humidæ intemperiei conueniens 6

Aëris peculiari vitio dyſenteriæ epidemicæ excitantur 356

Aëris vitioſi, qui vna eſt ex peſtilentium febriũ Cauſis, origo 573

Affectus Capitis 1. & ſeqq. Oculorum 108. & ſeqq. Aurium 183. & ſeqq. Narium 205. & ſeqq. Linguæ 227. & ſeqq. Dentiũ, gingiuarũ &c. 236. & ſeqq. Thoracis 256. & ſeqq. Cordis 290. & ſeqq. Ventriculi 301. & ſeqq. Inteſtinorum 337. & ſeqq. Hepatis 376. & ſeqq. Lienis 404. & ſeqq. Meſenterij, Pancreatis & Ométi 428. & ſeqq. Renum & Veſicæ 440. & ſeqq. Mulierib.

peculiares 474. & ſeqq.
Affectus Hypochondriacus viuis coloribus depictus 417
Affectuum ſoporoſorum prophylaxis 22
Albugo quid? 145. Eius Differentiæ ibid. Signa 146. Cauſæ ibid Curatio 146. & ſeqq.
Albugo quomodo curata in puella, natâ ex Patre Gallico morbo laborante 147.
Alimenti vitia 312. 313
Alimentorum quæ ratio habenda frigidâ cerebri intemperie laborantibus 6. & ſeqq.
Alui adſtrictio quid? 345. Cauſæ ibid. Signa 345. 346. Prognoſis 346. Curatio ibidem.
Alui fluxus ſanguineus in ſcorbuto, quomodo differat à Dyſenteria? 423
Amauroſis, vide, Gutta ſerena.
Ambra griſea ventriculum roborat 307. Spirit. exhilarat 416
Anacarthaſis ferini catarrhi quomodo promouenda 565
Anaſarca quid 397. Eius cauſæ ibid. Curatio 379. & ſeqq.
Anaſtomoſis hæmoptyſeos cauſa 276
Anaſtomoſeos cauſæ 217.
Angina quid? 249. Eius differentiæ 249. 250. Cauſæ ibid Signa 251. 252. Prognoſis ibid. Curatio 253. & ſeqq.
Anginæ quinam maximè obnoxij 250
Anguſtia pupillæ vnde 142. 143. Signa ibid. Curatio ibid.
Animalcula aliáque corpuſcula in aurem inſerta quomodo extrahenda 188 & ſeqq.
Animi deliquio contumaciſſima hæmorrhagia ſanata 223.
Ἀνορεξία quid? 302
Antimonij laus in Mania. 80
Aphthæ quid? 244. Quibus maximè familiares? 245. Earum curatio ibid.
Apophlegmatiſmi quibus cautè

cauțè adhibendi? 12. Quomodo vſurpandi in obnoxiis fluxionibus ad pectus 98. an Aſthmaticis conueniant 28
Ἀποπξία quid? 302
Apozema purgans in morbo ventriculi 305
Aquei humoris affectus. Vide: Humor aqueus.
Ardor vrinæ quid 471. Cauſæ eius ibid. Diagnoſis 472. Prognoſis & Curatio ibid.
Arenulæ an ſemper calculi indices 445
Arteriotomia in hemicraniâ cum ſucceſſu adhibita 106
Arthritis quid? 531. Eius differentiæ 532. Cauſæ 533. & ſeqq. Cur Bacchi & Veneris dicatur Filia? 535. Eius ſigna ibid. Prognoſis 635. Curatio ibid. & ſeqq.
Arthritis longæuitatem nonnumquam cur afferat ęgris? 536. à Rheumatiſmo in quo differat? 542
Arthriditis prophylaxis 538
in Arthritide cur ſtatim ſanguis ab initio copioſè extrahendus? 537
Articulorum affectus 531. & ſeqq.
Aſcites quid 392. Eius cauſæ 393. & ſeqq. Signa 398. Curatio 449. & ſeqq.
Aſpidis morſu cur ſopor lethalis Cleopatræ inductus 16.
Aſſodes febris quid 557
Aſthma quid 258. Eius differentiæ ibid. Diagnoſis 259. Prognoſis 260. Curatio 260. 261
Aſthmaticum paroxyſmum ſoluentia 260
Auditis deprauati cauſæ 192
Auditus grauis vnde pullulet 185. 186. In ſurditatem an degeneret facilè? 187
Auditus inſtrùmentorum cum inſtrumentis loquelæ conſenſus 184
Aurium affectus 183. & ſeqq.
ex Aurium cauitatibus præter naturam exeuntia 203
Auriū doloris cauſæ 196. 197.

197. Diagnoſis 197. 198. Prognoſis ibid. Curatio 199. & ſeqq.
in Aurium doloribus qualia debeant eſſe Topica? 200
Aurium ſonitus cauſæ 192. & ſeqq. Differentiæ ibid. Signa 194. 195. Prognoſis ibid. Caratio 195. & ſeqq.
*Authoris aqua Antapoplectica 47. Opthalmica 137. Exercitatio de Apoplexia 154. de Paralyſi 29. 60

B.

Baculus, cuius media pars in aquam demerſa, eſt incuruus cur appareat 124
Balbutiei cauſa 234
Balbuties hereditaria inſanabilis 234
Balneum dilatationi pupillæ 141. Surditati 190. &c conueniens.
Balneum aquæ tepidæ in calidâ hepatis intemperie 379. Eiuſque obſtructione 385. Item, Ictero 390. Hypochondriacoque morbo laborantib. conducibile 415
Balſama narib. illita cerebrum roborant 13
Bezoar lapidis vſus contra omnes morbos melancholich. 416
Boulimia quid 306. Eius cauſæ ibidem.
Βραδυπεψία quid 312
Bubo peſtilens ſignum febris peſtilentis præcipuum 575

C.

Cæcitatis differentiæ 108. 109
Cæparum vſus in calculo veſicæ 454
Calculus, ſub quo affectuũ genere collocandus? 441. 442. Eius cauſæ ex Galeno & eius Aſſeclis refutatæ 442. Ex recentioribus probatæ 442. 443. Signa diagnoſtica 443. & ſeqq. Prognoſis 446. Cur periculoſus? ibid. Curatio 447. & ſeqq.
Calculus veſicæ eaſdem cũ calculo renum cauſas habet 451. Eius ſigna 451. & ſeqq. Curatio 454

Calcu

Calculum renum expellentia. 448
Calculi quandoque Diarrhœam excitant 350. Eius exemplum memorabile ibid.
Calculis acidulæ conuenientes 450
Calidum partibus neruoſis & membranoſis amicum 147
Cancer corneæ. Vide, Corneæ cancer.
Cantharides veſicæ & iecori infenſi 402
Cantoribus an gargario extirpandus, vt craſſiorem ſonum edant? 249
Caput quot affectuum origo 49
Capitis affectus 1. & ſeqq.
Capitis affectuum maximus numerus à frigida cerebri intemperie 3
Capitis dolores ſoporoſi vterum gerentibus periculoſi 103
Cardialgiæ cauſæ 330. Signa 331. Prognoſis 332. Curatio ibid.
Caſauboni mira veſica 454
Catalepſis, vide Catoche.
Cataplaſma de mica panis vtiliter adhibetur in ægylope 172. in aurium doloribus 201
Cataplaſma inflammationi renum conducens. 456
Cata[illegible]cta quid? 126
Catarrhus quid? 88. Eius cauſæ 88. & ſeqq. Differentiæ 96. Signa 96. 97. Prognoſis 97. Curatio 97. & ſeqq.
Catarrhi cur autumno frequentes 92. Cur per totum hyemis decurſum non perſeuerent? 92. 93
Catarrhis obnoxij non rarò cerebrum frigidum & hepar calidum habent 97. 98
Catarrhalis febris cauſa. 95
Catheter non ſemper fidus in calculo explorando. 452
Catoche quotuplex apud Æginetam 25 hodie idem cum Catalepſi ibid.

Eius

Eius eſſentia 25
Cauſæ 27. Diagnoſis 28. Curatio ibid.
Catoche correptorum hiſtoriæ ſtupēdæ 25. & ſeqq.
Cauteria an ophtalmiæ contumaci conducant? 151
Cauteriorum vſus vnde ortus 93
Cephalalgia quid ? 101. Quomodo differat à Cephalæa & Hemicrania ib.
Cephalalgiæ differēt. 101. 102. Cauſæ ibid. Signa diagnoſtica 102. Curatio 103. & ſeq.
Cerebrum pituitæ metropolis 4. non ſemper eſt cauſa fluxionis præcipua 90. Debilius eſt reliquis membris ibid. an à Frigore comprimatur 91
Cerebri intemperiei frigidæ cauſæ 4. Signa 5. & ſeqq. Prognoſis 6. Curatio 6. & ſeqq.
Cerebri intemperies humida & frigida morborum ferax 3
Chloroſis quid 475. Eius cauſæ 475. 476. Diagnoſis 476. 477. Prognoſis & Curatio ibid.
Chloroſis inueterata quos inducat morbos 477
Chloroſin ſequentium ſymptomatum cauſæ 475. 476
Cholera quid? 327. Vnde dicatur ibid. Eius cauſæ 328. Signa diagnoſtica 329. Prognoſis & Curatio ibid.
Cholidochi pori praua conformatio facit πικρόχολυς ἄνω 20
Chyloſis, vide, Ventriculi concoctio.
Clyſterum vſus in affectibus ſoporoſis 20. In affectu hypochondriaco 415
Clyſteribus Phrenitide laborantium olea non miſcenda 68
Cœliaca quid? 347. Quomodo à Lienteria differat? ibid. Eius cauſæ 347. Signa ibid. Prognoſis & Curatio ibid.
Colica billioſa fluxus ſæpè hepatici cauſa 365
Colicus dolor vnde dicatur? 338. Eius cauſæ 338. 339.

339. Diagnoſis 339. & ſeqq. Prognoſis 341. Curatio 341. & ſeqq.
Colicus dolor contumax in quales morbos ſoleat degenerare? 341
Collyria quando adhibenda in curatione ophthalmiæ? 157.158
Collyria Epiphoram exſiccantia 178
Columbinus ſanguis in vulneribus oculorum excellens 141
Coma ἄγρυπνον quid? 23. Eius cauſæ 23. Diagnoſis 24. Curatio ibid.
Comatoſus affectus acuto morbo ſuperueniens cur periculoſus? 17
Concoctionis læſæ diagnoſis 313.414. Prognoſis ibid. Curatio 315
Concoctionis primæ vitia non corriguntur in ſecunda 384
Condylomata quid? 373
Conſenſus inter auditus & loquelæ inſtrumenta 184. Cordis cum orificio ventriculi ſuperiore 330. Vteri cum liene &c. 491
Conſeruæ florum maluæ vſu dyſuria ſanata 473
Conſeruæ marrubij laus in ſcirrho hepatis 391
Conuulſio quid? 29. Eius differentiæ 31. 32. Cauſæ 33. Diagnoſis 37. Prognoſis ibid. Curatio 38. 39
Conuulſio lethifera quæ 38
Conuulſionis & conuulſiui motus diſcrimen 37.40
Cor ſummo robore naturaliter præditum 295
Cordis affectus 290. Morbi inſigniores 291
Corneæ naturalis conſtitutio quando euertatur? 144. 145
Corneæ cancer 165. Eius differentiæ 165. 166. Curatio 166. 167
Corneæ ruptura vnde? 168
Quando & quomodo curetur? ibid.
Coryza quid? 213. Cauſæ 213.214. Signa 214. Curatio ibid.
Coto moſchatus ſurditati medetur 190
Cruditas quid 312. Differētiæ eius, & Cauſæ ibid.

Cryſtal

Cryſtallinus humor 120. Cur pellucidus ibid. Cur figurâ non globosâ, ſed anteriore parte planâ. 121

Cryſtallinus humor violento oculi motu è ſua ſede deiectus, ſimili motu ad eandem tranſmittitur. 123. 124

Cryſtallinis humoris affectus 121. quomodo reparabiles ſint. 123

Cryſtallini humoris ſitus vnde vitietur 122.125

Cucupha ad cerebrum corroborandum 12

Cucurbitulæ vbi affigendæ in affectibus ſoporoſis 20. &c. In Conuulſione 39. In Ophtalmiâ. 156

Cucurbitularum appoſitio ad regionem hepatis eiuſdem inflammationem producit 380

Cucurbitularum vſus in doloribus aurium 200. In hæmorrhagia 223. In Odontalgia 240. In Aphthis 245. In Angina &c. 254

Cynanche nonnunquam tranſit in peripneumoniam 252

D.

Delirium quid? 60

Delirium ſedantia 67. & ſeqq.

Dens quâ cautione extrahendus 24[illegible]

Dentis euulſi in locum an alter ſubſtitui poſſit eodem momento? 241

Dentes an animati 236. 241

Dentiũ colores varij 242. horumque cauſæ ibid.

Dentium doloris cauſæ 237. & ſeqq. Prognoſis 239. Curatio ibid.

Dentibus dealbandis quænam conducant? 242

in Dentes vnde vt plurimùm humores fluant? 237

Diabetes quid? 462. Eius cauſæ ibid. Signum 463. Prognoſis ibid. Curatio 464

Diabetes cur rariſſima 463

Diabroſis periculoſiſſima hæmoptyſeos cauſa 278

Diætæ

Diætæ ſudoriferæ vſus in frigida cerebri intemperie 10. in Narium fœtore 213

Diætæ vſus in Phthiſi 288. in affectu Hypochondriaco 414. in Febribus bilioſis &c. 559

Diapalma articulos in Arthritide roborans 538

Diapedeſis hæmoptiſeos cauſa 276

Diapedeſeos cauſæ 217

Diarrhœa quid? 349. Eius differentiæ 349.350. Signa tum cauſarum, tum partium mandantium 350. 351. Prognoſis 351. 352. Curatio. 352.353.

Diarrhœa, quomodo diſtinguatur ab aliis alui fluxus ſpeciebus 349

Difficultas ſpirandi maior in peripneumonia, quàm pleuritide 271

Δῖνος quid? 52

Dionyſius quo pacto excæcari curauerit captiuos. 140

Diuretica hydropi pectoris multùm conducunt. 275

Diureticorum in hydrope laus 402

Dyſenteria quid? 354. Cauſæ eius 354. & ſeqq. Differentiæ 356. 357. Signa 357. & ſeqq. Prognoſis 359. Curatio 360. & ſeqq.

Dyſenteria contagioſa eſt 366. Sæpè in lienteriam degenerat 348

Dyſenteriæ violentiâ ipſa inteſtinorum ſubſtantia quandoque excreta 357

Dyſenteriæ quæ purgantia conueniant? 391. 362

Dyſpepſiæ cauſæ 313

Dyſpnœa quid? 258

Dyſuria quid 471. Eius cauſæ 471. Diagnoſis, Prognoſis & Curatio 472

E.

Elodes febris quid? 557

Emplaſtrum de cruſta panis exterius applicatum vomitum coercet 321

Emplaſtra, in dolore dentium 240. in Angina 255

Emproſtotonos conuulſionis ſpecies 32
Empyema quid? 271. Eius cauſæ ibid. Signa Prognoſtica ibid. Curatio 373
Encanthis quid? 175. Eius cauſæ & Curatio ibid.
Epiala febris quid 557
Epilepſia quid? 40. Eius cauſæ ibid. Differentiæ 41. Signa diagnoſtica 42. & ſeqq. Prognoſis 45. Adiuncta ibid. Curatio 47. & ſeqq.
Epilepſia in paralyſin quãdoque deſinit 42. 43. An inſanabilis poſt 25. annum 46, Melancholiam ſubinde inducit? 46. Infantibus pueriſque familiaris eſt, 50
Epilepſiæ ab vtero cauſæ 45. Curatio 49
Epileptici ſolo ſetaceo reſtituti 49
Epiphora quid? 176. Vnde oriatur ibid. Eius ſigna 177. Differentiæ ibid. Prognoſis & Curatio ibid.
Epiphora veſicatorio ſincipiti admoto curata 178
Epithemata teſtib. vtiliter adhibentur in febrib. continuis 562
Epithemata carpis applicanda in ſummo febris vigore 568
Errhina in gutta ſerena damnantur 118. Vt & in Coryza 214. in Fœtore narium laudantur 213
Errhinorum vſus quando ſuſpectus 12
Euacuatio generalis in omnibus morbis, vbi humores peccant, quibuſnam peragatur 10
Euacuatio quænam commodiſſima 11
Euacuationes particulares quænam 11

F.

Fames canina quid 306. Eius cauſæ 306. 307. Signa & curatio 307
Famem quæ cauſæ naturaliter excitent? 302
Faſtidium ciborum, quære, Inappetentia 302
Febris amatoria quid? 475
Febris ephemera quid 574
Febris lactis quid 529
Febris peſtilens. Vide, Peſtilens febris.
Febris tertiana. Vide, Ter

Tertiana.
Febris ephemeræ cauſæ 547.Signa & Curatio 548
Febris ſimplicis diuiſio 547
Febres puerperarum vnde oriantur 529.530.Curatiō earum ibid.
Febres putridæ 555. Earum diuiſio ibid.
Febres ſymptomaticę quęnam 558
Febrium continuarum primariarum cauſæ 556. & ſeqq.Differentiæ ibid. Earum accidentales differentiæ vnde deſumantur 557
Earum prognoſis 558.Curatio 559.& ſeqq.
Febrium diuiſio 547
Febribus ardentib. quales morbi ſoleant ſuperuenire 64
Febribus an purgãtia conueniant 560. an Diagrydiata 561
Febres putridas quæ ſymptomata ſequantur 558
Febribus in continuis Phlebotomię vtililates 560
Mittendi ſanguinis tempus ibid.
Fella animalium in ſuffuſione commendantur 136
Ferini catarrhi remedia 565.
Fernelius citatur 91
Fici quid 373
Fiſtula lacrymalis. Vide Ægylops.
Fiſtula lacrymalis feliciter curata in puero 13. annorum 173
Flatus quomodo continere poſſint in cauitate vteri 503. Eius rei inſignia exẽpla 503
Flavus color viſionem lædit 54
Flavus color Ictericorum quo pacto diſcutiatur 146
Flaua quando obiecta appareant 145
Fluor muliebris quid?484. eius Signa diagnoſtica 485
Prognoſis ibid. Curatio 486
Fluorem muliebrem multa mala conſequuntur 485
Fluxio quid 88. Earũ cauſæ 89.90
Fluxioni attrahendæ calor maximè idoneus 94
Fluxiones à cap. per quas vias fiant? 94.95

Fluxus hepaticus quid? 364. Eius cauſæ 364. 365. Signa & Curatio ibid.
Fluxus ſãguinis è gingiuis ſyptomatici curatio 244
Fœtus mortui cauſæ 522. Signa 523. Prognoſis ibid. Curat. in quo cõſiſtat 523
Frigidum partibus nervoſis & membranoſis inimicum 197
Frigidæ aſperſio qua ſanguinem ſiſtat? 225
Frontale in Cephalæa 108
Furor vterinus quid 487. Eius cauſæ, ſigna diagnoſtica & curatio ibid.

G

Galenus defenſus circa epilepſiæ idiopaticæ cauſam 41. Explicatur 57. 72. Conciliatur cum Celſo 363
Galeni colicus dolor acerbiſſimus 338
Gargariſmata refrigerantia & repellẽtia in inflammatione linguæ 229
Garotillus quid: 241
Gemellorum frequens abortus vnde? 510
Germanus cur Syncope &

Apoplexia familiaris 294
Gingiuarum affectus in ſcorbuto 410
Gingiuarum eroſio 244. Eius cauſæ ibid. & curatio 243
Gingiuarum eroſio ſignum lumbricorum in corpore latentium 243. 368
Gingiuarum putredinem arcentia 243
Glaucoma quid? 121. Eius ſigna 121. à Suffuſione diſtinctio ibid. in ſenibus immedicabile 122
Gracilitas corporis nonnunquam cauſa abortus 515
Graphiarius quidam à Sebel quo pacto liberatus? 181
Grauedo. Vide ſis, Coryza.
Grauis auditus cur ſæpe coniungatur cum aurium tinnitu? 193
Gurgulionis præciſio 248. 249
Guſtatus vitia 231. Eius cauſæ 231. 332. Signa 232. curatio ibid.
Gutta ſerena quid? 112. Eius

Eius cauſæ ibid. Signa & Prognoſis 113. an medicabilis ibid. & ſeqq.
Guttæ ſerenæ vinum haud conuenit 115

H.

Hæmoptyſis quid propriè ſit? 276. Eius cauſæ 276. 277. Signa ibid. Prognoſis 277. 278. curatio ibid. & ſeqq.
Hęmorrhagia quid? 216
Hæmorrhagia nariū quid 217. Eius cauſæ ibidem. Differentiæ 217. 218. Signa 218. 219. Prognoſis 219. & ſeqq. Curatio 222
Hæmorrhagia ſymptomatica in quibus morbis præcipuè contingat? 218
Hæmorrhagia trium dierum ſola mentha curata 266.
Hæmorrhoïdum fluxus immoderatus quot morborum cauſa? 370. Eius cauſæ ibidem. Signa & curatio 371
Hæmorrhoïdum fluxus non ſtatim ab mitto ſiſtendus 371
Hæmorrhoïdum tumoris cauſa 372. 373. ab aliis Affectibus differentia 373
Prognoſis & curatio 374
Hæmorrhoïdibus immodicè fluentibus quæ purgantia conueniant? 371
Hectica febris quid 550. Eius ſedes, differentiæ gradus, cauſæ ibid. curatio 552. & ſeqq.
Hecticæ qualis diæta conueniat? 552
Hectici quomodo refrigerandi? 554
Hecticos inſtaurantia 553
Hepar frigidius ſemper ne hydropis cauſa? 392. & ſeqq.
Hepatis affectus 376
Hepatis calida intemperies quotuplex? 376. Eius cauſæ Signa, prognoſis ibid. curatio 377
Hepatis inflãmatio quid? 379
Eius cauſæ ibid.
Signa 380. & ſeqq.
Prognoſis 382
Curatio 383
Hepatis vlcus 382. Obſtrictio

ſtructio quid? 383. Eius cauſæ 384. Signa 385. Curatio ibid.
Hepati primaria origo Rheumatiſmi adſcribenda 542
Herbæ quales conueniant frigida cerebri intemperie laborantibus 7
Hippocrates & Galenus conciliantur 31
Hippocrates explicatur 514
Hirudines in Ophthalmia vbi affigendæ? 156
Hiſtoriæ hypochondriacorum 411. 412
Homines longæ ceruicis in Phthiſin procliues 283
Humor aqueus quo fine ſic locatus à natura? 125. Quid ſit ibid. Quot modis à ſede ſua naturali deiiciatur? 126
Humor pituitoſus in neruos fluens cauſa paralyſeos & conuulſionis 33. Sed quo diſcrimine? 33. & ſeqq.
Humor vitreus cur diaphanus? 119. Quot modis vitietur? ibid. quibus ſignis hoc dignoſci queat? 120
Humores quinam dyſenteriæ cauſæ? 355
Humorum copia, qui per vomitum & alvum eiiciuntur, vbi contineantur? 328
Hydragynum dentes denigrat 242
Hydrops ad matulā quid? 462
Hydrops pectoris quid? 274. Eius cauſæ ibid. Signa 275. Curatio 275. 276
Hydrops vteri quomodo diſtinguatur ab hydrope abdominis 504. Eius prognoſis ibid. Curatio 505. aliquando cum grauitate coniungitur 504
Hydropis ſpecies 392
Hydropis anaſarcæ cauſa 397
Hydropis ſigna 398. Prognoſis & curatio 399
Hydropi an conueniat venæſectio? 401. an Paracenteſis? ibid.
Hypochondriaca affectio quid 409. Cauſæ eiuſdem 409. 410. Signa 410. & ſeqq. Prognoſis 413. Curatio

ratio , 414
Hypochondriacorũ exẽpla 411
Hypopyon quid? 161
Hyſterica paſſio quid?488 Eius cauſæ 489.Differentiæ ibid. Diagnoſis 491. Prognoſis ibid. Curatio 493
Hyſterica ſymptomata quomodo diſtinguantur à ſyncope?491.492.ab Apoplexiâ 492
Hyſtericæ defunctæ non feſtinanter ſepeliẽdæ 492
Hyſtericæ paſſionis curatiõ extra paroxyſmum 494

I.

Icterus quid ?.387. Cauſæ ibid.Signa 388.Prognoſis, & differentiæ ibid. Curatio 389
in Ictero cur Viſio deprauetur ? 192
Ileon quid? 342
Iliaca paſſio vnde dicta ? 342. Quid ſit? 343. Eius cauſæ ibid.Signa 343.344. Prognoſis,Curatio 344
Imaginatio affici poteſt, ratiocinatione illæsâ 61. 62
Imbecillitas partium vnde ? 93
Inapppetentia quotuplex 302
Eius cauſæ,ſigna,prognoſis 303. Cur. 304.& ſeqq.
Inflammatio quibus partibus præſertim accidat ? 227
Inflammatio Renum & Veſicæ quid ? 455. Eius cauſæ , ſigna , prognoſis ibid. Caratio 456
Inflãmationis linguæ curatio 229
Intemperies quotuplex 3
Intemperies frequentiſſima læſæ concoctionis cauſa 312
Intemperies frigida & humida cum materia pituitoſa quemlibet ſenſum obtundit 210
Inteſtina tenuia an craſſa in dyſẽteria afficiãtur?358
Iſchiadi quæ purgantia conueniant ? 540
Iſchiadem reſoluentia 541
Iſchiadicus dolor quid differat à reliquis arthritidis ſpeciebus ? 539.Quas partes occupet?ibid.Eius cau-

ſæ, diagnoſis, prognoſis, curatio ibid.
Iſchuria quid? 466. Eius differentiæ 467. Cauſæ ibid. Signa 468. 469. Prognoſis ibid. Curatio 469. 470
Iulepus ad febres 560. in rheumatiſmo 544. &c.
Iulepi refrigerãtes in Pleuritide 268
Iuſtus, ocularius ætate Galeni, concuſſione capitis, hypopyos ſanauit 162

K

Κίτλα quid? 360
Κώφωσις quid? 184

L.

Lac vbere tepidum arthriticis ſalutare 358
Lac hecticis cur conueniens ſit? 554
Lactis caprini laus in hæmoptiſi 280. Phthiſi 289. in Dyſenteria 360. affectu hypochondriaco 416. in Renum & veſicæ vlceribus 460. in Dyſuria 272. in Vlcere vterino 499
Lactis muliebris vſus in dilatatione pupillæ 141. Albugine 148. in Phthiſi, &c. 289
Lactis tepentis vſu grauiſſima ſternutatio ſanata 216
Lacrymæ inuoluntariæ, quære, Epiphora.
Laryngotomia an adminiſtranda in Angina 255
Larynx & pharynx propter vicinam in angina vt plurimùm afficiuntur 250
Laudani opiati genuina compoſitio 362
Laudani laus odontalgia 140. pleuritide 269. Hæmoptoë 279. Pertinaci ſingultu 317. Curatio vteri, &c. 502
Lethargus in quo differat ab Epilepſia, caro & comate 13
Leucoma quid? 145
Leucophlegmatica quid? 397
Lien humoris melancholici receptaculum 409. cur Obſtructionibus obnoxius? 406
in Lienoſis quouſque exceſcat 407

Lienis affectus 404. & ſeqq.
Lienis dolor vnde oriatur? 405. à Colico quomodo differat? 406. Eius curatio ibid.
Lienis figuræ variæ in lienoſis 407
Lienis inflammatio quomodo differat ab inflammatione hepatis 404. Eius ſigna 405. Curatio ibid.
Lienis obſtructiones vnde oriantur? 407. Quomodo curentur ibid.
Lienis ſcirrhus in quo differat ab eius inflatione: Itẽ à ſcirrho hepatis 408. Eiuſdem curatio ibid.
Lienis ſcirrho laborãs miles quomodo ſanatus? 408
Lienẽ inuri Turcis curſoribus an vero ſimile? ibid.
Lienteria quid? 347. Quomodo differat à cœliaca paſſione? 347. Eius cauſæ 347. ſigna & prognoſis 348. Curatio ibid.
Linguæ affectus 277. & ſeqq.
Linguæ paralyſis vnde? 234
Linguæ tumorum diagnoſis 228. Different. 228. 229 Curatio ibid.
Linguæ tumoris portentoſi exemplum. 228
Linimentum in tumore hæmorrhoïdum 374. quotannis ſaginato boue redemptum 375
Linimentum contra vteri inflationem 505
Lippido, vide, Ophthalmia.
Literati cur maximè affectui hypochondriaco obnoxij? 410
Lochiorum fluxus immodicus vnde æſtimandus? 525. Eius cauſæ, ſigna & curatio ibid.
Lochiorum ſuppreſſionem quæ ſequantur mala? 526
Eius cauſæ, diagnoſis, prognoſis ibid.
Curatio 526
Lolium viſui nociuum 115
Loquelæ vitia 233. Horum cauſæ 233. 234. Curatio 235
Lumbago quid? 422

Lumbrici quid? 366, ad quod affectuũ propter naturam genus referendi? 366. Eorum differentiæ & cauſæ 367. Signa, & curatio 368. & ſeqq.

Lumbrici Chylum depaſcentes cauſæ famis caninæ 306. Vomitus 320

Lumbricis quæ purgantia conueniant 369. Quales clyſteres 370

Lumbricos enecantia 369

Lumen quale requiratur ad viſionem 139

Luxationem coxæ Iſchiadicus dolor cur inferat? 539

M.

Mania quid? 73. Eius differentię à phrenitide & melancholia, cauſæ ibid. Signa diagnoſtica 75. 76. Quibus frequentius accidat? 76. An diuturna? 77. Curatio 78. 79

Malancholia quid? 81. à Phrenitide & mania quo pacto differat? ibid. Eius varij gradus ibid. Cauſæ 84

Melancholiæ hypochondriacæ focus ibid. Cauſæ 85. Signa 86. Curatio 87

Melancholici plerumque fiunt epileptici & contra 46

Melancholichorum deliria 81. 82

Mellis vſus in albugine 148

Menſium fluxus immodici cauſæ 481. Diagnoſis, Prognoſis, curatio ibid.

Menſium ſuppreſſio quid? 478. Eius cauſæ 478. Diagnoſis 479. Prognoſis & curatio 480

Menſium ſuppreſſio facta à cauſis præternaturalibus, quomodo diſtinguatur à ſuppreſſione orta ex grauiditate 479

Menſtrua alba, vide, Fluor muliebris.

Mentha hæmorrhagiæ ſalutaris 226

Mercurius præcipitatus rubeus ad polypum & ſarcoma 209

Meſaraciæ venæ quibus obſtruantur 429

Meſenterium infinitorum morbo

morborum parens, Medicorum nutricula 428. Senſu præditum eſt exquiſito 431
Meſenterij affectus 428.& ſeqq.
Meſēterij abſceſſus cauſæ 431. Pronoſis 432. Curatio ibid.
Meſenterij inflammationis cauſæ 430. Signa 431 Curatio ibid.
Meſenterij obſtructionum cauſæ 429. Signa 430. Prognoſis & Curatio ibidem.
Meſenterij vlcus & ſcirrhus qui curentur? 412
Meſpilorum vſus in contumaci Diarrhœa eximius 353
Mictus ſanguinis cauſæ 457. Diagnoſis 458. Prognoſis, curatio ibid.
Minimæ res quomodo diſtinctè ſatis cerni queant? 125
Miſerere mei quid vocent Medici? 343.359
Mœſtitia & timor num de eſſentia melancholiæ? 81
Morbi nomine quænam dicantur? 53.54
Morbis acuti puerperarũ 528.529
Morbi ab atra bile profecti difficillimè curatu 77
Morbi mulierũ 474.& ſeq.
Morbi in numero quinam dicendi? 442
Morborum maxima pars à capite ortum ducit 64
Motus ille oberrantis & conuoluti corporis, quod hyſtericæ ſentiunt, vnde oriatur? 490
Mulierum morbi 474
Myopia quid? 121

N.

Narcotica in Pleuritide pernicioſa 269
Narcoticorum vſus in catharrho 100. Doloribus capitis 106. in Ophthalmicis dolorib. 159. in Doloribus aurium vehementiſſimis 200. in Dolore dentium, Aphthis 240. Hæmoptyſi 279. Cholera 429
Narium fœtor & fœtor anhelitus quomodo differant? 212
Narium fœtoris cauſæ ſigna

gna 212. Prognoſis curatio 213
Nauſea quid? 318. à Vomitu quî differat ibid.
Nephriticus dolor quid? 440. 343. Eius cauſæ 441. Curatio 447. & ſeqq.
Nephritici & colici doloris conueniẽtia & diſcrepãtia 341
Nephrotomia diſſuadetur 449
Nervi optici quot modis afficiantur? 112
Nux moſchata viſum clarificat, cerebrum roborat 115
Nucis moſchatæ vſus in gutta ſerena 118
Nuces auellanæ in calculo Renum commendantur 450
O.
Obſtetrices cum cautione officio ſuo debent fungi 520.522
Oculi cancer quomodo curari poſſit? 166
Oculi omnimoda extractio an tutò poſſit fieri? 168
Oculorũ affectus 108. & ſeqq.
Oculorum prominens ſtatus ſuffuſioni obnoxius 128
Oculorum vlcera cur difficilia curatu 164
Odontalgia mirabiliter ſanata 238 vide Dentium dolor.
Oleum ſacchari compoſitum Aſthamati medetur 261
Oleum tormina partus diſcutiens 518
Olea odontalgiæ medentia 240
Olfactus praui cauſa 211. Signa Curatio ibid.
Olfactus ſymptomata 210
Omenti partes 436
Omenti ſubſtantia facilè augetur & intumeſcit 437.438
Omento ex vulnere læſo quid agendum? 438
Ophthalmia quid? 149. Eius differentiæ 249. & ſeqq. Cauſæ 151. Diagnoſis 152. Prognoſis 153. Curatio ibid. & ſeqq.
Ophthalmiæ præ aliis quinam obnoxij? 150.153
Opiſtotonos conuulſionis ſpecies 32
Opprobrium Medicorũ quid? 414
Oris faciumque vlcera 244. vnde oriantur? ibid. Eorum differentiæ 245. Prognoſis ibid. Curatio 245 246
Oryza diſenteriæ proficua 360
Oſſa pubis in partu diſtrahi 519
Otij reprehenſio 488
Ovum induratum vt apparandum in vlceribus corneæ 164
Ovi albumen prodeſt in Ophthalmia 159. in vlcerib. corneæ 165. In rupturâ corneæ 168
Oxycrati vſus in cohibenda hæmorrhagia 225
Ozœna quid? 205.206. Eius cauſæ ib. Signa 206. Curat. 207
P.
Palpitatio cordis quid? 295. Eius cauſæ ibid. Signa 296. 297. Curatio 297.298
Palpitatio cordis ſympathicâ frequentior Idiopathicâ 296 Hæcque vtplurimum lethalis 297

Pan

Pancreas quid? 433. in Melancholicis corporibus lienis vicem præſtat 434
Pancreatis actio ex Anatomicis recentioribus 433
Situs 424. Morbi ib. horumque Curatio 436
Pancreatis tumor ſcorbuti cauſa 435
Pancreatis tumorum ſigna 435
Panis cum ſemine carui ſubactus auditum iuuat 190
Paraphrenitis quid? 61. in quo differat à Phrenitide? 62, 65.
Paraphroſyne quid? 61
Pars mandans Arthritidis quænam? 534
Partes robuſtiores onus ſuperfluum quò deponant? 93
Partus difficilis quid? 519. Cauſæ 519. & ſeqq. Signa 521. Curatio ibid.
Partus naturalis intra quot horas finiatur? 521
Partui difficili ſuperuenientes affectus ſoporoſi aut conuulſiones lethales 521
Peripneumonia aſthmati ſuperueniens lethalis 260
Peripneumoniæ cauſæ 270. Signa 271. Prognoſis ibid. Curatio 272
Peripneumoniæ & Pleuritidis differentia 270
Peſtilens febris 571. Quid ſit? 572. Eius cauſæ 572. & ſeqq. à peſte quî differat? ibid. Eius ſigna 574. prognoſis 575. Curatio 575. & ſeqq.
Philoſophus à cane rabido demorſus quo pacto imaginationem, quæ lædi incipiebat, correxerit? 62
Phlebotomia in phrenitide ſæpè repetenda 67. Amplo foramine fieri non debet ibid. in Mania] frequentanda 78. 79. guttæ ſerenæ an conueniat? 116. in Hæmorrhagia vbi & quoties adhibenda 223. in Prægnantibus feliciter adminiſtrate 512. & ſeqq.
Phlyctænæ quid? 162. Earum ſigna 162. Prognoſis, curat. ibid.

Phrenitis quid ? 60. Eius differentiæ 62. Cauſæ 63. Signa 64. Prognoſis 66. Cur 67. & ſeqq.
Phrenitis cur vtplurimùm lethalis ? 66
Phreniticis cur vrina interdum ſupprimatur ? 70
Phthiſis quid ? 280. Eius cauſæ 280. & ſeqq. Differentiæ 283. Signa 283. 284. Prognoſis 285. Curatio 286. & ſeqq.
Phthiſis inter hæreditarios morbos princeps 281. Cõtagio cõmunicatur 282
Phthiſicorum ſanatorum exempla 285
Pica quid? 308. Cauſæ eius ibid. Signa 309. Prognoſis & Curatio ibid.
Pica cur familiaris virginibus chloroſi laborantibus & grauidis mulieribus ? 308. 309.
à Pica ne viri quidem immunes 309
Pilulæ Benedict, 104. &c. ad hydropem 400. Contra quotidianam intermittentem &c. 569
Piſces ſaxatiles hecticis vſurpandi 553
Piſcium eſus rarus frigida cerebri intemperie laborantibus eſſe debet 7
Plãtæ antiſcorbuticæ 426
Pleura vnde naſcatur? 263.
in Pleuritico quodam quantum excreuit ? ibid.
Pleuritis quid & quotuplex? 262. Eius cauſæ 263. Differentiæ 264. Diagnoſis 265. 266. Prognoſis 267. Curatio 268. & ſeqq.
Pleuritis quomodo differat ab hepatis inflammatione ? 318. Item à Peripneumonia ? 265
Pleuritis lethalis quando ? 260
ad Pleuritidem notam qui dolores referantur ? 262
in Pleuritide vera quæ partes afficiantur? 262
Pleuriticorum cadauera diſſecta cur fulgurita appareant ? 263
Pleuro pneumonia quid ibid.
Polypus quid ? 208. quomodo differat à ſarcomate? ib. Eius cauſæ, diagnoſis, Prognoſis ib. Curatio 209

Polypus

Polypus malignus 110
Prægnantium morbi periculoſi 512
Pterygium, quære, Vnguis oculi.
Pterygium & ſebel quomodo differant? 179
Πτερυγώδεις qui? 282
Pueri lumbricis laborantes cur affectib. comatoſis obnoxij? 15
Puella octennis fluorem muliebrem paſſa 484
Pullorum carne corneæ cancer curatus 167
Pulmonis affectus tum in ſubſtantia tum in vaſis 256.257
Pulmone vitiato reſpiratio læditur 256. & ſeqq.
Pulmones an in omni pleuritide inflammentur? 261
Pulmones veruecini applicati in abſceſſus cerebri declinatione proſunt 73
Pulſus in ſcorbuto qualis 421.425
Pulſus ferratus quid? 266
Puluerum vſus in relaxatione vuulæ 247.248
Punctione an ſuffuſio curari poſſit 133.134
Purgatio an phreniticidi? 68 pleuritidi, inflammationi ventriculi? 335. rheumatiſmo &c. 544. conueniat;
Pus ſub cornea quid? 161. Eius ſigna & Curatio ibid.

Q.

Qualitatum primarum exceſſus corruptionis cauſa in aëre 573
Quare excalefacti frigidum aërem ſubito incurrentes catarrhis maximè afficiantur? 92
Quare illi qui à loco valde lucido obſcuriorem ingrediuntur, primo ingreſſu nihil ferè videant: è contra qui è loco obſcuro tranſeunt in locum lucidum, lumen ferre non poſſint? 138. ſeqq.
Quartana continua 557
Quartanæ intermittentis eſſentia 569. Cauſæ, ſigna ibid. Curatio 570
Quartanæ intermittẽtis à quartana ſpuria diſcrepantia 570

Quies ophtalmicis ſalutaris 154
Quotidiana continua 557
Quotidiana intermittens quid? 568. in quo differat à duplici tertiana & triplici quartana? ibid. Eius cauſæ. ſigna ibid. Curatio. 569

R.

Rænula linguæ quid 230. Eius diagnoſis & curatio ibid.
Recta cur aliquando incurua appareant? 124
Refrigerantia topica in phrenitide cautè adhibenda 68
Remedia contra ſterilitatem 511
Ren dexter magis luxationi obnoxius 441
Ren ſiniſter in omnib. nephritis cur frequentius doleat? 445
Renum affectus 440. & ſeqq.
Renum attractrix facultas quoties ferietur? 394
Renum inflammatio quomodo diſtinguatur ab inflammatione coli? 455. Cur periculoſa? ibid. Cur initio purgatio ei non conueniat? 456
Renum vlcerum cauſæ, ſigna 459. & ſeqq. curatio 460. & ſeqq.
Renum in vlceribus quæ purgatio conueniat? 460
Repletio & inanitio conuulſionis cauſæ 33
Reſpiratio difficilis in pleuritide 266. in vlcere pulmonum 284
Reſpirationis læſæ cauſæ & differentiæ 256. & ſeqq.
Rhagades quid? 377
Rheumatiſmus quomodo differat ab arthritide? 542. Eius cauſæ ibid. Diagnoſis. 543. Prognoſis ibid. Curatio 544. Prophylaxis 545
Rhyas quid? 174. Eius cauſæ 175. Curatio ibid.
Ῥήξεως cauſæ 218
Riolanus citatus 63. 66. 91. 107. 119. 121. 125. 128. 139. 184. 209. 234. 241. 245. 249. 250. 253. 255. 263. 365. 283. 293. 320. 330. 342. 350. 372. 380. 405. 449 &c.
Riſus ſardonius quid? 32

Rubra

Rubrarum rerum ſomnia indicium imminentis hæmorrhagiæ 219. Ratio 220. exemplum ibid.

S.

Sacch. roſ. phthiſis ſanata 288

Salis tart. vſus in ſcorbuto 426

Sanguis aliquando è gingiuis magnâ copiâ fluit 243. Eius cauſæ 243. 244. Curatio ibid.

Sang. draconis omnem venarum apertionem mirè conglutinat 379

Sanguis aliquando è pulmonib. innoxiè excretus 278

Sanguinis miſſio inter reuulſoria primariũ 222. 240

Sanguinem è naribus fluentem cohibentia 225

Sarcoma quid? 208. Eius cauſæ, diagnoſis, prognoſis ibid. Curatio 209

Scirrhus hepatis quid? 390 Eius cauſæ, ſigna, prognoſis ibid. Curatio 291

Scorbutus quid? 418. Cum melancholia hypochondriaca in quo conueniat? 418. 419. Eius cauſæ ib. ſigna 419. & ſeqq. Curatio 425. & ſeqq.

Scorbuti remedia ſpecifica 425. 426

Scorbuticus dolor quomodo differat à doloribus venereis 421. 422. item, à pleuritide 423. vt & ab Arthriticis dolorib. ibid.

Secundinarum retentarum cauſæ 524. Diagnos ibid. Curatio. 525

ex Semine grauiora ſymptomata oriuntur, quam ex ſanguine menſtruo 489

Senſus quotupliciter læduntur 231

Seroſa materia per quas vias à venis in capacitatem abdominis transferatur? 395

Seroſus humor proxima arthritidis cauſa 533

Setacei laus in Epilepſia 49. in Fiſtula lacrymali 172

Signorum fontes vnde ſcaturiant 243

Simia Galeni ex tumore pericardij contabuit 551

Singu

Quies ophtalmicis ſalutaris 154
Quotidiana continua 557
Quotidiana intermittens quid? 568. in quo differat à duplici tertiana & triplici quartana? ibid. Eius cauſæ. ſigna ibid. Curatio. 569

R.

Rænula linguæ quid 230. Eius diagnoſis & curatio ibid.
Recta cur aliquando incurua appareant? 124
Refrigerantia topica in phrenitide cautè adhibenda 68
Remedia contra ſterilitatem 511
Ren dexter magis luxationi obnoxius 441
Ren ſiniſter in omnib. nephritis cur frequentius doleat? 445
Renum affectus 440. & ſeqq.
Renum attractrix facultas quoties ferietur? 394
Renum inflammatio quomodo diſtinguatur ab inflammatione coli? 455.
Cur periculoſa? ibid. Cui initio purgatio ei non conueniat? 456
Renum vlcerum cauſæ, ſigna 459. & ſeqq. curatio 460. & ſeqq.
Renum in vlceribus quæ purgatio conueniat? 460
Repletio & inanitio conuulſionis cauſæ 33
Reſpiratio difficilis in pleuritide 266. in vlcere pulmonum 284
Reſpirationis læſæ cauſæ & differentiæ 256. & ſeqq.
Rhagades quid? 377
Rheumatiſmus quomodo differat ab arthritide? 542. Eius cauſæ ibid. Diagnoſis. 543. Prognoſis ibid. Curatio 544. Prophylaxis 545
Rhyas quid? 174. Eius cauſæ 175. Curatio ibid.
Ρ'ήξιως cauſæ 218
Riolanus citatus 63. 66. 91. 107. 119. 121. 125. 128. 139 184. 209. 234. 241. 245. 249. 250. 253. 255. 263. 365. 283. 293. 320. 330. 342 350. 372. 380. 405. 449 &c.
Riſus ſardonius quid? 32

Rubrarum rerum ſomnia indicium imminentis hæmorrhagiæ 219. Ratio 220.exemplum ibid.

S.

Sacch. roſ. phthiſis ſanata 288
Salis tart. vſus in ſcorbuto 426
Sanguis aliquando è gingiuis magnâ copiâ fluit 243. Eius cauſæ 243. 244. Curatio ibid.
Sang. draconis omnem venarum apertionem mirè conglutinat 379
Sanguis aliquando è pulmonib. innoxiè excretus 278
Sanguinis miſſio inter reuulſoria primariũ 222.240
Sanguinem è naribus fluentem cohibentia 225
Sarcoma quid? 208. Eius cauſæ,diagnoſis,prognoſis ibid. Curatio 209
Scirrhus hepatis quid?390 Eius cauſæ,ſigna,prognoſis ibid. Curatio 291
Scorbutus quid?418. Cum melancholia hypochondriaca in quo conueniat? 418.419.Eius cauſæ ib. ſigna 419.& ſeqq. Curatio 425.& ſeqq.
Scorbuti remedia ſpecifica 425.426
Scorbuticus dolor quomodo differat à doloribus venereis 421.422. item, à pleuritide 423. vt & ab Arthriticis dolorib. ibid.
Secundinarum retentarum cauſæ 524. Diagnos ibid. Curatio. 525
ex Semine grauiora ſymptomata oriuntur, quam ex ſanguine menſtruo 489
Senſus quotupliciter læduntur 231
Seroſa materia per quas vias à venis in capacitatem abdominis transferatur? 395
Seroſus humor proxima arthritidis cauſa 533
Setacei laus in Epilepſia 49. in Fiſtula lacrymali 172
Signorum fontes vnde ſcaturiant 243
Simia Galeni ex tumore pericardij contabuit 551

Singu

Singultus quid? 315. Eius à vomitu & nauſea diſcrepantia 315. 316. cauſæ, dignoſis, prognoſis ib. Curatio 316. 317.
Sitis quotupliciter lædatur? 310
Sitis morboſæ cauſa 310. Differentiæ, ſigna, curatio ibid.
Σκότωμα ſ. σκοτόδινος quid 52
Somnus an phreniticis 69. Naniacis? 80. Ophthalmiæ? 154. internis inflammationib. 253. &c. conueniat?
Somni præternaturalis differen. 13. 14. Cauſæ horum affectuum 14. 15. Signa 16. Prognoſis 17. Curatio 18. & ſeqq.
Sonitus aurium diuturnus vnde 194. in Surditatem quandoque degenerat? 195
Sonus etiam per os apertum excipitur 185
Sopor cur aliquando contingit in febribus intermittentibus initio acceſſionis? 15
Soporoſi affectus cur in ſenib. periculoſi? 17
Spaſmus Cynicus quid? 32
Sphacelus cerebri quid? 70. Eius cauſæ 70. 71. Signa 71. Differentiæ ibid. Prognoſis 71. 72. Effecta, Curatio ibid.
Spiritus animales vnde debiliores efficiuntur? 58
Spiritus flatulentus conuulſionis 35. Sonitus aurium 192. 195. Doloris dentium cauſa 238. 239
Spiritus ſulphuris dentes mundificat 241. Gingiuarum putredinem arcet 243. Aphthis medetur 246
Spiritus tenebricoſus cauſa delirij Melancholici 85
Spiritus vitrioli dentes dealbat 242. Aphthis prodeſt 246
Spiritus congelantis vis & effectus 27
Spirituum in ſyncope defectus quot modis contingat? 291
Spirituum tenebroſitas in Melancholia 84
Spuma circa os in angina ſignum lethale 252
Sputum cruentum an ſit

ſignum pathognomicum pleuritidis? 266.267
Sputa qualia in peripneumonia 271. in pleuritide? 266
Sterilitatis cauſæ 507. & ſeq. Signa diagnoſtica 509. Prognoſis 510. Curatio ibid.
Sternutatio quando ſymptomatica? 215. Eius exempla ibid. Signa ibid. Quando ſit ſignum lethale? 216. Eius cauſæ 215. Curatio quando neceſſaria. 216
Sternutantibus benè precandi conſuetudo vnde orta? 215
Sternutatorium vſus in affectib. ſoporoſis 21. Gutta ſerena. 118
Stertor vnde? 258
Stomacho ieiuno ſymptomata minora, quàm repleto quare? 130
Strabiſmus quid? 32
Stranguria quid? 466. Eius cauſa 467. à Dyſuria diſcrepantia. 471
Strumæ hiſpanis fam. 245
Stupor quid? 25
Sudoriferorum vſus in pleuritide epidemica 270 in partritide. 537
Suffitus ſurditatem iuuat 100
Suffitus ex nuce moſchata hydropi vteri conducens. 505
Suffumigia in vlcere vterino ſalutaria. 499
Suffuſio quid 126. Eius differentiæ 126. & ſeqq. Cauſæ ibid. Diagnoſis 129. & ſeqq. Quomodo diſtinguatur à gutta ſerena? 130. à ſpuria ſuffuſione 130.131. Eius prognoſis 132. Curatio 131. & ſeqq.
Suffuſione laborantes cur acutius videant horis matutinis? 127. cur videre ſe putent culices, aliaque corpuſcula oculis obuerſantia. 129. &c.
Sugillatio quid? 145. Cur. 149
Surculus à Carotide deductus fluxionum in dentes via. 238
Surdaſtri cur rauci? 184

Surdi qui dicantur 184. Ab ortu cur muti? ibid.
Surditas à graui auditu quî differat 184. Propriè dicta quid ſit? 184. Eius cauſæ 185.& ſeqq. ſigna 186. Prognoſis 187. Curatio 188.& ſeqq.
Surdaſtri cur os aperiunt vt eò melius audiant loquentes. 185
Symptomata febribus ſuperuenientia vti tractanda? 562. Quomodo curanda? 563
Syncope quid 290. Eius cauſæ 291. Different. ibid. Signa 293. Prognoſis 294. Curatio. ibid.
Syncope quomodo diſtinguatur ab apoplexia? 293.
Syncope vtile remedium hæmorrhagiæ impediendæ. 224
Syncopes, quam mors repentina excepit, exemplum. 293
Synochus ſimplex quid? 549. ab Ephemera febre quomodo diſtinguatur? ibid. Eius cauſæ, ſigna ib. Curatio. 550
Syrupus ad hæmoptoëm. 279
Syrupus plantaginis mixtui ſanguinis medetur. 458

T.

Tabici quid? 288
Taraxis quid? 149. 152. 154. Eius curatio. 154
Teneſimus quid? 363. Eius cauſæ ſigna, prognoſis ibid. Curatio 364. Cur grauidis faciat abortum? 363
Theophili Medici exemplum excutitur. 60.61
Tertiana continua 557. Eius ſigna. 558
Tertiana ſimplex quid? 566. Rariſſima eſt. ibid.
Tertianæ eſſentia & cauſæ 565.566. Differentiæ ibid. Exquiſitæ ſigna diagnoſtica 566. Curatio 567. & ſeqq.
Tertianæ intermittentis ſedes. 566
Tertianæ intermittentes an ſemper periculi expertes? 567
Tetanus, quid? 32

Theriacæ vſus in fame canina. 307
Thermæ Badenſes & Hercyniæ commendantur 478.481.485.499.511 538
Thermæ Cellenſes in Duc. Vvirtemberg. commendantur. 485
Thermæ Chloroſi laborantibus ſalutares. 478
Thermæ nitroſæ, bituminoſæ & ſulphureæ in cephalæa 104. gutta ſerena 117. ſurditate 190. in vomitu ſang. efficaces. 327
Thoracis morbi 250. & ſeqq.
Thuani morbus lethalis. 434.435
Thymi quid? 399
Tonicus motus quis? 32
Topica non adhibenda, niſi prius corpore purgato 220. Debent eſſe anodyna in doloribus aurium 200
Topicorum vſus in ſuffuſione. 135
Torminum à partu cauſæ 527. Curatio ibid.
Tranſpiratione inſenſili quanta fiat euacuatio? 93
Traumatica potio ad vlcus vterinum. 499
Tremor quid? 57. Eius cauſæ 58.59. Signa, prognoſis 59. Curatio. 60
Tremor gentilitius immedicabilis. 59
Τρισμὸς quid? 32
Tuberculū pulmonis duplex. 281
Tumor linguæ, vid. Linguæ tum.
Tuſſis frequens in pleuritide. 266
Tympanites quid 397. Eius cauſæ 397. Signa 398

V.

Valuulæ venæ ἀζύγυ 264
Vapor occultâ qualitate moleſtus inter cauſas palpitationis cordis. 295
Vena vbi ſecanda in aurium dolorib. 200
Venæſectio an frigidæ cerebri intemperiei? 10. an Odontalgiæ 139. Aphthis 245. Anginæ? 254. Aſthmati 260. Inappetentiæ? 305. Dyſenteriæ? 360.

360. Chloroſi 477. Hyſteriæ paſſioni conueniat? 493.
Venæſectio prodeſt in ophtalmia 155. in Epiphora 177. in Angina 254. in Hæmoptyſi 278. in omni pleuritid. 268. in Palpitatione cordis 298. in Vomitu ſanguis 326. Ventriculi 338. & hepat. affectib. 278. in Vteri inflammatione 497. & vlcere 499. in morbis prægnātium 512. 518. Rheumatiſmo 544. Sinocho 550. Febribus. 560
Venæſectioni nullus loc. in phthiſi 287. in Peſte 576.
Venarū ſub lingua apertio anginæ medetur. 259
Venenatum quid in mania. 74
Ventriculi abſceſſus. 334
Ventriculi affectus 301. & ſeqq.
Ventriculi calida intemperie laborantis curat. 304
Ventriculi coctio à quibus lædatur? 321. Quinā hinc morbi oriantur. 314
Ventriculi dolor quid? 330. cauſæ 330. 331. Cur 332.
Ventriculi dolor mirabilitate ſanatus. 331
Ventriculi inflammatio quid. 333. Eius ſigna. 334. Curatio. 335
Venticuli vlcus 335. Eius cauſæ prognoſis & curatio. ibid.
Ventriculum calefacientia & roborantia. 305
Verbena collo appenſa cephalalgiæ morbus felic. diſcuſſus. 104
Vermes aliquando doloris dentium cauſæ. 238
Vertigo quid? 52. Eius different. 52. & ſeq. cauſæ 53. 54. ſigna 55. 56. Prognoſ. ib. Cur. 56. 57
Vertigo degenerat ſæpe in Epilepſiam 56. in quo differat à phrenitide? 62. 63
Veſica duplex quibuſdam 452.
Veſicæ affectus 440. & ſeqq.
Veſicæ inflammatio, vid. inflam

inflammatio renum & veſicæ.
Veſicæ vlcera exſiccantia, detergentia,conſolid. 460.& ſeqq.
Veſicæ vlcerũ cauſæ 459. Signa ibid. Curatio 460. & ſeqq.
Veſicatorij vſus in atroci capitis dolore 106. in ophtalmia 108. in Epiphora 178. Ozœna 207. odontalgia 240. aphthi 245. Hydrope 401. Iſchiade 541
Vinum amauroſi 115. Hæmorrhagiâ 226. Pleuritide 270. Arthritide 536.laborantib.nocet.
Vinum album tenue in calculo renum vſurpandum 450
Vinum Chalybeatum, in vteri ſcirrho prodeſt 400 Hydropicis nocet. 402
Vinum rubrum antiquũ contra vrinæ incontinen. efficax. 466
Virium imbecillitas quid ſtrictè ſignif. 298. quî differat à ſync.ibi.Eius cauſæ 299. Diagnoſis prognoſis, cucatio. ibid.
Viſio quot læditur modis? 108
Viſionis deprauatio,quãdo obiecta duplicia apparent vnde? 122
Viſus per 24.horas amiſſus reſtituitur. 114
Vitrei humoris affectus 119.120
Vlcus dyſentericũ quid? 354
Vlcus narium quotuplex 205. eius ſigna 206. Curat 206.207
Vlceris pulmonum cauſæ 280. 281. ſigna 283. 284.Cur. 286.287
Vlcera aurium. 197.199
Vlcerum corneæ & adnatæ cauſæ 163. Differẽtiæ 163.164. Curatio. ib.
Vnguis oculi quid? 179. Eius cauſæ 179.180.Differentiæ, ſigna, prognoſis, curatio ibid.& ſeqq.
Vnguentum nihili. 160
Voluulus ſeu conuoluulus quid? 343
Vomicâ pulmonis ruptâ ægri ſubito intereunt. 287

Vomitoria in pituitoſis corporib. non temerè adhibenda 114. an Iſchiadico dolori conduc. 540
Vomitus quid? 318. Eius differentiæ ib. Cauſæ 318 & ſeqq. Signa 321. Prognoſis 322. Curatio 322. 323
Vomitus ſanguinis cauſæ 323. Signa 325. Curatio 326.327
Vomitū cohibentia 323. 327
Vreterum exquiſitus ſenſus. 444
Vrinæ colores in phrenitide 64. Pleuritide 266. Peripneumonia 271. Colica 340. Affectu hypochondriaao 418. Scorbuto &c. 421
Vrinæ incontinétiæ morboſæ cauſæ 465. Signa, prognoſis ibid. Curatio 466
Vrinæ ſuppreſſio cur periculoſa? 468. Eius curatio. 469
Vterus ſentina corporis 485. infinitarum in muliere cauſa. 489
Vterus prolapſus quomodo reponendus? 506. & continendus? 407
Vterus ſemen cur non excipit 507.508. non retinet? 508
Vteri aſcenſus ad partes ſuperiores refellitur. 489
Vteri cancer quid? 501 Eius cauſæ ib. differentiæ 501.502. Diagnoſis, Prognoſ. ibid.
Vteri hydropis cauſæ 503
Vteri inflāmationis cauſæ 495. Signa diagnoſtica 495.496. Prognoſis 496. Curatio. ibid. & ſeq.
Vteri inflatio qui differat ab hydrope? 503. Vnde oriatur? ibid.
Vteri procidentia quid? 505. Differentiæ eius. Item cauſæ, ſigna, prognoſis ibid. Curatio 506. 507
Vteri ſcirrhi cauſæ, ſigna, curatio. 500. & ſeqq.
Vteri vlceris cauſæ 498. Differentiæ, ſigna ibid. Curatio. 498.499
Vterum vi ſpecifica roborantia. 511

Vteri inflammato quæ catarctica cõueniant? 479
Vvæ dyſenteriæ cauſa. 306
Vvea tunica quibus obnoxia morbis? 137
Vveæ dilatationis cauſæ 139.140. diagnoſis, prognoſis ib. Curatio. 141
Vveæ procidentia 169. an curabilis? 169.170
Vvulæ relaxatæ cauſa 247
Signum, curatio. ibid.& ſeqq.

VV.

Vveinvvarm quid vocẽt Germani. 300

Y.

Υμὴν ὑπόλειμμα. 263
Υποχώρησις quid? 184

Z.

Zona Hippocratica. 207

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LICEN

LICENTIA ORDINARII.

VISA Doctorum Approbatione Librum inſcriptum, *Breuiarium Medicum ſummam Theoriæ & Praxeos Medicæ* Lazari Meyſſonnierij, *& Compendium Medicinæ Practicæ* Lazari Riuerij, *ſtudio* Bernhardi Verzaſchæ *continens*, Typis mandari permittimus. Lugduni die 4. Martij 1664.

DE NEVF-VILLE, Vic. Gener.

CONSENSVS.

LIBRVM hunc inſcriptum *Breuiarium Medicum ſummam Theoriæ & Praxeos Medicæ* Lazari Meyſſonnierij, *& Compendium Medicinæ Practicæ* Lazari Riuerij, *ſtudio* Bernhardi Verzaſchæ *continens*, in lucem edi ſumptibus LAVRENTII ANISSON Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio. Lugduni die 7. Martij 1664.

VIDAVD.

PERMISSVS.

VISO Procuratoris Regis conſenſu, hunc Librum typis mandari LAVRENTIO ANISSON concedimus, & ne quis vltra conceſſam facultatem denuò excudat, prohibemus Lugduni eadem die & annno.

DE SEVE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

Digitized by Google

60

Digitized by Google

Digitized by Google